UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001388 8

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/s1s2operaomniare04platuoft

79

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XIX. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS PHAEDRUM

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXII.

LGr
2718.5t

PLATONIS

DIALOGOS SELECTOS

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV. SECT. I.

CONTINENS

PHAEDRUM.

28814

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXII.

PROLEGOMENA

AD

PHAEDRUM

Phaedrus adolescens *), qui modo a Lysia **) venit, rhetore illo et orationum scriptore nobilissimo, cuius mirifice delectabatur scriptionibus, Socrati, cui forte occurrit, magna cum voluptate narrat perpulcrum ac scitum sermonem ab illo secum esse communicatum. Fuisse autem argumenti amatorii, quandoquidem rhetor lepidissime exposuerit: ei qui non amet potius quam amanti esse gratificandum. Socrates summa rei accuratius audiendae cupiditate simulata continuo rogat adolescentem, ut, quantum memoriter fieri possit, plenius enarrare velit quae tanta cum animi oblectatione audiverit; neque enim sese ullo modo dubitare, quin, quum Lysiae artem tanti aestimet, totum illum paene didicerit. Reluctatur Phaedrus pro more adolescentium, ac facit delicias. Tandem Socrates eum animadvertit scriptionem aliquam sub laevo tenere brachio. Ecce! ipsa est Lysiae declamatiuncula, quam nunc ille tanto minus

*) Homo est bono animo moribusque urbanis et humanis, sed vanus rhetorum suae aetatis, inprimis Lysiae, laudator, qui falsis aequalium suorum iudiciis se duci patitur. conf. Protagor. p. 315. C, ubi cum sophistis apud Calliam versatus esse narratur. Sympos. p. 176. et 178 — 181., ubi orationem declamitat omnibus Siculae eloquentiae calamistris exornatam. Quippe assidue triverat artem Tisiae, ut est Phaedr. p. 273. A.

**) Sine ulla dubitatione intelligendus est orator ille celeberrimus, cuius adhuc plurimas superstites habemus orationes: huius enim frater fuit Polemarchus p. 256. B. memoratus. Alium Lysiam commentus est Taylor Vit. Lys. p. 103 sqq. ed. Reisk., quem bene confutavit Heindorfius. De Lysiae studio bene de arte rhetorica merendi conf. Plutarch. De gloria Athen. T. VII. p. 381. ed. Reisk. Isaei Vit. T. IX. p. 339. Cicer. Brut. 12. 7. coll. Spengel. Artium Scriptorr. p. 124 sqq. Alia de eo habet Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 113 sqq.

recusat Socrati recitare, quo certius sperat futurum esse, ut huic ipsi pariter atque sibi placeat. Quocirca iam considentes ad undas Ilissi sub umbra platani patulis diffusae ramis, explosa per occasionem sophistarum et rhetorum perversitate, qui in fabularum interpretatione allegorica plurimum operae ponebant, sui ipsorum cognitionem negligebant, summa otii suavitate Lysiae opus pertractare instituunt. Recitat sermonem Phaedrus audiente Socrate. Qua recitatione absoluta adolescens: Quid tandem, Socrate, tibi de hoc sermone videtur? Estne plane divinus et summa cum arte elaboratus? Cui Socrates urbanissima cum irrisione: Mehercule, inquit, prorsus obstupui, praesertim te intuens, qui mihi inter legendum videbaris interdum gaudio exsultare et furore quodam esse concitatus. Quocirca vix me continui, quin una tecum, o carum caput, et ipse debaccharer! Hic vero sentiens Phaedrus se ab illo leniter rideri ac perstringi, serio scisciatur, ecquem Graecorum putet ullo tempore de uno eodemque argumento tam multa atque praeclara disputavisse? Respondet Socrates sese, etsi ad elocutionem potissimum atque formam orationis animum adverterit, tamen in ea esse opinione, ut sententias ne ipsi Lysiae quidem esse satisfacturas suspicetur, praesertim quum orator easdem res iterum iterumque exponere non dubitaverit. Ac, si verum quaeratur, dudum a poëtis atque poëtriis meliora multo in lucem esse prolata, quorum recordatione repletum semet ipsum id effecturum esse, ut Lysia nec peiora nec pauciora dixisse videatur. Quibus auditis Phaedrus, tam inexspectata libri censura paene indignatus: Istud vero tu si perfeceris, o bone, in templo Iovis Olympii aureum te collocabo. P. 227 — 236. B.

Nimirum hic statim nostrum de sermone illo Lysiano, qui non tam orationis quam epistolii vel dialogi formam refert, interponere iuvat iudicium, quo ipso fortasse efficietur, ut, quae deinde a Socrate exponuntur, ea et rectius et facilius intelligantur. Sunt autem in illo multa ac magna vitia miris modis cumulata. Nam primum quidem offendit putidum argutiarum frigus, quod eo est molestius, quo plus habet obscuritatis e verborum delectu et iunctura impediti ore enatae. Deinde nec vis et natura amoris est certo constituta, quum tamen neglecta eius definitione fieri nullo modo possit, ut ipsa disputatio via et ratione procedat. Praeterea

etiam iusta desideratur partium descriptio ac lucidus ordo sententiarum. Denique quae de amore oratione satis impedita et confusa explicantur, ea perspicuum reddunt atque manifestum Lysiam de eo declamitantem unice de vulgari atque turpi corporis libidine cogitare; sublimioris ac divinioris amoris notitiam habere nullam. Quae omnia si vere iudicavimus, totam illam Lysiae scriptionem apparet ita esse comparatam, ut, sive formam eius sive ipsum argumentum respiciamus, ne vestigium quidem ullum mentis vere philosophae in ea conspicuum esse iudicari oporteat.

Accepto igitur rhetoris celebratissimi sermone Socrates ab adolescentulo eo adigitur, ut ei vicissim suam aliquam opponat orationem. Quoniam autem in Lysiana scriptione iudicaverat neque omnia, quae dici potuissent, explicata esse, nec eo illustrata ordine, quem res et ratio postularet; ante omnia instituit de illo ipso argumento, quod tractaverat Lysias, orationem aliquam declamitare. Quam ob causam quia servare coactus est vulgarem illam, quam Lysias suae subiecerat disputationi, amoris notionem, se obvoluto capite dicturum profitetur, ne pudore praepeditus in perorando ruat aut vacillet. Nimirum ita se significat nec sine verecundia de rebus tam humilibus verba facturum, et invitum ad eam rem accedere. Docet igitur item, quod Lysias efficere studuerat, ei, qui non amet, multo potius esse gratificandum quam amanti. Sed est eius oratio omnibus iis insignis virtutibus, quae vitiis in Lysia notatis sunt contrariae. Adest subtilis rei definitio, de qua agitur; sententiae ipsae dilucidae et perspicuae, nec temere disiectae aut perturbatae; facilis verborum copulatio et iunctura; denique omnia ita sunt instituta, ut singula appareat ad causam obtinendam prudenti consilio delecta et adornata esse. Enimvero exorsus Socrates ab amoris definitione, quem vult esse cupiditatem, quae incitate feratur ad voluptatem e corporis pulcritudine redundantem, deinde usque ad p. 241. D. ostendit, quam multa ille hominibus mala importet, praesertim quum amatum vel ab earum rerum usu arceat, unde maxime possit repeti et hauriri verae sapientiae fructus.

Iam vero absoluta hac oratione Socrates admonitus a daemonio suo, ut stolidum istum et impium sermonem, quo numen amoris divinum violasset, quam primum expiet, continuo parat palinodiam, atque superiori

declamationi pulcherrimam opponit orationem, qua divini vis amoris pari subtilitate atque elegantia illustratur. Cuius orationis argumentum, quia magnum sane momentum facit ad huius libri sententiam et omnem fere Platonis philosophiam recte percipiendam, paullo copiosius enarravisse non erit inutile aut ab nostro instituto alienum.

Quod igitur Socrates superiore disputatione pronuntiaverat, amorem ideo esse damnandum, quia contineretur insania quadam et furore, id nunc ante omnia retractandum censet. Obtingunt nobis, inquit, maxima bonorum per furorem divino quodam munere hominibus datum, et ipsa μαντικὴ nomen invenit a μανίᾳ, quasi μανικὴ quaedam. Eiusmodi autem furoris plura sunt genera, in quibus etiam amor numerandus videtur, quem summae felicitatis causa hominibus tributum esse censeo. Sed hoc ipsum quo clarius perspiciatur, age, quaenam sit vis et natura animi humani ac divini, exquirere conabimur (P. 245. B.).

Et primum quidem animum omnem apparet esse immortalem, propterea quod principium motus sui in se ipso habet. P. 245. C. — 246. A. — Sed quae sit ipsa eius natura, id quia patefacere est difficillimum, imaginis involucro uti licebit. Sit igitur animus omnis simillimus bigis alatis cum auriga suo. Et deorum quidem equi et aurigae omni ex parte perfecti sunt. Sed alia ratio est ceterorum vehiculorum, quibus unus equus bonus est iunctus, alter malus et contumax, ut aurigae imperium plus multo habeat difficultatis. Ex quo intelligitur, qui factum sit, ut humani animi olim labem contraxerint. Magnum enim intercedit discrimen inter mortale animal atque immortale. Quippe animus omnis natura sua curat atque regit ea, quae sunt inanimata, totumque mundum alia atque alia forma indutus permeat. Quamdiu igitur manet perfectus et alatus, sublimis fertur, rerumque universitatem gubernat; sed alis amissis cadit deorsum, donec aliquod corpus nactus sit, in quo sedem quasi suam ac domicilium figat. Itaque animum cum corpore copulatum animal mortale intelligimus: sed animal immortale informamus Deum, quanquam eius notitiam, si verum quaerimus, habemus nullam. P. 246. A — D.

Itaque Socrates animi humani eam naturam esse vult, quam in libris De Republica meminimus accura-

tius informari. Nam aurigae imagine significatur ratio, quam par est summum in homine tenere imperium: equus bonus atque generosus indicat τὸ θυμοειδές, quod rationi et obsequitur et opitulatur: denique malus equus intelligitur τὸ ἐπιθυμητικόν, quod fertur ad pravas cupiditates ac libidines. Alae autem designant rerum divinarum studium, quod quamdiu in animis viget manetque incorruptum, deorum gaudent consortio; ubi restinguitur paullatim et fatiscit propter vim pravae cupiditatis, ad mortalem detruduntur conditionem atque corporibus includuntur. Quo autem modo eveniat, ut humani animi et una cum diis immortalibus olim in rerum divinarum contemplatione versati sint, et nihilominus a pristina illa fortuna sua atque dignitate defecerint, id Socrates magnifica deinceps declarat imagine, in qua etsi multa paullo sunt impediliora, tamen errare non videmur plura inesse contendentes, quae e Pythagoreorum doctrina *) petita sint. Sed audiamus ipsum rem omnem copiosa oratione explicantem.

Dii immortales, inquit, quoniam ita sunt beatissimi, ut facillime ac saepissime conspiciant ipsam iustitiam, sapientiam, pulcritudinem in loco supra coelum evecto; duodecim dii maiores una cum suis agminibus, relictis sedibus suis, sola Vesta in illis remanente, summum coeli verticem petunt: quo in itinere magnus ille in coelo dux Iuppiter curru alato primus vehitur; ceteri dii suo quisque ordine subsequuntur. Et huius quidem spectaculi longe beatissimi, quoniam a diis omnis abest invidia, etiam animi humani olim participes esse potuerunt. Quanquam inter hos atque deos multum sane intercedit discriminis. Nam deorum equi maxima facilitate illuc proficiscuntur; ceteri, quia disparis naturae sunt, magno labore et contentione eodem enituntur, feroci et contumaci equo ad inferiora ruente. Et ii quidem animi, qui sunt perfecti, ubi in coeli dorsum pervenerunt, ibidem consistunt, et in orbem circumacti quaecunque in se sunt absoluta atque divina in regionibus illis superioribus intuentur. Locum autem illum ipso coelo excelsiorem nemo quisquam vel adhuc descripsit, vel pro dignitate celebraturus est. Habet enim omne id, quod nec colorem aut formam aliquam refert, neque

*) Vid. annotat. ad h. l.

ullo sensu percipitur, sed ab uno animi auriga, hoc est mente, conspici potest et intelligi. Haec igitur ubi conspexit animus, continuo iis mirifice delectatur, nutritur, corroboratur, nec unquam ab eorum consideratione avertitur, usque dum ad eum circumactus sit locum, unde initium ceperat rerum per se spectatarum beata contemplatio. Hinc vero aeterno nutritus pabulo in sedem suam revertitur, ubi auriga equis suis ambrosiam atque nectar praebet. Haec igitur deorum vita est. P. 246. D. — 247. E. Aliorum autem animorum, qui deos sequuntur, varia est conditio atque multiplex. Nonnulli enim, qui quidem deos optime sint secuti, verum item conspiciunt, quanquam in ea re propter mali equi ferociam neutiquam fruuntur placida illa deorum securitate et tranquillitate. Alii vero, ab equis vehementius perturbati, subinde tantum caput ad sublimiora extollunt, ideoque ipsam rerum veritatem partim vident, partim non vident. Multi denique perpetuo intra coeli verticem versantur, nec unquam ad magnificum illud spectaculum perveniunt: qua in via magno cum tumultu agitati aurigarum vitio vel alas amittunt, vel crura frangunt, vel aliis modis violantur ac debilitantur. Causa autem, quamobrem animi tanto desiderio campi aeternae veritatis lustrandi capti tenentur, haec est. Stat enim lex fatorum immutabilis haec, ut, qui animus in coelesti illo itinere veri quid viderit, is ad alteram usque periodum omnis mali expers maneat. Quicunque autem nihil veri perceperit, aut oblivione occupatus vel pravitate corruptus alas amiserit ideoque deorsum ad terram delapsus fuerit, is in terrestria corpora includitur. Quanquam animi in prima quidem generatione non in bestiarum, sed in hominum migrant corpora. Est autem fortuna eorum pro varietate scientiae et cognitionis, quam olim adepti sunt, maxime varia et diversa. Nam qui plurimum veri in regionibus coelestibus vidit animus, is in sapientis, honesti et sapientiae atque amoris studiosi corpus migrat. Ab hoc proximo distat intervallo qui regis corpus invadit, legibus, bello et imperio potentis. Tertium tenet locum qui descendit in hominem civitatis familiaeque regendae et rei faciendae peritum. Quartus est ordine et dignitate qui in viro laboris patiente et in exercendis sanandisve corporibus occupato figit domicilium. Quinti ordinis animi vitam habebunt in vaticinando aut in initiis mysteriorum occupatam:

sexti poëtas animabunt; septimi geometras aut fabros; octavi sophistas aut factiosos atque populares; noni denique occupabunt tyrannos. Atque hi animi omnes, ubi morte e corporibus suis rursus discesserunt, in locum vel poenarum vel praemiorum perveniunt, et mille exactis annis accipiunt potestatem eligendi sibi nova corpora et nova vitae genera sive hominum, sive bestiarum. Nec tamen una eademque omnium fortuna est. Namqui animus ter sibi, exactis illis millenis annis, vitam philosophi vel pueros cum philosophia amantis (*παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας*) delegerit, is absolutus iam pennas denuo recuperat, quibus, ut antea, ad sublimia evehi, deum aliquem consectari, et contemplari coelestia queat. Qui autem sunt in numero octo classium reliquarum animi, hi nonnisi decies mille annorum periodo absoluta in primam illam conditionem restituuntur. P. 247. E — 249. B.

Haec igitur Socrates hactenus de vita animorum superiore. In quibus quanquam multa fatemur inesse ad explicandum haud ita facilia, de quibus singulatim in annotatione dicemus; tamen illud quidem manifestum est, qualis indoles et natura animis humanis tribuatur. Vult enim philosophus eos diis esse simillimos, veruntamen tales, in quibus nativa quaedam cupiditatis pravitas iam inde a principio fuerit conspicua. Atque hinc repetuntur causae, cur in corpora humana delapsi sint; hinc item declaratur, unde originem ducat amor rerum divinarum atque philosophia. Sed nolumus haec philosophi placita nunc illustrare vel examinare: satis erit pro nostro consilio paucis significavisse, quae nobis esse videatur eorum sententia. Exposita igitur animi humani indole et natura Socrates iam ad illud accedit, cuius gratia totam hanc disputationem susceperat, hoc est ad vim et naturam amoris philosophi explicandam.

Hominis natura atque ratio, inquit, ita fert, ut quae in rebus singulis quasi dispersa cernuntur rerum genera, ea mente sua comprehendat et tanquam in unum colligat. Quae quidem est recordatio illorum, quae olim animi nostri in coelesti illo deorum consortio spectaverunt. Quocirca philosophi animus citius recuperat alas, quippe qui perpetuo versetur in recolenda divinarum rerum memoria. Quod si qui reprehendunt tanquam dementiae argumentum, ii quid rei sit ne suspicari quidem videntur. Nimirum idearum notitiam animi nostri

e vita anteacta secum hanc in vitam attulerunt: quae tamen notitia quoniam eorum lapsu quasi obscurata est, philosophi id maxime agunt, ut vero investigando atque perquirendo amissam cognitionem, quantum fieri possit, restituant. Atque hoc loco iam tandem ad illud furoris genus pervenimus, quod continetur amore. Quippe philosophi revera divino quodam agitantur spiritu, qui eos semper ad coelestem illam evehit pulcritudinem, quam in vita superiore conspexerunt. Quae si sub oculos esset subiecta, profecto admirabiles excitatura esset amores sui. Veruntamen quum veri, boni, iusti, sancti effigies in his terris nulla cernatur, nam cogitando tantum et ratiocinando ea assequimur; pulcrum, quod illic summo splendore lucebat, hic habet splendida simulacra. Nam pulcra percipiuntur sensibus, et vero etiam visu, hoc est sensuum acutissimo. Quocirca conspecto hic apud nos pulcro aliquo veri illius recordamur pulcri, olim in deorum consortio conspecti, ideoque continuo illuc avolare gestimus; quo studio qui inflammati sunt, ii recte appellantur amatores. Neque tamen omnes rebus pulcris conspectis verae illius atque divinae pulcritudinis recordantur. Unde fit, ut qui illius sunt immemores ad pulcrum, quem vident, incitate ferantur et pecudum ritu, nulla eius reverentia tacti, unice corporis voluptates ab eo petant. Qui est amor vulgaris atque libido petulantissima. At enim vero qui more philosophorum mente et cogitatione sua perpetuo versatur in eo, quod per se verum, bonum, pulcrum est, contemplando; is conspecto aliquo pulcri quasi simulacro continuo recordatur veri illius pulcri, quod olim in coelesti spectaverat vita, ideoque hominem pulcrum intuens summa inflammatur rerum divinarum cupiditate, in qua cupiditate nihil plane inest libidinis aut turpitudinis, sed una cernitur coelestis pulcritudinis reverentia atque studium. Quocirca amator eum, quem amasium veneratur, tanquam deum aliquem colit adeoque studet omni cumulare honore et beneficio. Habet autem hic amor, cuius divina exhibetur descriptio p. 251. A. — 252. C., eam vim et efficaciam, ut homines evehat ad deorum immortalium imitationem ac similitudinem. Nam unusquisque amantium amasium quaerit et sectatur similem ei deo, quem ipse olim in pristina illa vita praecipuo coluit studio. Quem ubi invenit, et semet ipsum et amatum formare et componere studet ad illius simi-

litudinem. Ita intelligitur, qui fiat, ut et diversus sit amandi modus, nec amor omnibus similiter prosit. Nam qui Martem olim secuti sunt, ii et ipsi sanguinolenti sunt, et talem item sibi exoptant amasium; pariterque reliqui prouti Iunonem, Apollinem, Bacchum, alios deos olim coluerunt, ita Iunonios, Bacchicos, Apollineos pueros in deliciis habent. Perfectissimi autem omnium et sanctissimi amatores sunt qui olim Iovem, hoc est *νοῦν βασιλέα*, summam rationem, omnia in rerum universitate sapientissimis consiliis moderantem atque gubernantem, sunt secuti. Hi enim considerant, num amasius philosophus sit natura et ad imperandum natus: et ubi talem repererunt, eundem omni studio et reverentia prosequuntur, eoque ipsi quoque in memoriam redeunt eorum, quae olim in Dei consortio versantes divina cum oblectatione spectaverant. P. 249. C. — 253. Nec vero ad generosum hunc divinumque amorem sic statim sine labore et contentione pervenitur. Nam conspecto pulcro adolescentulo inter equos et aurigam animorum vehementissimum certamen cooritur. Quippe pravus ille et contumax equus, cuius vel externa species arguit lubidinem *), tum continuo omnibus viribus ad voluptatis fructum contendit, ut vel optimus eius ferociam aegerrime perdomet. Sed fit tamen non raro aurigae prudentia et constantia, atque alterius equi bene morati fortitudine, ut ille et freno coërceatur et aurigae pareat. Quod sicubi factum est, quo ipse amator agitatur amore, eodem iam incenditur amasius. Nam quemadmodum ille ex hoc per oculos hausit effluvium pulcritudinis, quo incaluit ita, ut germinare in animo inciperent alae; sic amantis desiderium imaginis instar in amasii animo repercutitur, cumque ita emollit et irrigat, ut in eo item alae succrescant. Atque ita evenit, ut alter alterum mutuo amplectatur amore, atque ambo beatam et concordem degant vitam, cui summa praemia sunt constituta. Quippe amor eorum prorsus fuit philosophus, nec ulla libidinis turpitudine commaculatus. Sin autem amantes et amasii non quidem philosopham, at tamen ambitiosam et honoris laudisque studiosam agunt vitam, quae a malae existimationis nota aliena sit, fit sane subinde, ut incauti ac praeter deliberatam voluntatem ad

*) Vide hac de re annotat. nostram.

amoris minus generosi fructum abripiantur. Sed his nihilominus haud sane parvum amatorii illius furoris praemium est propositum, quum non turpi libidini fuerint dediti, sed sibi ab ea pro viribus temperaverint. Quippe hi etiam si e vita discedentes nondum alas recuperaverint; tamen iamiam in eo sunt, ut eorum alas mox progerminaturas esse sperare liceat. Qui autem eius utitur consuetudine, a quo non amatur, huius fortuna longe est tristissima. Nam eius animus, postea-quam e corpore excessit, per novem millia annorum in his terris temere volutatur atque sine ratione apud inferos oberrat. P. 253 — 256. E. — His omnibus denique Socrates hunc apponit epilogum. Haec tibi, dilecte Amor, inquit, palinodia pro virium mearum modulo exsoluta est ac dictata: quam ut hoc modo caneremus et verbis proferremus poëticis, a Phaedro coacti sumus. Tu vero et iis ignoscas, quae antea dicta sunt, et haec propitius a nobis accipias, quamque mihi largitus es artem, eam ne unquam auferas neve imminuas. Quodsi autem hactenus aliquid vel a Phaedro vel a me dictum est numine tuo indignum, Lysias tanquam eius auctor est accusandus, quem tandem averte ab huiusmodi sermonibus et totum ad philosophiam converte. Nam ita etiam Phaedrus hicce, eius amator, mutabit mentem, atque in amoris et sapientiae studio vitam transiget. P. 257. A.

En habes totius orationis argumentum. In qua sive elocutionem sive res et sententias consideres, nihil sane desiderabis, quod ad summam artis praestantiam ullo modo requiratur. Nam orationis quidem audaciam quod fuerunt qui adolescentem potius quam virum decere arbitrarentur, non videntur illi satis animadvertisse Socratem in epilogo ipsum profiteri se Phaedri gratia poëtico usum esse loquendi genere. Hic enim quanquam Lysiam in primis suspiciebat et sectabatur, tamen nec Siculam illam dicendi rationem spernebat, quae omnis generis captabat artificia, nec a poëticorum usu flosculorum abstinebat. De qua re v. Phaedr. p. 273. A. Sympos. p. 171 — 181, ubi Phaedrus ipse suam aliquam recitat declamatiunculam. Itaque mira profecto Platonis ars in eo cernitur, quod vel in hac oratione, argumenti gravitate maxime conspicua, Phaedrum imitatione sua illusit. Sed maior etiam ingenii sollertia cernitur in eo, quod quum dicendi genus ad ridendum

adolescentem comparatum sit, tamen idem illud ipsi argumento atque rebus praeclare est attemperatum. Etenim res maxime sublimes et excelsae imaginibus sanequam grandibus et excelsis declarantur, atque iis verbis, quae plane conveniant ipsi rei magnitudini. Quocirca optimo iure affirmari licet formam huius orationis pro eius consilio et fine longe esse praestantissimam. De ipso autem eius argumento quid statuendum sit, nemo, qui illud cum superioribus declamatiunculis contenderit, dubius poterit haerere. Neque enim id agitur, ut vulgaris amoris ratio et natura illustretur; illud potius subtili argumentatione declaratur, qualis sit amor philosophi, et qui fiat, ut is a puerorum amore ad rerum divinarum studium evehatur, adeoque animus eius pristinam, qua in vita superiore gavisus est, felicitatem magnam certe partem recuperet. Quippe rerum pulcrarum adspectu pectus philosophi amatoris repletur immenso quodam eius pulcritudinis desiderio, quam olim in lucidis coeli regionibus una cum diis immortalibus summa cum oblectatione spectavit. Nam opposuit philosophus, Empedoclis aliorumque philosophorum exemplo, mundum *νοητὸν* ei, quem oculis videmus atque sensibus percipimus, illumque voluit huius quasi absolutam aliquam atque perfectam esse speciem et imaginem. Sed ne consilii nostri immemores fuisse videamur, ampliorem huius rei quaestionem nunc quidem missam faciamus, et, quid sit quod deinceps a Socrate et Phaedro disputatur, consideremus.

Audita igitur praeclara illa Socratis oratione Phaedrus ingenue profitetur valde sese dubitare, num Lysias unquam eiusmodi orationem in medium allaturus sit, si cum Socrate velit de praestantiae oratoriae laude contendere. Praeterea veretur adolescentulus, ne rhetor clarissimus in posterum prorsus a scribendo abstineat, propterea quod nuper admodum a viro quodam in republica claro invidioso *τοῦ λογογράφου* nomine appellatus sit. Hic vero Socrates viros civiles lepide exagitans et cavillans istum hominem arbitratur nentiquam sibi videri orationum scribendarum studium ex animi sententia reprehendisse; nam istiusmodi homines, qui in tractanda republica versentur, plerumque nihil agere studiosius, quam ut aliquod sui monumentum literis proditum, veluti legem aliquam aut edictum suo nomine inscriptum, posteritati relinquant. Nec vero per se turpe

esse ait orationes scribere; illud esse ignominiosum, si quis male scribat aut inepte. P. 257. B. — 258. E. — Quibus expositis de optimo scribendi genere suscipitur disputatio. Et ante omnia quidem Socrates vulgarem rhetoricam censet nihil esse aliud, nisi inanem quandam verisimilitudinis captatricem, quum tamen sine philosophia nulla possit fingi aut cogitari ars oratoria. Oportet enim, inquit, oratorem ante omnia accuratam habere cognitionem eius rei, de qua dicturus sit. Nam quod vulgo faciunt oratores, ut inanem aucupentur veritatis speciem, id non tantum est ridiculum, verum etiam perniciosum, nec eiusmodi eloquentia artis habet dignitatem, sed solo usu continetur nulla ratione collecto. Omni enim sermoni sive publico sive privato hoc debet esse propositum, ut audientibus aliquid persuadeamus. Iam vero si is, qui coram aliquo dicit, non ipse studuit ad veri intelligentiam pervenire, non tantum alios in errorem inducet, sed etiam ipse falletur, quod sane per est ridiculum. P. 259. E. — 262. C. Quae omnia facile poterunt illustrari considerata Lysiae oratione. Quum enim oratorem oporteat exploratum habere, ecquid sit ambiguum et controversum in ea re, de qua verba facturus sit, Lysias in eo vehementer lapsus est, quod quum de amoris vi et natura maxime variae sint hominum opiniones, tamen eam non definivit, sed ab iis cepit dicendi initium, in quibus explicandis orationem finiri conveniebat. Ita factum est, ut eius declamatiuncula omni careat ratione, ordine, denique unitate et simplicitate. Nimirum omnem orationem decet similem esse animali alicui vel homini, cuius membra et iustam habeant proportionem et apte inter se colligata sint atque connexa. Quippe omnia ac singula pertinere debent ad unam aliquam notionem, qua tanquam genere comprehendantur atque contineantur. P. 262. C. — 264. E. — Itaque omnem artis oratoriae rationem positam esse apparet in eo, ut et ea, quae multa sunt atque varia, in unum genus colligamus, et vicissim genus universum in formas ac partes suas apte describamus. Quod qui tenet, eum vocare solemus dialecticum. Nam arti dialecticae partitiones illae et collectiones sive conductiones tanquam propriae sunt attribuendae. P. 264. E. — 266. C. — Iam vero nostri quidem rhetores quam inscite in hac disciplinae suae parte versentur, neminem latere potest. Quum enim plurima ex-

cogitaverint dicendi artificia, quae quibus nitantur causis et rationibus nemo facile dixerit, tum de iis rebus, quibus nostro iudicio vera ars continetur, nihil prorsus in lucem producunt. P. 266. D. — 269. A. — Quodsi igitur quaerat quispiam, qua via ad veri germanique oratoris laudem perveniatur, primum ad eam rem ingenium requiritur, deinde rerum scientia et cognitio; denique disciplina et exercitatio. Ex quibus quae ad artis pertinent institutionem, ea si quis comparari posse putet rhetorum nostrorum, veluti Lysiae et Thrasymachi, praeceptionibus, is profecto multum fallatur. Qua autem via hac in re sit incedendum, docet exemplum Periclis, quem constat exstitisse oratorem omni laude cumulatum. Is enim Anaxagorae usus institutione mentem animumque suum philosophiae ope excoluit, quo uno effecit, ut tantum dicendo posset. Enimvero quemadmodum ars medica corporis requirit notitiam, sine qua nullus esse potest medicamentorum usus; ita ars oratoria, si quidem ea recte usurus sis, necessario postulat, ut perspectus habeamus varias animorum naturas et facultates. Nam hac demum animi notitia comparata iudicare orator poterit, quam varia sint eloquentiae genera; qualem quodque eorum in animis hominum habeat vim et efficaciam, et quibus opportunitatibus singula ad usum revocanda sint. P. 269. D. — 272. B. — Quodsi igitur sunt qui rhetorum artes sibi persuadeant aditum ad verae eloquentiae possessionem aperire, magno illi errore constricti tenentur. Isti enim homines non ipsam veritatem, sed verisimilitudinis fraudem sequuntur, atque satis habent, si aliis id, quod ipsi volunt, aliquo modo persuadeant. Quod sicut per se est ridiculum, ita, si verum quaerimus, sine dialectices ope ne fieri quidem atque perfici potest. Quum enim fraudes eorum nitantur specie verisimilitudinis; haec ipsa autem sine veri cognitione iudicari nequeat; consequens est, ut nec fraudulenta ista eloquentia sine veritatis ratione consistere queat. Denique ad eloquentiam, quae quidem nomine suo digna sit, opus est philosophia. Huic autem magnopere cavendum est ne eo consilio operam demus, ut alios in errorem atque fraudem inducere valeamus, debet enim ei illud potius esse propositum, ut eo modo et loqui et agere discamus, qui diis immortalibus minime displiceat. P. 272. B. — 274. A. — Atque haec quidem de arte pariter atque iner-

tia dicendi satis sunto. Revertamur iam ad illud, cuius in superioribus mentio iniecta est, ad scribendi studium, videamusque, quando illud utile sit atque laude dignum, quando secus habeat. Utilis autem est scripta oratio admonitionis causa; sin ad cognoscendum destinatur, omne scribendi studium noxium putari debet. Nam quod Thamus, Aegypti rex, olim literarum inventori, cui Theut nomen fuit, prudenter significavit, literarum usu propter recordationis negligentiam in animis discentium oblivionem effectum iri, id verissime iudicatum est, quandoquidem qui literarum monumentis confidunt res ipsas animis suis non revolvunt. Huc accedit, quod qui multa legunt facile sapientiae opinione inflantur, ideoque δοξόσοφοι evadunt. Nimirum scripta hoc unum emolumenti afferunt, quod quae olim commentati sumus nobis in memoriam revocant, ut profecto inepti sint qui iis putant artem aliquam aut disciplinam ita explicari tradique posse, nihil ut dubitationis remaneat. Etenim hoc in genere scriptura longe simillima picturae est. Nam pictae tabulae quum tanquam viventes ob oculos versentur, tamen, si quid rogaveris, egregie silent. Eadem scriptae orationis ratio est. Hanc enim facile putes aliquid tanquam intelligentem dicere; verum si quid ex ea quaesiveris, semper unum idemque indicabit, nec effatorum suorum poterit reddere rationem. Praeterea ea, quae literis consignata sunt, ab insipientibus pariter atque sapientibus lectitantur, ut vel hoc nomine reprehensioni sint obnoxia. Nimirum vera scriptio, cuius quasi umbra quaedam esse videtur oratio literis consignata, in eo posita est, ut in animis hominum tanquam in tabulis cum scientia scribere valeamus. Quippe vivus demum sermo sibimet ipse potest auxiliari, atque dicere et facere apud quos convenit. Quocirca vir sapiens huic potissimum dabit operam. Nihil enim praestantius atque utilius, quam si quis ingenium nactus idoneum sermones in eo cum scientia serat, qui et sibi ipsi et satori suo afferre opem possint, nec fructibus destituti sint, et semina reddant. Quocirca ille nonnisi otiosus scribendo operam dabit, ut vel ipse habeat aliquando in senectutis oblivione, cuius ope rerum olim actarum memoriam resuscitet; vel cum aliis eadem studia sectantibus communicet, si quae meditatus sit, quae ut ab iis cognoscantur non indigna sint. Atque ex his omnibus intelligitur, quid sit

quod Lysias in scribendo praestiterit. Quum enim uni philosophi sint veritatis ac sapientiae studiosi, rhetor celeberrimus commonendus erit, ut philosophi nomine dignus evadere studeat: qualem Isocratem futurum esse auguror, in quo iuvene praeclara quaedam indoles non modo ad dicendum, sed etiam ad philosophandum conspicua est. — His expositis Socrates denique Pana ceterosque deos loci illius, in quo versatur, precibus rogat, ut ipsi semper, sublata externa specie, veram sapientiam et virtutem largiri velint.

Hoc igitur universi libri argumentum est. Sequitur, ut de eiusdem proposito et consilio dicamus; de qua re in varias partes disputatum est. Nam alii de amore potissimum atque pulcro in eo agi censuerunt; alii artis rhetoricae praecepta quaedam tradi putaverunt, quibus illustrandis orationes illae de amore habitae inservirent; alii etiam alia de ea re iudicia in medium attulerunt, veluti Schleiermacherus, qui Platonem iudicavit hoc libro scribendo viam sibi patefacere voluisse ad universae philosophiae partes eas, quae cognitione dignae essent, ordine deinceps tractandas et exponendas, ideoque artis oratoriae exemplo declarare, quanta esset omnis omnino philosophiae dignitas et praestantia *).

---

*) Iuvabit ipsius Schleiermacheri verba apposuisse, quo certius omnibus constet, quae sit eius de hac re sententia. Itaque Praefat. ad Phaedr. p. 65 sq. ita scripsit: „Auf solche Art also werden wir — immer weiter getrieben bis zur innersten Seele des ganzen Werkes, welche nichts anderes ist, als der Inbegriff jener höhern Gesetze, nemlich die Kunst des freien Denkens und des bildenden Mittheilens, oder die Dialektik. Für welche hier alles Uebrige nur Zurüstung ist, um sie auf sokratische Weise entdecken zu lassen durch Aufzeigung ihres Geistes in einem bekannten Einzelen, und zwar dem, worin fast ausschliessend wissenschaftliche Form theils allgemein anerkannt war, theils leicht aufzuzeigen. Nicht nur aber als die Wurzel jeder andern abgeleiteten Technik will Platon uns diese Kunst rühmen; sondern in allen andern Künsten zwar sollen wir sie erkennen, sie selbst aber soll dann jedem als etwas viel höheres und ganz göttliches erscheinen, welches keineswegs etwa um jener willen, sondern nur um sein selbst und um des göttlichen Lebens willen soll gelernt und geübt werden. Der ursprüngliche Gegenstand der Dialektik aber sind die Ideen, welche er daher auch hier mit aller Wärme der ersten Liebe aufstellt, und so ist die Philosophie selbst und ganz dasjenige, was Platon hier als das Höchste und als Grundlage alles Würdigen und Schönen

Horum omnium etsi nihil est quod non aliquid veri continere dicendum sit, tamen magnopere vereor, ut qui illas sententias tulerunt omnem rei rationem penitus perspectam habuerint. Neque enim de pulcro vel amore potissimum agitur, propterea quod ita copiosa et prolixa de arte rhetorica disputatio ab universae scriptionis ratione et consilio aliena esset; neque orationes illae, in quibus agitur de amore, unice pro exemplis valere videntur, quorum ope praecepta rhetorica illustrentur; nec denique prolusionem aliquam universae philosophiae in hoc sermone contineri arbitramur, in qua totius libri summum consilium cerni existimandum sit. Nimirum ego si quid video, illud maxime in hoc libro egit philosophus, ut vanam, inutilem et fallacem rhetorum artem esse argueret, nisi cum vera philosophia esset connexa atque copulata, quippe ex qua una omnis rectae rationis cognitio duceretur *). Quum vero philosophus hoc ita facere instituisset, ut rhetoricam aliquam Lysiae de amore declamatiunculam tanquam fundamentum totius disputationis subiiceret, eadem opera amorem rerum divinarum, quo philosophorum animi capti teneantur, egregie descripsit, eiusque causas

anpreiset, für die er allgemeine Anerkennung in diesem Besitz siegreich zu fordern weiss. Und eben weil die Philosophie hier ganz erscheint, nicht nur als innerer Zustand, sondern als ihrer Natur nach sich äussernd und mittheilend, so musste auch der Trieb zum Bewusstsein gebracht und dargestellt werden, welcher sie von innen herausdrängt, und welcher eben nichts anderes ist, als iene ächte und göttliche Liebe, die sich über iede andere auf irgend einen Nutzen ausgehende eben so weit erhebt, als die Philosophie ihrer Natur nach iene untergeordneten Künste übertrifft, die sich auch mit einer Lust oder einem Gewinn spielend begnügen. Denn so sehr auch die gelungene Befriedigung ienes Triebes das Werk der Kunst sein muss und der anordnenden Besonnenheit; so erscheint doch der Trieb selbst als ein ursprüngliches, immer reges in der Seele des Gebildeten und Vollkommenen, seinen Gegenstand ausserhalb suchendes, also als Leidenschaft und göttliche Eingeistung. Hierdurch also lösen sich alle Aufgaben, und dieses bewährt sich als die wahre, alles hervorbringende, belebende und verknüpfende Seite des Werkes." Cum his conferas quae vir eximius disputavit Introduct. in Plat. Opp. p. 48 sqq.

*) Idem fere censuit Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 97 sqq.; quem conferas.

et rationes elegantissime explicavit. Enimvero ita simul ostendit, quam misera et inanis esset vulgaris rhetorica etiam eo nomine, quod ad sublimiorem rerum contemplationem neutiquam assurgeret, sed veluti humi reperet et in luto haereret. Quod igitur Plato in plerisque libris suis omnibus magna cum ingenii sollertia fecit, ut plurium rerum tractationem arctissime copularet et ad unum eundemque referret finem; idem etiam in hac scriptione insigni artificio est consecutus, quandoquidem quum potissimum rhetorum ac scriptorum artem vanitatis coargueret, tum vim amoris rerum divinarum, ad quarum contemplationem philosophorum animi evehantur, egregiis imaginibus illustravit, atque ipsius philosophiae, h. e. studii absolutae veritatis, dignitatem et praestantiam in clara luce collocavit.

Atque haec quum iam satis manifestum reddant, quam apte singulae disputationis partes inter se cohaereant, tum magis etiam admiraberis philosophi artem, ubi qua temporis opportunitate hic liber ab eo literis consignatus sit, accuratius fuerit exploratum. Nec vero assentiendum putamus Schleiermachero, Heusdio*), Astio, aliis, qui ex orationis amatoriae ubertate et audacia, per totum sermonem neutiquam regnante, efficere studuerunt eum pro iuvenilis ingenii foetu haberi oportere. Cui opinioni multa sunt quae mirifice adversentur. Nam primum quidem ipsa argumenti sublimitas poëticam orationem paene postulabat: quae sicuti per se non inepte adhibita est, ita insuper, ut antea vidimus, ad Phaedrum ridendum egregie est comparata. Deinde philosophum apparet, quo tempore hunc librum scripsit, doctrinae suae rationem iam ad summam usque perfectionem excultam habuisse **), unde gravissima eius placita, veluti de animorum ortu, natura et facultatibus, de ideis, de veritatis cognitione, in eo commemorantur vel etiam illustrantur: quod certe argumentum est non adolescentiae, sed aetatis maturioris. Praeterea negari haudquaquam potest, de qua re in annotatione haud uno loco monuimus, Platonem in hoc sermone Pythagoreorum decreta ita vel respe-

*) V. Initia Philosoph. Platon. Vol. I. p. 138 sqq.

**) Neque enim accedere possum Schleiermachero Praef. ad Phaedrum p. 76. aliter hac de re iudicanti.

xisse vel expressisse, ut iam accuratiorem eorum notitiam habuisse videatur, quam ante iter in Siciliam et Graeciam magnam susceptum ei obtingere potuerit. Unde quid colligi posse arbitremur, ex iis patebit, quae Prolegg. ad Vol. I. p. XXIII sqq. disputavimus. Accedit summa artis perfectio in hoc opere adeo conspicua et insignis, ut non possim mihi persuadere Platonem hoc sermone scribendo posuisse tirocinium, postea temporis emisisse libros ad artis praestantiam cum Phaedro minime comparandos. Denique neminem, qui hunc dialogum animo paullo attentiore perlegerit, poterit praeterire eum cum libris de Republica maximeque cum Symposio tanta contineri argumenti cognatione, ut vel inde verisimiliter coniicias eum demum post iter primum in Italiam susceptum literis consignatum esse. Quae observatio quia multum valet ad tempus, quo scriptus sit, accuratius definiendum, quae ratio inter Symposium et Phaedrum intercedat, paucis significasse iuvabit. Videtur autem nobis horum librorum tanta coniunctio esse ac necessitudo, ut alter pro alterius veluti parte haberi queat, qua unum quoddam opus absolvatur. Nam in Phaedro quum id maxime agatur, ut rhetorum ac sophistarum artem oratoriam philosophia carere arguatur, amoris autem sublimioris ac divinioris natura veluti per occasionem illustretur; contraria plane in Symposio ratio initur. In hoc enim libro quod in Phaedro summum est ac primarium obiter agitur: amoris autem philosophi natura atque vis omni studio explicatur et Socratis imagine ob oculos posita praeclare illustratur *). Ex quo verisimile fit utrumque librum eodem fere tempore scriptum et in lucem editum esse. Iam vero dubitari licet, utrum Phaedrus post Symposium sit compositus, an contra. Illud olim conieci Prolegg. ad Vol. I. p. XXV. Fateor tamen ingenue nunc mihi probari contrarium. Nam primum quidem Diogenes Laertius III. 35. 38. et Olympiodorus memoriae prodiderunt Phaedrum inter omnes Platonis dialogos primum fuisse literis exaratum. Quam famam suspicari licet non de nihilo haustam esse. Videlicet

*) Rückerti enim de Symposii proposito sententiam non potuimus probare; nec probavit Astius Ephemerid. Litter. Ienens. 1832. N. 55.

ego si quid video, ea inde duxit originem, quod primus hic fuit liber, quem Plato ex itineribus reversus, quum in Academia docere coepisset, literis consignaverit. Nam quum ceteri, quos tum scripserat, dialogi Socrate adhuc vivo vel non ita diu mortuo compositi essent, adeoque Socraticam disserendi rationem tanquam viva imagine expressam referrent, accidere sane potuit, ut tunc demum veluti sui iuris factus esse videretur. Ad hoc accedit aliud quid, quod sane non obscurum facit indicium, Phaedrum Symposio prius in lucem editum esse. Exstant enim apud Athenaeum Alexidis versiculi, e fabula comici, quae Phaedri nomine fuit insignita, repetiti, p. **562.** = p. **1250** et **51.** T. III. ed. Dindorf., in quibus quae ad traducendam Platonis de amore sententiam proferuntur, iisdem paene verbis leguntur in Symposio Platonis pag. **103.** B. sqq. Itaque poëtam comicum apparet nomine Phaedri simul complexum esse Symposium, quod facere certe nullo pacto potuisset, si Symposium prius quam Phaedrus prodiisset *). Certe quidem illud ex his versibus satis tuto colligitur, Phaedrum et Symposium iam comici aetate tanquam unum opus fuisse consideratum. Iam vero Symposium certissime constat non ita multo post Olympiad. XCVIII. **3.** et **4.** h. e. **385.** a. Chr. n. in vulgus editum esse. Ex quo consequitur, ut Phaedrum non multo ante scriptum esse suspicari liceat. Quod si vere posuimus, in quodnam tempus incidat huius libri confectio, non est ita difficile ad coniiciendum. Rediit enim philosophus in patriam Olympiad. XCVIII. in. circ. **388.** a. Chr. n. vel secundum Eusebium Olymp. **97. 4.** Ita enim intelligendum est, quod hic in Chronico scripsit, eo anno Platonem pro philosopho esse agnitum. Quippe inde ab hoc tempore Plato doctrinae copias, quas mature collegerat et in peregrinationibus eximie auxerat, ita coepit explicare, ut et in Academia docere inciperet et novae conditor philosophorum familiae exsisteret. Quod quanquam non certis constat testimoniis quo tempore facere instituerit, tamen non

*) His addere licebit in Sympos. p. 182. A. manifesto respici ad orationem Lysianam in Phaedro recitatam his verbis: *οὗτοι εἰσὶν οἱ τὸ ὀνείδους πεποιηκότες, ὥστε καὶ τινὰ τολμᾶν λέγειν, ὡς ἀσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς.*

ita multo post reditum in patriam ab eo factum esse longe est verisimillimum. Atque hoc ipso tempore putamus Phaedrum ab eo esse compositum et in lucem editum. Quod si verum esse sumimus, profecto multa, quae in eo libro reperiuntur, lucem plane eximiam accipiunt. Nam primum quidem cur rhetorum officinas tam acerbo perfricuerit sale, nemini obscurum esse poterit. conf. quae diximus Prolegg. ad Vol. I, p. XXV. Deinde cur ἐνθουσιασμὸν veri philosophi tam egregiis coloribus descripserit, multo minus erit dubium et controversum. Quid enim est magis ipsi rerum naturae conveniens rationique consentaneum, quam philosophum sublimem illum atque grandem rerum divinarum amorem, quo pectus ipsius incaluerat, eo ipso tempore, quo sapientiae copias cum aliis communicare instituerat, palam esse testificatum? Nec vero iam illud cuiquam videbitur admirabile, quod philosophus in hoc sermone veluti summa doctrinae suae capita perstrinxit et significavit. Quum enim nuper demum philosophiam tradere coepisset, profecto sua ipsius debebat interesse, ut quantum placita sua ceterorum hominum opiniones sublimitate pariter atque subtilitate superarent, etiam iis, qui ipsius laudibus maligne inviderent, aliquo modo patefaceret. Denique quae de librorum scriptione disseruntur, ea quorsum pertineant, ex hac una re clarissime perspicitur. Quod enim philosophus tanto cum contemtu loquitur de rhetorum scriptionibus, adeoque scriptam orationem admonitionis, non item verae cognitionis voluit esse adiumentum, quis est quin iam statim animadvertat hoc esse eius iudicium viri, qui et in Socratis memoriam potissimum scripta quaedam in lucem edidisset, et nuper demum magno cum audientium applausu decreta sua ore explicare incepisset? Nimirum Plato tum temporis summum habuit, quo sibi esset enitendum, sapientiae semina sermone spargere in hominum animos, quae semper et ubique optimos ederent fructus, nec unquam spem destituerent. Quocirca etiam postea eam tenuit in scribendo rationem atque viam, ut eam scriptorum formam deligeret, quae ad vivi sermonis consuetudinem quam proxime accederet. Atque haec quum ita esse pro certo atque explorato habeamus, utique assentimur iis, quae disputavit Socherus De Scriptis Platonis p. 301 — 325, quo loco vir acutissimus item evincere studuit Phaedrum a Pla-

tone non ita multo post reditum ex itinere in Italiam suscepto literis esse consignatum; quanquam de argumento et consilio libri paullo aliter iudicamus.

Superest, ut dicendum sit de Lysia deque iudicio, quod Plato in hoc libro de celeberrimo oratore in medium attulit. Quod igitur hunc tam graviter reprehendit, propterea quod ab arte oratoria philosophiam plane seiungat, ea reprehensio in illum non ut oratorem, sed ut rhetorem cadit, quem probabile est illo tempore et praeclari dicendi magistri laudibus floruisse, et more sophistarum ostentationis gratia varias *μελέτας* in lucem emisisse. Suidas tradit Lysiam scripsisse: *καὶ ἐπιστολὰς ζ, μίαν μὲν πραγματικήν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐρωτικάς, ὧν αἱ πέντε πρὸς μειράκια.* Photius p. 488. Bekk. *συγκεφαλαιοῦσι δὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ δημηγορίαι, ἐπιστολαί, ἐγκώμια, ἐπιτάφιοι, ἐρωτικοί, καὶ Σωκράτους ἀπολογία.* Hermias p. 77. ed. Ast. *εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι αὐτοῦ Λυσίου ὁ λόγος οὗτός ἐστι, καὶ φέρεται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς ἐκείνου εὐδοκιμοῦσα καὶ αὕτη ἡ ἐπιστολή.* Qui quod etiam sermonem illum, qui apud Platonem prostat, inter eius epistolas relatum esse narrat, fieri sane potest, ut iam mature in earum numerum receptus sit. Illud certe verisimile est, Platonem ea, quae Lysiae tribuit, prorsus ad eius operum similitudinem comparavisse *). Sed hoc utut est, illud quidem pro certo et explorato habemus, Lysiam a Platone ut rhetorem et declamationum scriptorem castigari. Atque hoc quum ita esse dubitari non possit, ne illud quidem mirabile est, quod iudicialium eius orationum nulla ratio habetur. Nam vel illo tempore, quo Phaedrum scriptum esse suspicamur, Lysias videtur rhetoris potius quam oratoris laudem adeptus fuisse. Quamvis igitur concedendum sit, quod iam Socherus l. c., Spengelius Artium Scriptorr. p. 124., Boeckhius Mus. Rhenan. T. I. p. 71. ostenderunt, orationem contra Eratosthenem unum ex triginta viris, quae fuit omnium prima ab eo in iudicio habita, iam Olymp. 94. 2. s. 403 a. Chr. n. compo-

*) Alia testimonia, quae collegit Haenischius Praefat. ad Amator. p. 37 sqq., ut hanc orationem iam a veteribus scriptoribus Lysiae tributam esse demonstraret, magnopere vereor ut probent id, quod Haenischius inde collegit.

sitam esse, tamen inde minime efficitur, quod voluit Spengelius p. 124., Phaedrum Platonis aliquot annos ante Euclidem archontem in lucem esse editum. Nec illud nostrae obstat rationi, quod usque ad Olymp. 98. in. plurimae aliae Lysiae orationes iudiciales in publicum prodierunt, quandoquidem orationes in Andocid. Olymp. 94. 3., in Agoratum, Philonem, Diogitonem circiter Olymp. 94. 4., adversus Evandrum et Nicomachum circ. Olymp. 95. 2., De publicis opibus et in Poliarchum Olymp. 95. 4., pro Mantitheo Olymp. 96. 3. habitae videntur. Nam istis omnibus neutiquam effectum esse, ut Plato suum de Lysia iudicium mutaret, certissime exinde colligi potest, quod eius orationi funebri, quae scripta est Olympiad. 96. exeunte, postea opposuit Menexenum, id quod nuper clarissima in luce collocavit Carolus Schoenbornius in libello: Ueber das Verhältniss, in welchem Platons Menexenus zu dem Epitaphios des Lysias steht. Guben. 1830. 4. Quodsi igitur sumimus, quod sane pro vero habendum videtur, Phaedrum Platonis Olymp. XCVIII. in. in lucem prodiisse, Lysias illo tempore fere septuaginta annos natus fuit, quandoquidem Olymp. XCII. 1., quo tempore Thuriis relictis Athenas migravit, aetatem habuit 47 annorum: Isocrates autem circiter 48 vel 49 annos habuit; quem cur Plato tanta ornaverit laude, ex iis apparebit, quae scripsimus annot. ad pag. 278. E., quibus adde Dionys. Hal. Iud. de Isocrat. T. V. p. 543 *). Atque cum hac ratione nostra prorsus congruunt illa Ciceronis Orat. 13: „Haec de adolescente (Isocrate) Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato, et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum. Hunc miratur unum.“ Quod iudicium qui nihili fecerunt, ii iam Tullii manes retractanda sententia sua placare non dubitabunt. Ceterum quo tempore colloquium habitum fingatur, significavimus ad p. 279. A.

Haec fere habuimus, quae nunc de Phaedri argu-

*) Tenendum videtur Platonem etiam de Isocrate ut rhetore esse locutum. Et profecto hic in arte oratoria ceteris Graeciae rhetoribus omnibus palmam praeripuit, id quod egregie ostendit Manso: Vermischte Abhandlungen und Aufsätze p. 24 sqq.

mento dicenda viderentur: copiosiorem enim et pleniorem harum rerum explicationem in aliud tempus differendam iudicavimus.

Codices ad hunc librum excussi hi sunt:

Bodleianus s. Clarkianus, qui est omnium praestantissimus, Coislin. *Γ*. Vat. *Δ*. Venet. *ΔΞ ΠΣ*. Pariss. BCDEFGHNOPT. Palat. Vatican. Ambrosian. Florentini septem: a. b. c. g. h. i. *ϑ*. Vindobonens. sex: **1. 3. 4. 6. 7.** *α*, ex quibus eum, quem nos **6**, insignivimus, Bekkerus *Φ* appellavit. Ad Lysiae orationem Haenischius adhibuit codd. Gothanum et Raudnicensem. Duos Monacenses (**11** et **407.**) inspexit Astius.

Dialogus editus et commentariis illustratus est ab Heindorfio Berolin. **1802. 8.**, quae editio ita inscripta est: Platonis Dialogi quatuor, Lysis, Charmides, Hippias maior, Phaedrus, annotatione perpetua illustravit etc. Denuo curavit et lectionem ad apparatum I. Bekkeri emendavit Phil. Buttmannus. Berolin. **1827. 8.**

Secuta est Phaedri editio separatim facta hoc sub titulo: Platonis Phaedrus. Recensuit, Hermiae scholiis e cod. Monac. XI. suisque commentariis illustravit Frid. Astius. Lips. **1810. 8.** mai. Ad hanc editionem pertinent Additamenta, quae Astius ad calcem Politiae a. **1814.** Lipsiae in lucem emissae subiecit. Verum multo magis illos commentarios locupletavit insignis doctrina viri Operum Platonicor. T. X. Lips. **1829.**, quo comprehenduntur copiosissimae in Phaedrum et Protagoram adnotationes. Denique idem vir doctissimus nuper tertium edidit Phaedrum brevi annotatione instructum. Lips. **1830. 8.** min.

Praeterea memorandus est liber ita inscriptus: Lysiae Amatorius. Graece. Lectionis varietate et commentario instruxit Ed. Haenisch. Praemissa est commentatio de auctore orationis, utrum Lysiae sit an Platonis. Lipsiae, **1827.** Haenischius amatorium

sermonem, qui Lysiae a Platone tribuitur, revera ab illo scriptum esse ostendere conatus est.

Aliorum librorum, quibus usi sumus in singulis quibusdam locis illustrandis, in annotatione mentio iniicietur.

In linguam Germanicam hunc librum convertit Schleiermacherus Opp. Platon. T. I. P. I. p. 55 sqq. et Fr. Astius: Platons Phaedrus und Gastmahl, übersetzt, erläutert und verbessert v. Fr. Ast. Iena, 1817. 8.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΦΑΙΔΡΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ ΦΑΙΔΡΟΣ.

Cap. I. Ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; 227
ΦΑΙ. Παρὰ Λυσίου, ὦ Σώκρατες, τοῦ Κεφάλου· πορεύομαι δὲ πρὸς περίπατον ἔξω τείχους· συχνὸν γὰρ ἐκεῖ διέτριψα χρόνον καθήμενος ἐξ ἑωθινοῦ· τῷ δὲ σῷ καὶ ἐμῷ ἑταίρῳ πειθόμενος Ἀκουμενῷ κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους· φησὶ γὰρ ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις. B

P. 227. A. *εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις*] Sic codd. plerique omnes. Vulgo *τῶν ἐν τ. δρ. εἶναι.*

A. *ποῖ δὴ καὶ πόθεν;*] Imitatus hoc libri principium est Lucian. Encom. Dem. §. I. T. II. p. 581. ut recte iudicavit Heindorfius. Ob oculos habuit etiam Aeneas Gazaeus, qui Theophrastum suum Platonis imitatione ductus sic incipit: *Ποῖ δὴ καὶ πόθεν; Ἀξίθεε;* Atticam hanc compellandi formulam, quam praeter Heindorfium ad Lysid. p. 203. B. illustrarunt etiam Astius ad h. l. et Iacobs ad Anthol. Gr. T. III. P. III. p. 64., expressit Horatius Sermon. II, 4, 1. Unde et quo Catius? Plenius idem Serm. I, 9, 62. Unde venis et quo tendis? — *ἐκεῖ διέτριψα*, sc. apud Lysiam.

πειθόμενος Ἀκουμενῷ] Imbecillus vel mollis adolescens: unde medico modicas corporis exercitationes suadenti adeo religiose obtemperat. conf. etiam Symp. p. 176. D. Acumenum medicum philosophus memorat etiam infra p. 268. A. B. et Sympos. p. 176. B. Alia de eo vide sis apud Xenophontem Mem. III. 13, 2, ubi temperantiam dicitur appellavisse optimum convivii condimentum.

ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις] „Δρόμοι fuerunt loca tecta non modo ad cursum, sed etiam ad ambulationem destinata.“ Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 89. His igitur *αἱ ὁδοὶ* opponuntur, sive viae apertae atque publicae, in quibus Acumeno deambulatio visa est minus lassitudinis afferre, propterea, nisi fallor, quod ibi et liberior atque purior aër hauriretur, et motus corporis plus haberent varietatis, ut non eadem semper membra fatigarentur. Nam *τὰ ἄκοπα* sunt, quae nullam afferunt lassitudinem, sed vires corporis recreant, ut bene interpretatur Henr. Stephanus Thes. T. II. p. 363. C. D.,

ΣΩ. Καλῶς γάρ, ὦ ἑταῖρε, λέγει. ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει.

ΦΑΙ. Ναί, παρ' Ἐπικράτει, ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκία τῇ Μορυχίᾳ.

ΣΩ. Τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δῆλον, ὅτι

Ibid. B. *Τί δαί; οὐκ ἂν οἴει* —] Sic aliquot codd. cum Bodl., qui ita corr. Vulgo *Τί δέ*; vid. ad Euthyphron. p. 21 sq. Hermann. ad Viger. p. 848.

πρᾶγμα ποιήσασθαι] Codd. fere omnes *ποιήσεσθαι*, quod quem etiam Astius secutus est. Pessime igitur Ficinus: *Faciliores* ambulationes esse quam cursus. Imo Acumenus ambulationem in viis apertis tanquam salubriorem commendavit. Aristotel. Probl. I. 37. *τῶν περιπάτων οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοπώτεροί εἰσιν οἱ ἀνώμαλοι τῶν εὐθειῶν.* Idem Probl. V. 12. Ceterum totum hunc locum copiose tractavit Mercurialis De Arte Gymn. IV. 10. p. 217 sqq. ed. Venet.

B. *ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει;*] *Ἀτάρ* ita positum tetigit Heindorf. ad Theaet. p. 142. E. — *ὡς ἔοικεν*, ut ex iis, quae dixisti, coniicere licet, quod dictum est paullo lenius pro ut apparet, ut manifestum est: de qua quidem Atticorum urbanitate omnia in vulgus nota sunt. — *ἐν ἄστει* quum Athenae intelligantur, proprie dicendum fuit *ἐν τῷ ἄστει*. Sed est hoc vocabulum in iis, quae articulum modo additum habent, modo omissum, quanquam omissio etiam frequentior est. De Rep. I. 327. A. addito articulo legimus *ἀπῆμεν πρὸς τὸ ἄστυ*: sed ibidem E. *δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι.* Item infra p. 231. C. *οὕτως ἐκ τοῦ ἄστεως οὕτ' εἰς ὑπερορίαν ἀποδημεῖς, οὔτ' ἔξω τειχους.* Nolumus iam plura hanc in rem conferre, praesertim quum nuper Flügelius Obss. in Plutarchi Phocionem p. 76. rem exemplis Plutarcheis penitus confecerit. Videtur vero Lysias domicilium suum habuisse in Piraeeo, quod Heindorf. recte collegit ex eo, quod Cephalus, pater eius, Reip. I. p. 328. C. ibi narratur habitavisse. Non vacat autem irrisione quadam et acerbitate, quod rhetor devertisse dicitur apud Epicratem, qui fuit demagogus famae admodum ambiguae. Verissime Groen de Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 114. „A verisimilitudine non abhorret hunc esse Epicratem, qui in Aristophanis Ecclesiazusis memoratur, ubi quum quaesivisset Praxagora, *ἔχετε δ' οὖν πώγωνας*; mulier versu 71. respondet, *Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.* Nam ibi Scholiastes, *οὗτος*, scribit, *εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός. οὗτος μέγιστ' πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν· ,,Ἄναξ ὑπήνης, Ἐπίκρατες σακεσφόρε.*" Aedes Morychiae domini Morychi intemperantia famosae fuerunt; v. Ruhnk. ad Tim. p. 135. Quamobrem haud scio an in Lysiae mores lateat aculeus: certe ad talem loci notationem accommodate quaerit Socrates: *τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δῆλον, ὅτι τῶν λόγων*

τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἰστία;

ΦΑΙ. Πεύσει, εἴ σοι σχολὴ προϊόντι ἀκούειν.

ΣΩ. Τί δαί; οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι τὸ σὴν τε καὶ Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι;

---

recepit Bekkerus. Aoristum tueri videtur Bodleianus s. Clarkianus, quippe ex quo Gaisfordius, vir diligentissimus, nihil discrepantiae enotaverit, ut adeo cum Stephan. consentire existimandus sit. Dein Steph. *τὸ τεήν τε*, quod est in codd. paucissimis. Vind. 7. *τὴν οὴν*. Ceteri *τὸ σὴν τε κ.* Vid. annot.

ὑμᾶς Λυσίας εἰστία;" Haec igitur vir doctissimus pari elegantia atque acumine: contra quem quod nuper monuit Astius, Platonem in his nihil nisi facete lusisse, id multum vereor ut iis sit persuasurus, qui philosophum Lysiae utique admodum infestum fuisse pro certo atque explorato habeant. Certe quidem valde ieiunum ac paene absurdum videretur, si hac facetiae aculeo suo carerent.

ἐν τῇδε —] Loquitur *δεικτικῶς*. Finguntur enim nondum urbe egressi, recte observante Heindorfio. *Ὀλύμπιον* s. *Ὀλυμπίειον* fuit Iovis Olympii templum, de quo laudant Meurs. Athen. Att. II. 10. Poppon. Prolegg. ad Thucyd. P. I. Vol. II. pag. 464. De sermonum epulis v. ad Reip. I. p. 354. A. IX. p. 571. E. et quos ibi laudavimus. — *τῶν λόγων*, videlicet, quibus solet vel consuevit. Similiter articulum explicandum censemus Eurip. Hippol. v. 618. *τοῦ τιμήματος τῆς ἀξίας ἕκαστον*. Conf. Rost. Gr. §. 98. B. p. 452. ed. IV.

οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον —] Pindari verba sunt Isthm. I. in. *μᾶτερ ἐμά, τὸ τεόν, χρύσασπι Θήβα, πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι*. Hinc originem duxit quod vulgo in editt. circumfertur a Stephano introductum, *τὸ τεήν τε καὶ Λυσίου*. Quod ferri nullo modo potest. Nam poëtae verba a Platone haec tantum respiciuntur: *ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα*; reliqua ipsius philosophi sunt, quem non est probabile ceteris in vulgarem linguam translatis unum istud *τεήν* fuisse servaturum. Alia ratio est De Rep. II. p. 365. C, ubi *τὰν ἀλάθειαν* legimus ex imitatione Simonidis. Nollem vero Astius scripsisset *ποιήσασθαι τὴν σὴν τ. κ. Λ.*, quum *σὴν*, omisso articulo, dictum sit infinite: eine Rede von dir und Lysias, ad sententiam accommodatius, *τὸ* autem infinitivo adiunctum eleganter significet istam auditionem rem esse maximi momenti. Quod si quis ambigat quid sibi velit, adeat is Rostium Gr. Gr. §. 125. 3. 6. p. 493. ed. 3. de hoc usu articuli infinitivis adiuncti praeclare disputantem. Dein *ποιήσασθαι*, pro quo Bekkerus aliique *ποιήσεσθαι* dederunt, unice verum putamus. Nam aoristus quoniam indicat actionem in se spectatam atque absolutam, seiuncta perpetuitatis notione; post verba putandi, sperandi, existimandi ita ponitur, ut significet aliquid continuo factum iri, sive adiuncta conditio sit sive omissa. Eandem habes rationem Gorg. p. 448. A. Xenoph. Mem. II.

C ΦΑΙ. Πρόαγε δή.

ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΦΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, προσήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή. ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἐρωτικός. γέγραφε γὰρ δή ὁ Λυσίας πειρώμενόν τινα τῶν καλῶν, οὐχ ὑπ' ἐραστοῦ δέ, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται· λέγει γάρ, ὡς χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι.

ΣΩ. Ὦ γενναῖος, εἴθε γράψειεν, ὡς χρὴ πένητι μᾶλλον ἢ πλουσίῳ, καὶ πρεσβυτέρῳ ἢ νεωτέρῳ, καὶ D ὅσα ἄλλα ἐμοί τε πρόσεστι καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν·

C. Ὦ γενναῖος] Ita Vind. 1. 4. 7. pro ὦ γ. Illud confirmant etiam Flor. Θ. et Γ, qui ὢν γ. habent. EF γενναῖε. v. annot. 1, 4. II. 1, 15. III. 9, 8, 13. IV. 2, 23. et centenis aliis locis. Itaque loci sententiam ita licebit interpretari: Putasne me protenus ac sine ulla dubitatione secundum Pindarum quavis occupatione superius habiturum tuam atque Lysiae tractationem audire? Futuri temporis longe alia vis et significatio est, quam ab hoc loco alienam arbitramur.

C. Πρόαγε δή] Ita dixit respiciens ad praecedens illud, εἴ σοι σχολὴ προϊόντι ἀκούειν. P. 228. B. καὶ προάγειν ἐκέλευε.

προσήκουσά γέ σοι ἡ ἀκοή] qui soleas artem profiteri amatoriam. Symp. p. 177. D. ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά. Ibid. p. 212. B. καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ. Lysid. p. 204. B. Charmid. p. 154. B. C. Xenoph. Sympos. III. 3. VIII. 13. Mem. II. 6, 28. Enimvero Socrates amorem a rebus turpibus et abiectis convertit ad pulcra, honesta, decora: qua de re praeclara est Heusdii disputatio Init. Philosoph. Platon. P. I. p. 96 sqq.

πειρώμενόν τινα τῶν κ.—] Notum est πειρᾶσθαι, ut Lat. tentari, interdum esse pellici ad amorem, de qua verbi significatione praeter Ruhnken. ad Tim. p. 210. dixerunt Kuster. ad Aristoph. Equitt. v. 514. Hemsterhus. ad Plut. v. 150. et ad Lucian. Dialogg. Deor. VI. §. 1. Eodem pertinet χαρίζεσθαι, de quo item vid. Ruhnk. l. c. p. 274. Proxima hanc vim habent: sed hoc ipsum etiam lepide et argute finxit. Nam ita κομψεύεσθαι explicari oportere patebit e praeclara Ruhnkeni annotatione ad Tim. p. 154 sqq. In quanam re autem argutus hic lepor cernatur, dilucidius declaratur verbis: λέγει γάρ, ὡς χαριστέον μᾶλλον μὴ ἐρῶντι ἢ ἐρῶντι.

Ὦ γενναῖος, —] Vulgatum ὦ γενναῖος qui tuentur, Socratem arbitrantur ipsum Phaedrum appellare, qui scriptionis Lysianae argutias mirifice praedicavisset. Quae ratio nobis quidem minime probatur. Nam primum ipsa perspicuitas ita ὦ γενναῖε postulat. Deinde nec ullius loci meminimus, in quo compellatio alterius, sic in principio enuntiati collocata, casu

ἢ γὰρ ἂν ἀστεῖοι καὶ δημωφελεῖς εἶεν οἱ λόγοι. ἐγωγ' οὖν οὕτως ἐπιεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστ', ἐὰν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μεγαράδε, καὶ κατὰ Ἡρόδικον προσβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ.

ΦΑΙ. Πῶς λέγεις, ὦ βέλτιστε Σώκρατες; οἴει με, ἃ Λυσίας ἐν πολλῷ χρόνῳ κατὰ σχολὴν συνέθηκε, 228
δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν, ταῦτα ἰδιώτην ὄντα ἀπομνημονεύσειν ἀξίως ἐκείνου; πολλοῦ γε δέω. καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον ἢ μοι πολὺ χρυσίον γενέσθαι.

D. *Μεγαράδε*] V. *Μεγάραδε*, quod Bekk. ex codd. emendavit. Enimvero scribimus etiam *οἰκοῖδε, πολεμοῖδε*, κ. τ. λ.

nominativo sine *οὗτος* facta sit. Accedit, quod nec ipsi rei convenit, quod Socrates Phaedrum alloquitur, quum de Lysia cum acerba irrisione sit dicturus. Recte Finimus: *O generosum virum!* ut intelligatur Lysias. Itaque de Bastii sententia Specim. de Symp. Plat. p. 85 sq. prodita ex aliquot codd. scripsimus *ὦ γενναῖος*. Quid *ὦ* et *ὠ* inter se differant, disces a Valckenaerio ad Theocrit. Adon. p. 403 sq. Bastio et Boissonadio ad Aristaenet. p. 269. Eandem permutationem notavimus ad Protagor. p. 309. D.

καὶ ὅσα ἄλλα —] et quae aliae eiusmodi attributiones, quales sunt pauperis et divitis, in me conveniunt atque in plurimos nostrum. Non spernam tamen quod codices nonnulli habent *ἡμῶν*.

D. *ἢ γὰρ ἂν ἀστεῖοι* —] Observes irrisionis acerbitatem in his verbis conspicuam. Ita, inquit, Lysiae scriptiones certe fuerint urbanae ac populo utiles. Elegans est ambiguitas in vocabulo *ἀστεῖοι*, quod et de elegantia atque urbanitate et de communi utilitate capiendum.

ποιῇ τὸν περίπατον Μεγαράδε] h. e. vel Megaram usque. Cave tamen post *περίπατον* inserendum putes *καί*. Nam *Μεγαράδε* maiore vocis contentione pronuntiandum est, quam ob causam etiam in fine huius incisi locatum videtur. Tum *κατὰ Ἡρόδικον* recte monente Heindorfio est auctore Herodico; ut Herodicus et facit et suadet. Intelligitur Herodicus Selymbrianus, qui diligenter distinguendus est ab Herodico medico, Gorgiae fratre. De eo v. ad Remp. III. p. 406. A. Ceterum his verbis ipsum Phaedrum tangi, medicorum de ambulatione praeceptis mirum quantum tribuentem, vix eget admonitione.

P. 228. *ἰδιώτην ὄντα* —] artis oratoriae imperitum. v. ad Sympos. p. 178. B. Protagor. p. 322. E. Praeterea adverte animum ad verba *δεινότατος τῶν νῦν γράφειν*. Per totum enim hunc librum Lysias non tanquam orator, sed tanquam scriptor carpitur, de qua re copiosius exposuit Leonardus Spengel De Artium Scriptor. p. 122 sqq.

καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον — *γενέσθαι*] Stru-

Cap. II. ΣΩ. Ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι τούτων· εὖ οἶδα, ὅτι Λυσίου λόγον ἀκούων ἐκεῖνος οὐ μόνον ἅπαξ ἤκουσεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐπανα-
B λαμβάνων ἐκέλευέν οἱ λέγειν· ὁ δὲ ἐπείθετο προθύμως. τῷ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἦν ἱκανά, ἀλλὰ τελευτῶν παραλαβὼν τὸ βιβλίον ἃ μάλιστα ἐπεθύμει ἐπισκόπει.

P. 228. A. ἀλλὰ πολλάκις ἐπαναλ.] V. ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπ., quod sicuti per se displicet, ita nec multorum aut bonorum librorum gaudet defensione. Dein ἐκέλευεν cum Clark. plurimi pro vulg. ἐκέλευσεν.

cturam fetigit Schaefer. Melet. p. 127. n. 77.

εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ] ἀγνοεῖν τινα est alicuius indolem ac mores non novisse. Eodem modo Latini dicunt ignorare aliquem, cui contrarium est aliquem intelligere. v. intpp. ad Terent. Eunuch. V. 8, 59. Ἐπιλανθάνεσθαι ἑαυτῶν autem dicuntur qui semet ipsos ignorant, nec sciunt, qui revera sint. Apol. Soer. p. 17. A. ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμοῦ ἐπελαθόμην.

ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι—] Dupliciter diversis temporibus in his Astius offendit. Olim enim censuit ante εὖ οἶδα excidisse ἀλλά, quo sane nihil opus est: in recentissima autem libri editione arbitratur ἀλλὰ particulam, quae verbis εὖ οἶδα praemitti debuerit, ab γὰρ esse reluti attractam. Ea vero permira attractio foret. Nam istud ἀλλὰ quum manifesto ad praecedentia referatur, profecto nullo modo potest simul ad εὖ οἶδα pertinere. Commode autem in gravi hac et prioribus opposita asseveratione locum habet asyndeton, quod nec a nostri sermonis usu et consuetudine abhorret. Recte enim et eleganter Germanice dixeris: Allein keines von beiden ist der Fall; recht wohl weiss ich, dass jener nicht ein Mal bloss des Lysias Rede anhörte: in quibus nemo erit qui particulam adversativam etiam ad posterius membrum trahendam esse sibi persuadeat. Ac ne forte ambigas, quid de vi et potestate vocularum ἀλλὰ γὰρ statuamus, fatemur nos assentiri iudicio eorum, qui illas ut Lat. at enim censuerunt ibi usurpari, ubi contrarium ponitur ita, ut ratio et causa rei per ellipsin quandam intelligenda relinquatur, sive id fiat in simplici oppositione, sive in occupatione. Quocirca hunc quidem locum sic interpretamur: At neutrum istorum locum habet: neque enim tuum ingenium non perspectum habeo. Imo probe scio etc. Conf. Schaefer. Melett. p. 76. Elmslei. ad Eurip. Med. p. 1035. Hermann. ad Viger. n. 275. p. 811. Reier. ad Offic. I. 40, 144. In alia omnia discessit Astius ad Protagor. p. 136 sqq. Ceterum οὐδέτερα usu pervulgari numero plurali dictum, licet de duabus tantum rebus sermo sit, ut οὐδέτερον requiri videatur. Exempla hanc in rem sunt Hipp. Mai. p. 294. A. Gorg. p. 524. B. p. 429. B. Phileb. p. 45. Euthyphr. p. 9. D.

καὶ τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος ἀπεπὼν εἰς περίπατον ἦει, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, νὴ τὸν κύνα, ἐξεπιστάμενος τὸν λόγον, εἰ μὴ πάνυ τις ἦν μακρός. ἐπορεύετο δ' ἐκτὸς τείχους, ἵνα μελετῴη. ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοήν, ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἤσθη, ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε· δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ, C

B. *ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἤσθη*] Sic codd. fere ad unum omnes. Stephanus edidit *ἰδὼν μὲν ἰόντα*, quod nunc nolim amplecti. v. annot. Dein vulgo *ἕξοι*, adversantibus plurimis optimisque codicibus.

Demosth. de Coron. p. 285. ed. Reisk. al.

πολλάκις ἐπαναλ. ἐκέλευέν οἱ λέγειν] h. e. iterum iterumque iussit. Comparant Theaet. p. 169. D. *οὐδὲν ἂν πάλιν ἴδοι ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι.* Imperfectum *ἐκέλευεν* de re diutius durante eaque saepius repetita aoristo multo praestabilius nemo dubitabit. Praetulerunt etiam Bekkerus, Buttmannus et nuperrime Astius.

B. *δρῶν — καθήμενος ἀπεπών —*] Ne quem hic participiorum concursus male habeat, Graecos ita cumulare solere participia, praesertim si diversa ratione explicanda sint, dudum demonstravimus ad Euthyphr. p. 4. C. Apol. Socr. p. 27. A. Gorg. p. 464. C. ad. Phileb. p. 53. Et hic quoque participiorum varia ratio est. Nam *καθήμενος ἀπεπών* est sedendo defatigatus, ut alterum modum, alterum effectum indicet. Quod autem praecedit *τοῦτο δρῶν*, id rursus declarat, qui factum sit, ut Phaedrus tamdiu Lysiae assederit. Ex quo apparet, cur interpunctionis distractionem ab eiusmodi locis alienam esse arbitremur. Eadem ratio tenenda est infra p. 245. A. p. 251. C. et p. 253. A. Ludibundum hoc Socratis iusiurandum, *νὴ τὸν κύνα*, ad Apolog. Socr. c. 7. attigimus.

ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λ. ἀκοήν] *Νοσεῖν*, ut Lat. aegrotare, positum de vehementioribus cupiditatibus, quae hominem veluti morbo quodam afficiunt, legitur etiam Sympos. p. 207. A. *τὰ πεζὰ καὶ τὰ πτηνὰ νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα.* Theaet. p. 169. B. Plura suppeditabit Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. P. IV. p. 73 sq. Eandem structuram habes Plutarch. T. II. p. 462. D. *ἀνθρώπου φιλολίθου καὶ περὶ σφραγίδια πολυτελῆ νοσοῦντος.* Articulum *τῷ* ante *νοσοῦντι*, pro quo Stephanus *τῳ*, i. e. *τινί*, scribendum putabat, Heindorf. pessime explicavit aegrotanti cuidam. Lepide enim Socrates semet ipsum significat, ut recte observavit Astius. conf. p. 227. B. extr. Itaque *τῷ νοσοῦντι* idem est quod *ἐμοί*. Atque hinc facilem habet explicationem, cur deinceps dicatur *ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα*; cuius usus exempla similia ad Reipubl. VII. p. 524. E. satis multa indicavimus. Conf. Rost. Gr. §. 98. B. b. p. 454 sq. ed. IV.

ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἤσθη —] Sic libri mss. et plures numero et auctoritate praestantiores. Lectio vulg. *ἰδὼν μὲν ἰόντα ἤσθη*,

ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν· τελευτῶν δὲ ἔμελλε καὶ εἰ μή τις ἑκὼν ἀκούοι βίᾳ ἐρεῖν. σὺ οὖν, ὦ Φαῖδρε, αὐτοῦ δεήθητι, ὅπερ τάχα πάντως ποιήσει, νῦν ἤδη ποιεῖν.

ΦΑΙ. Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺ κράτιστόν ἐστιν οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν· ὡς μοι δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἀμωσγέπως.

ΣΩ. Πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκῶ.

C. *νῦν ἤδη ποιεῖν*] Ab hac voce Phaedri orationem orditur Stephanus, quem Lenzius, Heindorfius, Bekkerus, Astius recte emendarunt, adstipulantibus codd. mss.

εἴπω ἀμωσγέπως] Asperum habent cum Bodl. sive Clark. non pauci alii. V. *ἀμωσγέπως*. Bekkerus, ut solet, *ἀμῶς γέ πως*.

ex importuna scioli alicuius correctione fluxisse videtur, qui venustatem huius conduplicationis non sentiret, cuius plurima exempla collegerunt Dorvill. ad Chariton. p. 311. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 11. Astius ad Legg. p. 5 sqq. et ad h. l. Neque enim Astio et Buttmanno accedimus, qui quidem vim aliquam in repetito *ἰδὼν* inesse negantes alterum tanquam errore ortum delendum censuerunt. Quippe imago exhibetur adolescentis, ipso adspectu eius, qui secum Lysiae scriptionem esset denuo pertractaturus, mirum in modum exsultantis, ut eum veluti exclamantem audiamus: *εἶδον αὐτόν, εἶδον*, quod Socrates hac narratione sua imitatur. Est igitur haec varior quaedam forma orationis mimicae, quum verba eius, qui loquens introducendus erat, narrando referantur. Rationem non ita disparem mox E. notabimus. Atque hoc si recte iudicavimus, illud quoque liquere arbitramur, optativo *ἔροι* multum praestare quod ex codd. nonnullis revocavimus *ἔρει*.

delicias facere, quod est in amore proprium, illustrarunt Dorvill. ad Charit. p. 447. Boisson. ad Philostr. Her. p. 337. Bornem. ad Xenoph. Symp. VIII. alii. Dein *καὶ* ne iungas cum *εἰ μή τις ἑκ. ἀκούοι*, scite Heindorf. observavit voculam ad *βίᾳ ἐρεῖν* trahi oportere, ut vel significet. Quocirca post *ἔμελλε* cum eodem viro docto delevimus interpunctionem: sustulimus item post *ἀκούοι*. Mox *πάντως* est omnino, auf jeden Fall, sicut Protag. p. 313. B. Gorg. p. 472. E. Phileb. 39. E. Ceterum Stephano, id quod iam Lenzius, Heindorfius, alii monuerunt, eximie fraudi fuit, quod Socrates de Phaedro tanquam homine alieno et absente loquitur: corrigendum enim ille statuit *ποιήσεις* vel *ποιήσῃ*, neque istud *αὐτοῦ δεήθητι* intentatum reliquit. Similem orationis speciem notavimus Euthyphron. p. 4. E., ubi Stephanus eodem errore implicatus est.

C. *ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ —*] Verbum *θρύπτεσθαι*,

Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς —] Gravis haec ac ponderosa asseveratio quod coniunctionum vinculis libera est, nos quidem minime miramur, qui talia saepius observaverimus. Itaque neque

Cap. III. *ΦΑΙ. Οὐτωσὶ τοίνυν ποιήσω. τῷ* D *ὄντι γάρ, ὦ Σώκρατες, παντὸς μᾶλλον τά γε ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον· τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μή, ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου.*

ΣΩ. Δείξας γε πρῶτον, ὦ φιλότης, τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ. τοπάζω γάρ σε

D. *ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον*] Om. *ἕκαστον* Bodl. cum quinque aliis. Magna est sane Bodl. auctoritas. Nec tamen vocem abiiciam. v. annot.

τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστ.] Sic Bodl. Flor. h. *Α Λ Σ Φ* D G N O T. Vulgo post *ἄρα* insertum *ὅ*.

cum Heindorfio *οὖν* post *Ἐμοὶ* inculcandum, neque *Εἶεν* ante idem vocabulum cum Klopfero De Cebetis Tabula Part. I. p. 11. inferciendum arbitramur. Dissimiles hac ex parte sunt loci alio nomine simillimi: Euthyphr. p. 5. A. *ἀρ' οὖν μοι, ὦ θαυμάσιε Εὐθύφρον, κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι* Euthyd. p. 297. D. *κράτιστον τοίνυν μοι — ἀποκρίνασθαι. σοὶ οὖ γὰρ μὴ ἀνῇς ἐρωτῶν.*

Πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκῶ] h. e. *πάνυ γὰρ ἀληθῆ ἐστιν ἃ σοι δοκῶ ποιήσειν.* Pari breviloquentia Reipubl. VIII. p. 567. D. *Ἀληθῆ γὰρ δοκῶ σοι,* quem locum comparavit Heindorf., ipse minus accurate explicans: *πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκεῖ, τὰ δοκῶ.*

D. *παντὸς μᾶλλον — οὐκ ἐξέμαθον*] neutiquam edidici. Sic *παντὸς μᾶλλον* sequente negante particula positum Charm. p. 171. C, quem locum ad tuendam librorum lectionem optime comparavit Heindorf. Idem monuit *διάνοιαν* esse argumentum et consilium, ut Lysid. p. 205. B. Ion. p. 530. B. C. Formulam *διαφέρειν ἤ*, praestantius esse quam aliud quid, abunde illustravimus ad Phaedon. p. 85. B. Ceterum post *τὴν μέντοι διάνοιαν σχ. ἁπάντων* non erat necessarium ut deinde interretur *ἐν κεφαλαίοις ἕκαστον*: certe quidem *ἕκαστον* istud abesse poterat. Sed similiter illud per anacoluthon interponitur, atque apud Ciceronem post ampliorem verborum circuitum interdum obiecti vocabulum iteratur, de quo usu loquendi monuit Aug. Matthiae De Anacoluth. ap. Cicer. in Wolfii Analect. II. p. 17. Observandum autem hoc loco id sic fieri, quasi praecesserit *ἅπασαι* neque *τὴν διάνοιαν ἁπάντων.*

Δείξας γε πρῶτον—] Intell. *δίελθε*, quod *κατὰ σύνεσιν* e praecedenti *δίειμι* petendum. Usum loquendi abunde illustravit Matthiae Gr. Gr. §. 556. ann. I. pag. 1093. extr. Atticam hanc compellationem, *ὦ φιλότης*, a posterioris aetatis scriptoribus maxime frequentatam, illustrarunt Bergler. ad Alciphron. T. I. p. 359. ed. Wagn. et Astius ad h. l.

τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις] Observabis istud *ἄρα* in obliqua positum interrogatione, quia recta interrogatio erat: *τί*

ἔχειν τὸν λόγον αὐτόν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, οὑτωσὶ διανοοῦ περὶ ἐμοῦ, ὡς ἐγώ σε πάνυ μὲν φιλῶ, πα-
E ρόντος δὲ καὶ Λυσίου ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν οὐ πάνυ δέδοκται. ἀλλ' ἴθι, δείκνυε.

ΦΑΙ. Παῦε. ἐκκέκρουκάς με ἐλπίδος, ὦ Σώκρατες, ἣν εἶχον ἐν σοὶ ὡς ἐγγυμνασόμενος. ἀλλὰ
229 ποῦ δὴ βούλει καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν;

ΣΩ. Δεῦρ' ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα, ὅπου ἂν δόξῃ, ἐν ἡσυχίᾳ καθιζησόμεθα.

ΦΑΙ. Εἰς καιρόν, ὡς ἔοικεν, ἀνυπόδητος ὢν ἔτυχον· σὺ μὲν γὰρ δὴ ἀεί. ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ

παρόντος δὲ καὶ Λ.] Sic Bodl. Δ Π G. probante Bekkero. Vulgo καὶ abest. In septem aliis codd. exstat π. δ. τοῦ Λυσίου.

P. 229. A. ἐν ἡσυχίᾳ καθιζησόμεθα.] Steph. καθιζώμεθα, praeter fidem codicum omnium.

ἆρα ἔχεις; Eodem modo οὖν in interrogatione aliunde suspensa infertur Protagor. p. 322. C. Sympos. p. 219. D., ubi vide annot. Nimirum est haec quaedam rectae et obliquae interrogandi formae confusio a grammaticis nostris nondum satis diligenter observata, quae sicut alibi, ita hoc etiam loco scripturae peperit discrepantiam.

ἢ Ε. ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν] me tibi praebere, in quo te exerceas. Nam ἐμμελετᾶν est ὥστε σὲ ἐν ἐμοὶ ἐμμελετᾶν. Eodem modo dicitur διδάσκειν τινὰ μανθάνειν, ἐπιδεῖξαι, παιδεύειν, δηλοῦν ἐν τινί: quam in rem conferas, si lubet, Reipubl. III. p. 392. D. Alcibiad. I. p. 114. D. Phileb. p. 17. A. p. 21. A. Menon. p. 82. A. Sophist. p. 238. D. al. Verbum παρέχειν ita cum infinitivo copulatum legimus etiam Gorg. p. 475. E. p. 480. C. Apolog. Socr. p. 33. B. al. Conf. Matthiae Gr. p. 1039.

Παῦε, ἐκκέκρουκάς με ἐλπίδος] Aristoph. Eccles. v. 160. παῦε τοίνυν. Pac. v. 326. ἀλλὰ παῦε, παῦ' ὀρχούμενος. Ran. v. 269. ὦ παῦε, παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ. Ibid. v. 121. et 588. Vulgo pro παύον dictum putant. Alii τὸν λόγον aut tale quid intelligendum arbitrantur, quod tamen ideo minus placet, quia interdum παῦε τοῦ λόγου dictum invenimus. Respondet, nisi fallor, nostratium formula: mache dass du aufhörst. Sic activum pro medio ponitur Eurip. Hecub. v. 898. μολπᾶν ἄπο — καταπαύσας πόοις ἐν θαλάμοις ἔκειτο, ubi plura collegit Pflugk.

καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν] Haec lectio quin vulgato καθιζόμενοι cum Astio sit anteponenda, nemini dubium esse videbitur, qui hos locos diligenter perpenderit: Theaetet. p. 162. D. ὑπηγορεῦτε συγκαθεζόμενοι. Homer. Iliad. I. v. 407. τῶν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο καὶ λάβε γούνων. Ibid. v. 557. ἠερίη γάρ σοί γε παρέζετο καὶ λάβε γούνων VIII. v. 389. παρεζόμενος μινύριζε. Odyss. IV. v. 738. ὄφρα τάχιστα Λαέρτῃ τάδε πάντα παρεξόμενος καταλέξῃ. Ibid. XX. v. 334. ἀλλὰ σῇ τάδε μητρὶ παρεξόμενος καταλέξον. Ex quibus omnibus perspicue apparet con-

τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδές, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας.

ΣΩ. Πρόαγε δή, καὶ σκόπει ἅμα, ὅπου καθιζησόμεθα.

ΦΑΙ. Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον;

ΣΩ. Τί μήν;

ΦΑΙ. Ἐκεῖ σκιά τ' ἔστι καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθίζεσθαι ἤ, ἐὰν βουλώμεθα, κατακλιθῆναι. B

ΣΩ. Προάγοις ἄν.

ΦΑΙ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέν-

B. ἤ, ἐὰν βουλ., κατακλιθῆναι] Sic Vind. 1. 6. alii. Vulgo ἦ ἂν βουλόμεθα. Coniunctivum codd. fere omnes suppeditarunt. Errorem primus correxit Bastius Specim. crit. in Sympos. p. 86.

fabulantium esse καθεζέσθαι, vel παρεζέσθαι, non καθίζεσθαι. conf. Matthiae Gr. T. I. p. 528 sq. et Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 153., qui tamen nollem usum Homericum neglexissent. P. 229. σὺ μὲν γὰρ δὴ ἀεί] Compares Plat. Symp. 150. C. 174. A. Aristoph. Nubb. v. 103. 362. Xenoph. Mem. I. 6, 2. ibique interpretes. — εἰς καιρόν, opportune. — Ceterum καθιζησόμεθα, quod codd. optimi plurimique suppeditant, legit etiam Grammaticus in Bekkeri Anecdot. T. I. p. 101. dictum illud ratus ἀντὶ τοῦ καθεδούμεθα.

Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην — πλάτανον;] Platanus haec, quae non tam loco illo quam oratione Platonis crevit, quum ab aliis, veluti ab Aristaen. Epist. I. 3., tum saepius a Cicerone memoratur: conf. De Orat. III. I. Legg. I. et III. prooem.

B. πόα καθίζεσθαι] Prorsus eodem modo Aelian. Hist. Anim. VI. 42. στιβάδα ἐγκαθεύδειν. Infinitivus enim sicuti verbis et adiectivis, ita etiam nominibus substantivis adiicitur ad notionem eorum veluti explendam atque consummandam: unde saepenumero finis et eventus nascitur significatio. — πνεῦμα μέτριον, lenis aura.

οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθέν] Usum hunc, quo μέντοι in interrogationibus affirmantibus ponitur, multis adstruximus exemplis ad Rempubl. I. c. 13. in p. 399. B. VII. p. 521. C. IX. p. 581. A. Protagor. in. Theaet. p. 163. E. Ex quibus locis facile intelligas, quam magnae ille offensioni semper fuerit librariis. Conf. etiam infra p. 261. C. p. 267. C. Post ἐνθένδε — ποθὲν recte Heindorfius statuit τοῦ Ἰλισσοῦ explicationis gratia esse subiectum: quam in rem comparat Euthyd. p. 271. C. ἐντεῦθέν ποθέν εἰσιν ἐκ Χίου. Theaet. p. 142. B. αὐτοῦ Μεγαροῖ κατέλυεν. Alia id genus exempla collegerunt Schaefer. ad Long. p. 371. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 77. sq. Non opus coniectura Valckenaerii Annot. in Nov. Test. T. I. p. 480, ἀπὸ τοῦ τοῦ Ἰλισσοῦ scribendum putantis, praesertim quum articulum ita uno eodemque casu geminatum apud Platonem

τοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι;

ΣΩ. Λέγεται γάρ.

ΦΑΙ. Ἆρ' οὖν ἐνθένδε; χαρίεντα γοῦν καὶ καθαρὰ καὶ διαφανῆ τὰ ὑδάτια φαίνεται καὶ ἐπιτήδεια κόραις παίζειν παρ' αὐτά.

C *ΣΩ. Οὔκ, ἀλλὰ κάτωθεν ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια, ἧ πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας διαβαίνομεν· καί πού τις ἔστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου.*

ΦΑΙ. Οὐ πάνυ νενόηκα· ἀλλ' εἰπέ, πρὸς Διός, ὦ Σώκρατες, σὺ τοῦτο τὸ μυθολόγημα πείθει ἀληθὲς εἶναι;

Cap. IV. *ΣΩ. Ἀλλ' εἰ ἀπιστοίην, ὥσπερ οἱ*

C. *τὸ τῆς Ἄγρας*] Sic Bodl. *A A Ξ Π* D E F G T et pr B Flor. g. i. Vind. 1. 3. 7. cum Timaco Gloss. p. 223. Grammat. Bekker. Anecd. T. I. p. 526. Stephan. Ἀγραλάς.

ὦ Σῶκρατες, σὺ τοῦτο τό μ.] Steph. *καὶ σὺ τ. τ.*, quod praeter Flor. a. et E nullus liber tuetur. Igitur *καὶ* cum Bekkero delevimus. Quippe *σὺ* paullo fortius pronuntiandum.

quidem frustra quaesieris.

τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι] Orithyiam, Erechthei regis filiam, narrabant aliquando cum nymphis ad Ilissi ripas ludentem a Borea raptam et in Thraciam ablatam esse. Fabulam exposuerunt Heynius ad Apollodor. P. II. p. 334 sq. Sturz. ad Pherecyd. Fragm. p. 176 sq. intpp. ad Ciceron. de Legg. I. 1. p. 8. ed. Moser. et qui ab his ipsis atque ab Astio ad h. l. laudantur.

C. *ἧ πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας—*] Intelligitur templum Dianae, quae vel Ἄγρα vel Ἀγραύλα vel etiam Ἀγροτέρα appellata est a loco Atticae, ubi colebatur, cui nomen erat Ἄγρα vel Ἄγραι, ut docuit Ruhnken. ad Tim. p. 223. Lectionem Ἄγρας, quam habuit etiam Grammaticus in Bekkeri Anecdot. T. I. p. 326., abunde tuebuntur quae collecta sunt in Stephani Thes. T. I. a p. 713. sqq. ed. Anglic.

ὥσπερ οἱ σοφοί] Notat philosophos et sophistas fabulas *ἀλληγορικῶς* interpretantes: qua de re vide annotat. ad Reip II. p. 379. D. coll. Lobeckio Aglaopham. T. I. p. 155 sqq.

εἶτα σοφιζόμενος φαίην αὐτήν—] *φαίην*, possim, ut mihi videtur, dicere; dixerim: ut non opus sit *ἄν* vel addere vel ex antecedentibus denuo intelligere. vid. Herm. Opusc. T. IV. p. 159 sqq. Quod vero additur *σὺν Φαρμακείᾳ*, ne quis pharmacentarum artem e terris sublatam suspicetur, quam hodieque omnes magna veneratione prosequimur, Pharmacea Naias intelligitur, de qua Timaeus Gloss. p. 268. Videlicet Pharmacea nomen fontis fuit, unde etiam nympha nomen accepit, ut solebant veteres diis fluvialibus eadem atque ipsis fluviis nomina imponere. Ex quo apparet summo iure Heindorfium sprevisse Heynii coniecturam, ex qua ad Apollod. T. II. p. 354. *ἐπὶ Φαρμακείᾳ* scri-

σοφοί, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην· εἶτα σοφιζόμενος φαίην αὐτὴν πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν σὺν Φαρμακείᾳ παίζουσαν ὦσαι, καὶ οὕτω δὴ τελευτήσασαν λεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι· D
ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου· λέγεται γὰρ αὖ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐνθένδε, ἡρπάσθη. ἐγὼ δέ, ὦ Φαῖδρε, ἄλλως μὲν τὰ τοιαῦτα χαρίεντα ἡγοῦμαι, λίαν δὲ δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρός, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο τὸ τῶν Ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι, καὶ αὖθις τὸ τῆς Χιμαίρας· καὶ ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων, καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι τερατολόγων τινῶν E

D. ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου] Haec verba Bastius Specim. crit. in Symp. p. 21. spuria censebat: recte defendit Heindorf.

ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι] Ita codd. omnes, uno E excepto, qui cum Steph. habet πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ, quod in F est superscriptum. v. annot. Athenaeus V. p. 265. T. III. Schw. scribit τερατολογιῶν τινων φύσεως.

bendum esse statuit. — ἀνάρπαστον γεγονέναι, raptu sublatam esse. v. Dorvill. ad. Chariton. p. 416.

κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δέ —] Recte Astius: hanc unam solam ob causam, quod etc., apte comparans Tim. p. 48. C. Apolog. Socr. p. 32. A. Reipubl. II. p. 359. D. Xenoph. Anab. IV. 5, 32. V. 5, 20. VII. 6, 39. Alia collegit Iacobs ad Philostr. Imagg. p. 502. Addimus Reipubl. V. p. 449. B. ἄλλο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ. Mox ἐπανορθοῦσθαι facete dictum et ironice pro ἑρμηνεύειν, ἐξηγεῖσθαι.

καὶ ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος —] Hunc locum plurimos posterioris aetatis scriptores vel respexisse vel imitando expressisse docte demonstravit Astius Comment. T. X. p. 233 sq. Ὄχλος de turba et multitudine affluentium dictum illustrarunt Boissonad. ad Philostr. Her. p. 414. Wyttenb. Epist. Crit. p. 237. ed. Schaef. — τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων, sic intelligas: similium monstrorum Gorgonum et Pegasorum, vel: Gorgonum et Pegasorum, Hippocentauris et Chimaerae similium nec minus mirabilium.

E. καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι τ. τ, φ.] Nondum poenitet me hanc librorum mss. lectionem olim cum Bekkero suscepisse, quamvis Astius semel iterumque unice verum esse contenderit quod in editt. vett. circumfertur πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ. Enimvero nomina abstracta apparet posita esse pro concretis, nec praedicatorum complurium concursus quidquam affert molestiae. Sententia haec est: atque etiam affluunt Gorgonum et Pegasorum, atque aliarum mirabilium portentosarumve naturarum turbae atque

φύσεων· αἷς εἴ τις ἀπιστῶν προσβιᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει. ἐμοὶ δὲ πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς ἐστι σχολή. τὸ δὲ αἴτιον, ὦ φίλε, τούτου τόδε· οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν· 230 γελοῖον δέ μοι φαίνεται τοῦτο ἔτι ἀγνοοῦντα τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν. ὅθεν δὴ χαίρειν ἐάσας ταῦτα, πειθόμενος δὲ τῷ νομιζομένῳ περὶ αὐτῶν, ὃ νῦν δὴ ἔλε-

E. *πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς*] Sic Bodl. *Δ Π Σ* D G N O T, Vindobb. et Flor. g. h. *θ*. Vulgo *ταῦτα*.

P. 230. A. *γελοῖον δέ μοι φ.*] Sic. Vind. 3. et Heindorf. ex coniectura. Vulgo *δή*.

θηρίον τυγχάνω] Sic Bodl. *Δ Π Σ Φ* D O T Flor. g. h. *θ*. Vind. 4. 7. *α*. Vulgo post *θηρίον* interponunt *ὤν*, quod in aliquot

monstra. *ἀμήχανοι φύσεις* sunt ad explicandum et interpretandum difficiles. De praedicatorum cumulatione laudasse sufficiet Matthiae Gr. §. 444. Poterat etiam dici *πολλαὶ καὶ ἄτοποι φύσεις τερατολ.*, unde istud *πλήθη καὶ ἀτοπίαι* habet explicationem.

αἷς εἴ τις ἀπιστῶν—] quas si quis non pro veris habuerit atque unumquodque ad verisimilitudinis et probabilitatis rationem exigere vel adducere voluerit. Hoc enim significat *προσβιβάζειν* (cujus futurum atticum est *προσβιβᾷ*) *ἕκαστον κατὰ τὸ εἰκός*: quod alias etiam plenius dicitur *τῷ λόγῳ προσβιβάζειν*. Dein *ἀγροικὸς σοφία* est illiberalis, quippe quae versetur in rebus vilibus, inutilibus, contemtis: unde saepius *ἄγροικος* et *ἀνελεύθερος* tanquam vocabula synonyma copulantur; de qua re monuit Ruhnken. ad Tim. p. 13.

πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς ἐστι σχολή] *αὐτὰ* dictum pro eo, quod quisque exspectabat quodque in vett. editt. legitur, *ταῦτα*. v. Iacobs ad Anthol. Palat. p. 186. Matthiae Gr. p. 869. Euthyphr. p. 11. C.

τὸ δὲ αἴτιον — τόδε] Ita saepe *τὸ δὲ αἴτιον τόδε*, vel etiam *αἴτιον δέ*, rectae orationi praemitti docuit Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 346. sq. De illo *γνῶθι σεαυτόν*, quod Apollinis Delphici templo inscriptum fuit, dictum ad Protagor. p. 343. B.

P. 230. A. *τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν*] Articulum in hac formula addi solere docebunt quae monuimus ad Rempubl. IV. p. 433. E. et 443. D. Omisso illo Lysias c. Eratosthen. §. 3. *εἴτε τι θηρίον τυγχάνω Τυφῶνος π.*] Nobilissimus locus, qui multos nactus est imitatores, quos suaviter ridet Plutarchus T. II. p. 749. A. coll. 1119. B. Typhonis descriptionem legimus Aeschyl. Prom. v. 351 sq. Schol. ad h. l. *Τυφὼν Γῆς καὶ Ταρτάρου υἱός, γεννηθεὶς ἐν Σικελίᾳ, εἴδος ἔχων συμμιγὲς ἀνδρὸς καὶ θηρίων.* Ex quo fortasse liquet, quorsum istud *πολυπλοκώτερον* retulerit, quod tamen Astius cum Boeckhio et Schleiermachero melius ad centum capita anguinea Typhoni vulgo tributa spectare censuit. Deinde quod vulgo scribebatur *ἐπιτεθυμένον*, id ab Ruhnkenio ad Tim.

γον, σκοπῶ οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐμαυτόν, εἴτε τι θηρίον τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῷον, θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. Ἀτάρ, ὦ ἑταῖρε, μεταξὺ τῶν λόγων, ἆρ' οὐ τόδε ἦν τὸ δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς;

ΦΑΙ. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτό. B

Cap. V. *ΣΩ. Νὴ τὴν Ἥραν, καλή γε ἡ καταγωγή. ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλ' ἀμφιλαφὴς*

libris in ὃν commutatum est.

μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον] V. *ἐπιτεθυμένον*, quod iam Fabric. ad Sext. Emp. p. 72. Hemsterhus. ad Hesych. T. I. p. 492. Ruhnken. ad Tim. p. 250. depravatum esse censuerunt. Quod reposuimus, id cum Bodlei. plurimi optimique libri suppeditarunt.

Gloss. p. 250. verissime esse in *ἐπιτεθυμμένον* conversum librorum mss. testimonia arguunt. Enimvero Platonem liquet originationem nominis ab *ἐπιτύφεσθαι* sive inflando deducti significare. Timaeus quum p. 250. in Glossarium suum retulerit: *τεθυμμένος· ὑπὸ πυρὸς ἐκπεπαυμένος ἢ κεκακωμένος*, hoc loco legisse videatur *καὶ μᾶλλον ἔτι τεθυμμένον*, quod placuit Fabricio ad Sext. Emp. p. 72. Sed nihil mutandum esse praeter codicum auctoritatem satis luculenter docent aliorum Grammaticorum citationes, veluti Moer. p. 150. Hesych. T. I. p. 491. Bekker. Anecdot. Gr. p. 462. 10., evincunt item imitationes eorum, qui hunc locum respexerunt, de quibus vide Astii Commentar. Opp. Plat. T. X p. 238. — Tum observabis chiasmum, qui cernitur in verbis *εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον*: nam *ἁπλούστερον* refertur ad *πολυπλοκώτερον*, sicuti *ἡμερώτερον* opponitur *τῷ ἐπιτεθυμμένῳ*. Ceterum *θηρίον τυγχάνω* omisso *ὢν* nec Platonicae adversari loquendi consuetudini docebit annot. ad Reipubl. II. p. 369. B. = p. 128. Infra p. 263. C. *ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει.* Similiter atque hic in omisso *ὢν* offensum est Protagor. p. 313. E.

μεταξὺ τῶν λόγων] h. e. ut hunc sermonem interpellem, et de eo dicam, quod mihi iam in mentem venit. Nostrates formula à propos utuntur, quam recte comparavit Heindorfius. Neque enim Astio accedimus, *μεταξὺ λόγων* vel addito articulo *τῶν λόγων* iudicanti esse tantummodo sermonem alio translatum interrumpentis et ad propositum se revocantis: quod etsi in hunc atque similes convenit locos, in omnes tamen nullo modo convenire existimandum est. Ceterum exempla formulae collegerunt Vigerus de Idiot. p. 497. Toup. Emendatt. in Suid. p. 265. T. II. ed. Lips. Imperfectum *ἦν* ponitur, quia ad praecedentia respicitur, de quo usu vide Gorg. p. 516. D. Phaedon. p. 68. B. Criton. p. 47. D. De Rep. III. p. 466. E. IV. p. 433. D. VI. p. 490. A. al.

B. *ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη*] Locum ob oculos habuit Cicero de Orat. I. 7. ab aliis iam laudatus: Cur non imitamur, Crasse, Socratem illum, qui est in Phaedro Platonis? nam me haec tua pla-

τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον. ἥ τε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. Νυμφῶν τέ τινων καὶ Ἀχελώου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων
C *ἔοικεν εἶναι. εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου*

B. *ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμ.*] Sic codd. plurimi et praestantissimi pro eo quod Steph. habet *ὡς γε*. Pauci libri *ὡς τό γε*. Cod. *Γ* corr. *ὅσα γε*. Paullo ante Steph. correxit *ἤ γε αὖ πηγή*,

tanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum *patulis* est *diffusa ramis* (*ἀμφιλαφής*), quam illa, cuius umbram secutus est Socrates, quae mihi videtur non tam ipsa aquula quae describitur, quam Platonis oratione crevisse. Veteres platani umbra et amoenitate mirifice delectatos esse praeter alios exposuit I. H. Voss ad Virgil. Georg. II. 79. Voc. *ἀμφιλαφὴς* eximie illustravit Ruhnk. ad Tim. p. 26 sqq., quo loco simul plurimos eorum locos recensuit, qui haec Platonis verba imitatione expresserunt. *Ἄγνος*, vitex (Keuschlamm), teste Eustathio in Odyss. *κ'*. p. 367. 369. nomen accepit, quia valebat ad servandam castitatem. Plura vide apud interpretes ad Alciphron. I. 39. III. 8, ubi contra codd. *τὴν ἄγνον* pro *τὸν ἄγνον* editum est; et apud Ruhnk. ad Tim. p. 12.

καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης—παρέχοι τὸν τόπον] Heindorfius coni. *καὶ οὕτως ἀκμὴν ἔχει*, aut *ὡς ἀκμὴν ἔχει — ὥς*, ut *ὡς* posterius pro *οὕτως* accipiatur; me quidem non probante, qui facilius tulerim: *καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει, — ὡς ἄν*. Sed non opus est mutatione. Verissime enim Astius *ὡς* interpretatur *ὅτι οὕτως*, ut appareat post *καὶ* intelligendum relinqui *τοῦτο πάγκαλόν ἐστιν*. De hoc genere loquendi vide ad Criton. p. 43. D. Protagor. p. 334. D. Quod autem vir praestantissimus *ὡς ἄν* sequente optativo postrema libri editione interpretatur ut, et *ἄν* particulam ait referendam sibi videri ad superlativum, hoc sensu: ut quam possit suavissime, locum perfundat odore; fateor me non perspicere, quale decretum hac in parte disputationis suae secutus sit. Nam neque *ἄν* cum superlativo necti licet, neque, si ista totius loci esset sententia, *ὡς* cum optativo locum haberet. Non dubitandum, quin *ὡς ἄν* cum optativo sit quomodo possit. Ita sententiam verborum patet hanc esse: und (gar schön ist auch dieses) dass es auf die Art (in dem Grade) in der höchsten Blüthe steht, wie es den Ort zum wohlduftendsten machen dürfte. v. Matthiae Gr. p. 996. et 1003., Heindorf. ad Gorg. p. 453. C. *οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου, ἵνα οὕτω πρσθῃ, ὡς μάλιστ' ἂν καταφανὲς ποιοῖ περὶ ὅτου λέγεται.* Infra p. 231. A. et p. 250. D. *ὡς ἂν ὁ εἰδὼς παράγοι.*

ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι] Sic codd. pro vulg.

ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἡδύ· θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ. πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἠρέμα προσάντει ἱκανὴ πέφυκε κατακλινέντι τὴν κεφαλὴν παγκάλως ἔχειν. ὥστε ἄριστά σοι ἐξενάγηται, ὦ φίλε Φαῖδρε.

ΦΑΙ. Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνει. ἀτεχνῶς γάρ, ὃ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας· οὕτως ἐκ τοῦ ἄστεος οὔτ' εἰς

quod est in libris paucissimis.

C. *ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα*] Steph. *ἀγαπητόν τε καὶ σφ.* praeter fidem codicum.

ὥς γε τῷ π. τ., quod libris invitis nolim praeferre. Herodot. II. 10. *ὥστε εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβάλλειν*, ubi Schweighaeuserus *ὥς γε* malebat. Sophocles Trachin. v. 1222. *Ἴδην ἴλεξας, ὥστ' ἀπεικάζειν ἐμέ*, ubi Schaeferus *ὥς γ'* corrigit.

Νυμφῶν τέ τινων — ἔοικεν εἶναι] Iungas: *ἔοικέν τε ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων* (ex imaginibus et donariis colligere licet) *εἶναι ἱερὸν Νυμφῶν τινων καὶ Ἀχελώου.* Vocc. *κόρη* et *ἀγάλματα* illustravit Ruhnk. ad Tim. p. 166. et p. 6. Formulam *ἔοικεν ἀπὸ τούτου* attigimus ad Gorg. p. 477. D.

C. *εἰ δ' αὖ βούλει*] Formulam interpretari liceat: adde et hoc.

Θερινόν τε] „Stephanus Annot., Magis placeret *θερινάρτέ τι καὶ λιγυρόν.*“ Sic Suidas T. I. p. 31. Etiam Ficinus; aestivum insuper quiddam et canorum cicadarum subresonat choro. Similiter Himer. Orat. XIV. 11. p. 626. *Θέρινόν τε καὶ ἡ λύρα περὶ τὸν Θεὸν ἁρμόττεται.* Gregor. Nazianz. Ep. I. 768. *ἡδύ τι καὶ ἐναρμόνιον.* Philostr. Her. p. 66. *φρικῶδές τι καὶ ὄρθιον.* Sic iam Callimach. Hymn. in Apoll. 4. *ἐπέκνυσεν ὁ Λάλιος ἡδύ τι φοῖνιξ.* all. Pronomen *τι* intendit, ut Theocrit. I. in. *ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα*, et adiectivum adverbii partes sustinet. Attamen per se quoque adiectivum sic usurpatur, ut Theaet. p. 179. D. *εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται.* Politic. p. 275. A. *οὐδὲ σαφὲς ἐρρήθη.* Politic. I. p. 337. A. *ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδόνιον.* Philost. Her. p. 12. *ἡδὺ γάρ που — ἄνανδι.* Aristaen. I. 3. *λιγυρὸν ὑπηχεῖ.* — Similiter Iuvenal. XIV. 295. aestivum sonat. Cfr. Iacobs ad Callistrat. p. 683. et Matth. Gr. p. 833“. *Astius*

ἐν ἠρέμα προσάντει] quod in leni quam habet acclivitate idonea est etc. Nam *ἐν* cum dativo haud raro pro nominativo adiectivi poni solere disces a Matthiaeo Gr. §. 577.

ξεναγουμένῳ τινὶ — ἔοικας] Quum Socrates dixisset sese optime a Phaedro tanquam peregrinum aliquem in locum tam amoenum et iucundum deductum esse; hic eum facete ait revera peregrino alicui esse similem, ut qui nec urbem nec patriae fines egredi soleat, sed perpetuo intra urbis moenia commoretur. Critou. p. 52. B. *οὐ γὰρ ἂν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ (τῇ πόλει) ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε, καὶ*

D τὴν ὑπεροψίαν ἀποδημεῖς, οὔτ' ἔξω τείχους ἔμοιγε δοκεῖς τὸ παράπαν ἐξιέναι.

ΣΩ. Συγγίγνωσκέ μοι, ὦ ἄριστε. φιλομαθὴς γάρ εἰμι. τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. σὺ μέντοι δοκεῖς μοι τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὑρηκέναι. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους

D. *Συγγίγνωσκέ μοι*] V. *δή μοι*, invitis codd. praeter unum omnibus.

σὺ μέντοι δοκεῖς μοι] Male Bodl. cum aliis plurimis *οὐ μέντοι*.

προσείοντες ἄγουσι] V. *προσιόντες*, quod emendavit Casaub. ad Athen. T. I. p 190. ed. Schw., cuius emendationem confirmat Vind. 4. et unus de Bekkerianis.

οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος, οὔτε ἄλλην ἀποδημίαν ἐποιήσω πώποτε, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, κ. τ. λ. Usum verbi *ξεναγεῖν* declaravit Ruhnken. ad Tim. p. 186 sq.

D. *οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν*] Venuste *ἐθέλειν* de rebus inanimatis dicitur, quem usum Platonicis exemplis illustravimus ad Rempubl. II. p. 370. B. Falluntur autem in talibus qui *ἐθέλειν* idem esse statuunt quod *δύνασθαι*. Liquet enim hunc usum a quodam prosopopoeiae genere repeti oportere. Quae Astius nuper de hac re Commentar. p. 249 sq. exposuit, ea vereor ut cuiquam satisfactura sint.

τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὑρηκέναι] h. e. rationem invenisse, qua me commoveres ad urbem relinquendam. Infra p. 274. E. *μνήμης — καὶ σοφίας φάρμακον*. Ibid. p. 275. A. Chrysostom. Orat. XI. p. 324. *ἡ ποίησις φάρμακον ἡδονῆς*, h. e. valet ad efficiendam voluptatem. Plutarch. T. II, p. 103. B. *κράτιστον πρὸς ἀλυπίαν φάρμακον ὁ λόγος*. Euripides in Palamede Tom. IX. p. 246. ed. Matthiae: *τὰ γράμματα* appellat *λήθης φάρμακα*. Quae sequuntur, *ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα Θρ. κ. τ. λ.* ea recte observavit Astius posita esse pro: *ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα ἄγοντες θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι*. Usum hunc verbi *προσείειν*, quo dicitur de iis, qui pecora ducunt ostentantes iis frutices, quos subinde quatiunt et huc atque illuc movent, erudite explanavit Ruhnkenius ad Tim. p. 136. Dein ne haereas in collocatione verborum, *σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων*, eadem ratio est Protagor. p. 329. A. *ὥσπερ τὰ χαλκεῖα — καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω μακροὺς λόγους ἀποτείνουσιν*. De Rep. I. p. 354. B. *ὥσπερ οἱ λίχνοι — ἀπογεύονται, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτω — ὁρμῆσαι*. Ibid. IX. p. 585. A. *ὥσπερ δὲ πρὸς μέλαν φαιὸν ἀποσκοποῦντες — καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λύπην ἀφορῶντες κ. τ. λ.* Phaedon. p. 61. A. *ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον*. Gorg. p. 449. A. *ὥσπερ τὰ ἔμπροσθέν σοι ὑπετείνατο Χαιρεφῶν — καὶ νῦν οὖν οὕτως εἰπέ.*

ἐγὼ μέν μοι δοκῶ κατακεῖσθαι] Verissime Heindorf. interpretatur: placet mihi

οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις τήν τε Ἀττικὴν φαίνει περιάξειν ἅπασαν καὶ ὅποι ἂν ἄλλοσε βούλῃ. νῦν E
οὖν ἐν τῷ παρόντι δεῦρ' ἀφικόμενος ἐγὼ μέν μοι δοκῶ κατακεῖσθαι, σὺ δ' ἐν ὁποίῳ σχήματι οἴει ῥᾷστα ἀναγνώσεσθαι, τοῦθ' ἑλόμενος ἀναγίγνωσκε.

ΦΑΙ. Ἄκουε δή.

Cap. VI. *Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν γενομένων τούτων*

E. *νῦν οὖν ἐν τῷ π.*] Sic optimi et plurimi libri mss. pro vulg. *δ' οὖν*. Dein vulgo erat *κατακείσεσθαι*, quod ex optimis plurimisque codd. a Bekkero et aliis mutatum est.

γενομένων τούτων] V. *τούτων γενομένων*, invitis codicibus melioribus.

recumbere. Nam *δοκῶ μοι* saepenumero personaliter dicitur pro impersonali *δοκεῖ μοι*. cfr. Theaetet. p. 183. D. *ἀλλά μοι δοκῶ — οὐ πείσεσθαι αὐτῷ*. Euthydem. p. 288. C. *ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ ὑφηγήσασθαι*, ubi nollem vir praestantissimus *ὑφηγήσεσθαι* correxisset. Certum est enim atque stabilitum Graecos post verba putandi, sperandi, credendi, alia id genus, non tantum infinitivos futuri, sed etiam aoristi et praesentis adhibuisse, prouti ipsius sententiae ratio exigere videretur. Et aoristum quidem nunc mittamus. De praesentis usu ut iam monendum sit, illud facit, quod in multis codicibus hoc loco legitur *κατακείσεσθαι*, quod ipsum desideravisse videtur Heindorfius. At enim vero rectissime codices optimi praesens tuentur. Neque enim agitur de re aliquando futura, sed de eo, quod iam nunc praesens est. Est igitur huius loci eadem prorsus ratio, quam notavimus Criton. p. 52. C, ubi v. ann. Diversi sunt generis quae ad h. l. contulit Astius: aptiora suppeditabit Lobeckii sollertia, qui ad Phrynichum Parerg. VI. inde a. p. 749. hunc usum illustravit. Ceterum fuit qui *δοκῶ οὕτω κατακεῖσθαι* scribendum opinaretur, propterea quod *ἐν ὁποίῳ σχήματι* esset subiectum. At is certe non vidit, quod sponte in oculos incurrit, Socratem ipsum velle recumbentem audire quam Phaedrus secum ferebat orationem; quum Phaedrus iubeatur ita recitare scriptionem, ut ei commodum sit, sive stare velit, sive erectus sedere, sive itidem recumbere. Formulam *ἄκουε δή* illustravit Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 350.

Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πρ.] Tenendum est, de quo iam in Praefatione explicavimus, Lysiam non tanquam oratorem, sed ut eloquentiae magistrum et scriptorem perstringi a Platone. Itaque non una aliqua ex orationibus eius iudicialibus iam recitatur ac deinde severo iudicio exigitur, sed legimus potius aliquam *μελέτην* rhetoricam, quales multas eum probabile est in publicum emisisse. Valde autem dolendum est, quod ex istis scriptionibus, haud dubie artis ostentandae causa a Lysia in lucem emissis, ne unam quidem habemus superstitem. Nam ita certe facilius rectiusque iudicare liceret, quo iure philoso-

231 ἀκήκοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχῆσαι ὧν δέομαι, ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὢν σου τυγχάνω. ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν, ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται· τοῖς δὲ οὐκ ἔστι χρόνος, ἐν ᾧ μεταγνῶναι προσήκει. οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκόντες, ὡς ἂν ἄριστα περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσαιντο, πρὸς τὴν δύναμιν τὴν αὑτῶν εὖ ποιοῦσιν. Ἔτι δὲ οἱ μὲν ἐρῶντες σκοποῦσιν, ἅ τε κακῶς διέθεντο τῶν αὑτῶν διὰ τὸν ἔρωτα καὶ ἃ πεποιήκασιν εὖ, καὶ ὧν
B εἶχον πόνον προστιθέντες ἡγοῦνται πάλαι τὴν ἀξίαν

P. 231. A. *καὶ ὧν εἶχον πόνον*] Ven. Σ et Vind. 4. *καὶ ὧν*

phus praeclarum oratorem tam acerbo sale perfricuerit Nunc nobis unum hoc artis Lysianae specimen superest, quod ipsum non immerito dubitari potest an non ab ipso Lysia sit profectum, sed a Platone ad illius imitationem facete ac ioculariter compositum. Nam, ut libere fatear, quod mihi hac de causa semper est visum, qui nuper conati sunt hanc declamatiunculam ipsi Lysiae vindicare, ii nihil discrepare videntur ab illis, qui orationes, quae in Symposio habitae fiuguntur, revera ab Eryximacho, Agathone, Alcibiade, Aristophane, Socrate, literis consignatas fuisse et in publicum emissas contenderunt. Nimirum omnes illas ipse Plato summo cum artificio ita composuit et elaboravit, ut loquentium ingenia atque mores quam fidelissime repraesentaret. Itaque miníme mirandum est, quod in hac declamatiuncula, quam Phaedrus recitaturus est, ipsum Lysianum dicendi genus est conspicuum. Quid enim? quum philosophus rhetorem perstringere vellet, potuitne recte committere, ut recederet ab eius loquendi ratione? Nec sane probabile est argumentorum ordinem et rationem alicubi a Lysia aliter esse instítutum, atque in hac declamatiuncula factum videmus, in qua elaboranda Plato haud dubie unam aliquam Lysiae scriptionem eamque longe ineptissimam ob oculos habuit. Quae unde depromta fuerit, non est difficile ad coniiciendum. Nam *λόγος* hic *ἐρωτικὸς* est epistola stylo oratorio exarata, ut tum initium eius tum finis evidentissime arguit. v. Spengel. l. c. p. 126 sq., cui non debebat Astius adversari. Scripsit autem Lysias Epistolas amatorii argumenti. Suidas: *καὶ ἐπιστολὰς ζ' μίαν μὲν πραγματικήν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐρωτικάς, ὧν αἱ πέντε πρὸς μειράκια.*

P. 231. A. *ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει*] Intelliguntur ii, qui a *τοῖς οὐκ ἐραστὰῖς* diversi sunt, h. e. amatores. Ex quo apparet, cur *ἐκείνοις* dixerit. Pluralis numerus ad eundem modum post singularem ponitur infra p. 233. A. *βελτίονί σοι προσήκει γενέσθαι ἐμοὶ πειθομένῳ ἢ ἐραστῇ· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ παρὰ τὸ βέλτιστον — ἐπαινοῦσι κ. τ. λ.* et pag. 249. A. *ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως (ψυχή)· αὗται δὲ τρ. κ. τ. λ.* Similiter pluralem relativi pronominis post nomen singulare

ἀποδεδωκέναι χάριν τοῖς ἐρωμένοις. τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσιν οὔτε τὴν τῶν οἰκείων ἀμέλειαν διὰ τοῦτο ἔστι προφασίζεσθαι, οὔτε τοὺς παρεληλυθότας πόνους ὑπολογίζεσθαι, οὔτε τὰς πρὸς τοὺς προσήκοντας διαφορὰς αἰτιάσασθαι· ὥστε περιῃρημένων τοσούτων κακῶν οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως ὅ τι ἂν αὐτοῖς οἴωνται πράξαντες χαριεῖσθαι. Ἔτι δὲ εἰ διὰ τοῦτο ἄξιον τοὺς ἐρῶντας περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, ὅτι C *τούτους μάλιστα φασι φιλεῖν ὧν ἂν ἐρῶσι, καὶ ἕτοιμοί εἰσι καὶ ἐκ τῶν λόγων καὶ ἐκ τῶν ἔργων τοῖς*

δὲ εἶχον π.

inferri notavimus ad Reipubl. VIII. p. 554. B. Alia suppeditabit Schoemann. ad Isaeum p. 466.

οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης] intell. cupiditatis naturalis necessitudinem. Reip. V. p. 458. D. *οὐ γεωμετρικαῖς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις κ. τ. λ.* Vid. annot. ad Reip. VII. p. 527. A. IX. p. 581. D.

ὡς ἂν ἄριστα — βουλεύσαιντο] h. e. *οὕτως, ὡς ἂν ἄριστα β.*, in dem Maasse, wie sie das Ihrige am Besten berathen koennen. V. ad p. 230. B. coll. p. 262. D. Xenoph. Mem. I. 6, 2. Itaque interpretationis gratia adiicitur *πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῶν*, pro facultatibus suis.

B. *διὰ τοῦτο ἔστι προφασίζεσθαι*] Quemadmodum paullo ante ex *οὐκ ἐραστὴς* ad *ἐκεῖνος* intelligendum erat *οἱ ἐρασταί*, ita hic ex *μὴ ἐρῶσι* intelligas *ὅτι ἐρῶσι*. Errant qui locum aliter interpretantur.

οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν] Quomodo *ἀλλ' ἢ* a Graecis dicatur, explicavimus ad Phaedon. p. 81. B. et Reip. X. p. 601. A.

C. *μάλιστά φασι φιλεῖν*] Errat Heindorfius *οἱ πολλοί* s. *οἱ ἄνθρωποι* intelligendum ratus. Subiectum est potius *οἱ ἐρῶντες*. Deinde ad *εἰ ἀληθῆ λέγουσι*, prouti totius enuntiati interpretationem feceris, vel *οἱ ἐρῶντες* vel *οἱ ἄνθρωποι*, h. e. subiectum infinitum intellexeris. Possunt enim haec verba pro conditione quadam reliquis enuntiati partibus interposita haberi; quo facto loci sententia haec est: facile est ad intelligendum, si quidem ipsi haec vere profitentur, futurum esse, ut, quos serius amaverint, eos ipsis deliciis suis praeferant etc. In qua tamen interpretatione, quam recentiores secuti sunt enarratores, fateor me nonnihil offendere. Itaque alteram probamus rationem, qua *εἰ ἀληθῆ λέγουσι* pro interrogatione accipitur, quae ex *ῥᾴδιον γνῶναι* suspensa sit, hoc quidem sensu: facile est ad intelligendum, num verum sit, quod dicunt, eos, quoscunque postea amaverint, ipsis deliciis suis esse praeposituros etc. Et haec quidem si pro veris habentur, *λέγουσι* apparet ita dictum esse, ut subiectum infinitum intelligi oporteat; quod

ἄλλοις ἀπεχθανόμενοι τοῖς ἐρωμένοις χαρίζεσθαι, ῥᾴδιον γνῶναι, εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, ὅτι ὅσων ἂν ὕστερον ἐρασθῶσιν, ἐκείνους αὐτῶν περὶ πλείονος ποιήσονται, καὶ δῆλον, ὅτι, ἐὰν ἐκείνοις δοκῇ, καὶ τούτους κακῶς ποιήσουσι. Καίτοι πῶς εἰκός ἐστι τοιοῦτον πρᾶγμα προέσθαι τοιαύτην ἔχοντι συμφοράν, ἣν
D *οὐδ' ἂν ἐπιχειρήσειεν οὐδεὶς ἔμπειρος ὢν ἀποτρέπειν; καὶ γὰρ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι νοσεῖν μᾶλλον ἢ σωφρονεῖν, καὶ εἰδέναι, ὅτι κακῶς φρονοῦσιν, ἀλλ' οὐ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν. ὥστε πῶς ἂν εὖ φρονήσαντες ταῦτα καλῶς ἔχειν ἡγήσαιντο, περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βού-*

D. *καλῶς ἔχειν ἡγήσαιντο*] Sic Rodl. cum plurimis optimisque reliquis. Vulgo *ἡγήσωνται*, quod Dissen. Disquisitt. Philol. I. p. 11. in *ἡγήσονται* mutatum volebat. Dein vett. editt. *οὕτοι διακείμενοι*, quod Bekkerus e marg. cod. F. et Ambros. r. corr. emendavit. Ficinus: qui sic affecti sunt. Pro *βούλονται* quod edidit Stephanus *βουλεύονται*, id in nullo libro ms. repertum est.

ipsum sibi volunt, qui in talibus *οἱ ἄνθρωποι* omissum esse arbitrantur. — *ἐκείνους*, quos postea amaverint. *αὐτῶν*, ipsis illis, quos adhuc in deliciis habuerunt: unde apparet, quaenam sit hoc loco ratio atque causa istius pronominum usus.

τοιοῦτον πρᾶγμα προέσθαι τοιαύτην ἔχοντι συμφοράν] Quomodo, inquit, decet talem rem profundere homini tali malo (amore) laboranti, quod nemo prudens (quia est insanabile) ne conetur quidem avertere atque tollere? *Ἔχειν συμφοράν* dicuntur qui malo aliquo laborant eoque urgentur et premuntur, ut Reip. IX. p. 591. D. al. Hoc loco de amore esse cogitandum, quo quis tanquam malo aliquo correptus est, universae disputationis ratio evincit. Et eodem sensu Reip. IX. p. 574. E. *ἔχειν Ἔρωτα* dictum novimus. Obscuritatem autem quandam habet istud *τοιοῦτον πρᾶγμα*. Nimirum orator recte significat iuventutis florem, qui amatori veluti profundatur ab iis, qui eius voluntati gratificentur.

D. *περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βούλονται*] Quomodo, inquit, ubi bene sapiant, ista recte habere sibi persuadeant, de quibus, quum ita affecti sint animo, cogitent? Recte haec omnia dicta sunt, ut nec cum Stephano *βουλεύονται* nec cum Heindorfio *βεβούλευνται* correxerim. Nam *οὕτω διακείμενοι* opponitur praecedentibus illis, *εὖ φρονήσαντας*: *περὶ ὧν* autem cohaeret cum *βούλονται*, ut *βούλεσθαι* sit expetere, appetere, praepositio *περὶ* autem ponatur pro accusativo obiecti, quo significetur in universum id, cuius habita ratione studium aliquod atque desiderium locum habeat. Observandum est enim *περὶ* cum genitivo verbis aliam constructionem alias requirentibus ita adiici solere, ut res, ad quam actio aliqua referatur, magis significetur in universum, quam diligenter denotetur. V. Bremium ad Lys. p. 120. et

λονται; Καὶ μὲν δὴ εἰ μὲν ἐκ τῶν ἐρώντων τὸν βέλτιστον αἱροῖο, ἐξ ὀλίγων ἄν σοι ἡ ἔκλεξις εἴη· εἰ δ' ἐκ τῶν ἄλλων τὸν σαυτῷ ἐπιτηδειότατον, ἐκ πολλῶν. ὥστε πολὺ πλείων ἐλπὶς ἐν τοῖς πολλοῖς ὄντα τυχεῖν τὸν ἄξιον τῆς σῆς φιλίας. Cap. VII. *Εἰ τοίνυν τὸν νόμον τὸν καθεστηκότα δέδοικας, μὴ πυθομένων τῶν ἀνθρώπων ὄνειδός σοι γένηται, εἰκός ἐστι τοὺς μὲν ἐρῶντας, οὕτως ἂν οἰομένους καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ζηλοῦσθαι ὥσπερ αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν, ἐπαρθῆναί τε λέγειν καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως αὐτοῖς πεπόνηται· τοὺς δὲ μὴ*

E

232

Heindorfius dedit *βεβούλευται*.

P. 232. A. *ἐπαρθῆναί τε λέγειν*] V. *τῷ λέγειν*. Recepi quod Flor. h. in margine scriptum exhibet. Venet. Σ. *καὶ λέγειν*, quod fortasse praestat. Aliquot libri *τὸ λέγειν*, quod Buttmanno non displicuit.

nostra ad Reipubl. VII. p. 538. E. Verum perspexit iam Haenischius, qui tamen fallitur in eo, quod *περὶ ὧν* arbitratur etiam ad *οὕτω διακείμενοι* referri oportere.

E. *Εἰ τοίνυν τὸν νόμον*—] Progreditur ad aliud quid, ideoque utitur particula *τοίνυν*, quae in eiusmodi locis prorsus respondet Latino Iam, Iam vero, ut alibi exemplis demonstravimus. *Νόμον* autem nunc intelligit communem hominum existimationem, ut bene observavit Heindorfius. Nimirum id evidenter apparet vel ex adiectis verbis: *μὴ πυθομένων ἀνθρώπων ὄνειδός σοι γένηται*, ut nihil viderit qui nuper Heindorfii interpretationem vocavit in dubitationem.

P. 232. A. *ἐπαρθῆναί τε λέγειν καὶ φιλοτιμ.*] Quod vulgo legebatur *ἐπαρθῆναι τῷ λέγειν*, id quanquam fuit qui interpretaretur gloriari dicendo; tamen ne sic quidem ullo modo ferendum arbitramur. Nam *ἐπαίρεσθαί τινι* non meminimus usquam ea vi et potestate apud ullum scriptorem Graecum positum reperiri, quum potius sit aliqua re efferri ac superbire. Itaque adhibui loco medicinam, quam unus de codicibus nostris Florentinis suppeditavit. Nam Buttmannum *τὸ λέγειν* probantem, vel Astium *τῷ* protenus tanquam spurium eicientem, vereor ut quisquam auditurus sit. Ita *ἐπαίρεσθαι* cum simplici infinitivo iunctum haud quaquam infrequens. Lys. Apol. Mantithei. p. 159. ed. Brem. *τίς οὐκ ἂν ἐπαρθείη πράττειν καὶ λέγειν*; Apol. p. Caed. Eratosth. p. 41. ed. Reisk. Plat. Reip. III. p. 416. C. Aristoph. Ran. v. 1052. al. Praestat tamen fortasse lectioni a nobis restitutae, quod exhibet Venet. Σ. *ἐπαρθῆναι καὶ λέγειν καὶ φιλ. ἐπιδείκνυσθαι*, quo recepto tum *λέγειν* tum *ἐπιδείκνυσθαι* ab *ἐπαρθῆναι* pendere existimari oportet. — *ἄλλως* i. q. *μάτην*.

ἐρῶντας, κρείττους αὑτῶν ὄντας, τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων αἱρεῖσθαι. Ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἐρῶντας πολλοὺς ἀνάγκη πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρωμένοις καὶ ἔργον τοῦτο
B ποιουμένους, ὥστε, ὅταν ὀφθῶσι διαλεγόμενοι ἀλλήλοις, τότε αὐτοὺς οἴονται ἢ γεγενημένης ἢ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς ἐπιθυμίας συνεῖναι· τοὺς δὲ μὴ ἐρῶντας οὐδ' αἰτιᾶσθαι διὰ τὴν συνουσίαν ἐπιχειροῦσιν, εἰδότες, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἢ διὰ φιλίαν τῳ διαλέγεσθαι ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἡδονήν. Καὶ μὲν δὴ εἴ σοι δέος παρέστηκεν ἡγουμένῳ χαλεπὸν εἶναι φιλίαν συμμένειν, καὶ ἄλλῳ μὲν τρόπῳ διαφορᾶς γενομένης κοινὴν ἀμφοτέροις καταστῆναι τὴν συμφοράν, προεμένου δέ σου

C. *μᾶλλον ἄν φοβοῖο*] Sic Clark. ΑΠΣDGNOT, alii. Vulgo hic *ἄν* deest.

τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρ.] V. *τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους*. Bodl. *τὰ πρὸς τ. ἀ.* Recte *τὰς* Vind. 1. 4. 6. a. Flor. a. b. c. h. θ. et plerique omnes Bekker.

τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δόξης — αἱρεῖσθαι] h. e. malle id, quod sibi et amatis sit utilissimum, quam vanam captare hominum existimationem.

ἀνάγκη πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν ἀκολουθοῦντας] Iungendum: *ἔτι δὲ ἀνάγκη (ἐστὶ) πολλοὺς πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν τοὺς ἐρῶντας ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρωμένοις καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμένους. Ἔργον ποιεῖσθαί τι* dicuntur qui aliquid sedulo agunt et pro officii sui parte ducunt: quam in rem Heindorfius Astiusque laudarunt Plat. Tim. p. 27. A. Eryx. p. 392. C. Xenoph. Hieron. IX. 10. Dion. Chrys. Orat. p. 394. D. Themist. X. p. 234. Sententia verborum haec est: Et id ipsum studiose agentes, ut multi ipsas audiant atque videant hoc facientes. Nam *τοῦτο* referendum ad *πολλοὺς πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν ἄν*.

B. *ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἡδονήν*] Tectius hōc nomine nunc appellat, quod antea dicebat *ἐπιθυμίαν*. Male Heindorfius: „Magis placeret *ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀνάγκην* seu *χρείαν*. Ita ne in singulis quidem verbis laudandus est libelli huius scriptor, ne quid dicam de absurdis sententiis, vix sophista dignis.“ Videlicet poterat etiam sic dici: *ἢ δι' ἄλλο τι, ὃ ἡδονὴν παρέχει*. Astius in his nimis argutatur.

καὶ ἄλλῳ μὲν τρόπῳ — μᾶλλον ἄν φοβοῖο] Opposita sunt verba *ἄλλῳ μὲν τρόπῳ* et *προεμένου δέ σου ἃ περὶ πλεῖστα ποιεῖ*: deinde *κοινὴν ἀμφοτέροις συμφορὰν* et *μεγάλην σοὶ βλάβην*. Itaque *σοὶ* maiore vocis contentione pronuntiandum. Sententia haec est: Porro si animum tuum metus invaserit, ne difficile sit amicitiam perpetuo conservare, atque te haec subierit cogitatio, alio quidem pacto, ubi amicitia non amoris fruendi causa iuncta sit, orta dis-

ἃ περὶ πλείστου ποιεῖ μεγάλην ἂν σοὶ βλάβην γενέσθαι, εἰκότως ἂν τοὺς ἐρῶντας μᾶλλον ἀν φοβοῖο. πολλὰ γὰρ αὐτούς ἐστι τὰ λυποῦντα, καὶ πάντ' ἐπὶ τῇ αὐτῶν βλάβῃ νομίζουσι γίγνεσθαι. διόπερ καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρωμένων συνουσίας ἀποτρέπουσι, φοβούμενοι τοὺς μὲν οὐσίαν κεκτημένους, μὴ χρήμασιν αὐτοὺς ὑπερβάλωνται, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους, μὴ συνέσει κρείττους γένωνται· τῶν δ' ἄλλο τι κεκτημένων ἀγαθὸν τὴν δύναμιν ἑκάστου φυλάττονται. πείσαντες μὲν οὖν ἀπέχεσθαί σε τούτων, εἰς ἐρημίαν φίλων καθιστᾶσιν· ἐὰν δὲ τὸ σεαυτοῦ σκοπῶν ἄμεινον ἐκείνων φρονῇς, ἥξεις αὐτοῖς εἰς διαφοράν. ὅσοι δὲ μὴ ἐρῶντες ἔτυχον, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν ἔπραξαν ὧν ἐδέον-

C

D

D. *ἀπέχεσθαί σε τούτων*] Sic olim edidi e Vind. *α'*. 3. 4. Vulgo *τούτοις*. Astius olim suasit *ἀπέχεσθαί σε τούτους*: nunc nostram amplexatus est lectionem. Bekkerus et Heindorfius e Bass. 1. 2. Par. F. Flor. *α*. Vind. 1. receperunt *ἀπέχθεσθαί σε τούτοις*.

cordia aliqua, detrimentum utrisque commune accidere; ubi vero in amatoris gratiam ea, quae plurimi facienda sint, castitatem, bonam famam, familiaritates honestas, alia, proieceris, tibi uni nasci calamitatem; consentaneum est amantes a te magis esse metuendos. De *ἄν* repetito v. Hermann. De particula *ἄν* p. 120.

C. *διόπερ καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρωμένων συνουσίας ἀπ.*] Male Haenischius atque Astius genitivum *τῶν ἐρωμένων* a verbo *ἀποτρέπειν* pendere censuerunt, insolentius dictum esse arbitrantes *ἀποτρέπειν τί τινος* pro *τινά τινος*. Imo sic haec interpretanda sunt: Avertunt amasiorum cum aliis familiaritates, h. e. impedire student, ne illi aliorum utantur familiaritate et consuetudine. Itaque *τῶν ἐρωμένων* nectendum est cum *συνουσίας*.

D. *ἀπέχεσθαί σε τούτων*] h. e. abstinere horum consuetudine ac familiaritate. Ferendum non est quod Heindorfius et Bekkerus dederunt *ἀπέχθεσθαι τούτοις*. Neque enim amatores dicebantur suadere amasiis suis, ut aliorum susciperent simultates et inimicitias, sed id potius agere, ut eorum cum aliis familiaritates prohiberentur. Itaque frustra Heindorfius provocavit ad p. 233. A. *τὰ μὲν δεδιότες μὴ ἀπέχθωνται*. Formulam *ἥκειν τινὶ εἰς διαφοράν* illustravit Boissonad. ad Philostrat. Heroic. p. 333 sq. Compares Protagor. p. 335. A. *ἐγὼ πολλοῖς ἤδη εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφικόμην ἀνθρώποις*. Eurip. Med. v. 868. *ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην*. Infra p. 237. C. *πότερον ἐρῶντι μᾶλλον ἢ μὴ εἰς φιλίαν ἰτέον*.

δι' ἀρετὴν ἔπραξαν ὧν ἐδέοντο] h. e. virtute sua voti sui compotes facti sunt.

το, οὐκ ἂν τοῖς συνοῦσι φθονοῖεν, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἐθέλοντας μισοῖεν, ἡγούμενοι ὑπ' ἐκείνων μὲν ὑπερορᾶσθαι, ὑπὸ τῶν συνόντων δὲ ὠφελεῖσθαι. ὥστε πολὺ
E *πλείων ἐλπὶς φιλίαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ πράγματος ἢ ἔχθραν γενήσεσθαι. Καὶ μὲν δὴ τῶν μὲν ἐρώντων πολλοὶ*

E. *τῶν μὲν ἐρώντων*] *μὲν* vulgo omissum ex plurimis longe optimisque codd. accessit.

Sic *πράττειν* et *πρᾶγμα* saepius in hac oratione per *μειλιγμὸν* quendam posita reperiuntur, ut 232. E. 233. A. — *τοὺς μὴ ἐθέλοντας*, sc. *συνεῖναι*.

ὑπ' ἐκείνων μὲν ὑπερορᾶσθαι] Videl. *ὑπὸ τῶν μὴ συνεῖναι ἐθελόντων*. Observarunt grammatici saepissime *ἐκεῖνος* et Lat. ille haud raro ad nomen proxime praegressum, *οὗτος* autem atque hic ad remotius referri solere. vid. Duker. ad Flor. I. 26, 7. IV. 2, 48. Ruhnken. ad Rutil. Sup. p. 126. ad Terent. Andr. I. 4, 6. Heindorf. ad Plat. Lysid. p. 19. Schaefer. ad Demosth. Appar. T. II. p. 215. T. V. p. 322. Matthiae Gr. Gr. p. 874. Astius ad h. l. Sed qua id lege fiat et conditione, parum adhuc explicatum est. Itaque tenendum arbitramur saepenumero in horum pronominum usu non tam id spectari, utrum nomen aliquod sit loco propinquius an remotius, quam illud potius, utrum vi sua emineat ac significet id, quod ad aliquid propius pertineat, an contra. Quod si cubi fit, propter causas logicas *ἐκεῖνος* et ille refertur ad id, quod minus habet gravitatis aut cum ea re, de qua sermo est, minus coniunctum videtur; *οὗτος* autem et Lat. hic designat illud, quod tanquam gravius quiddam aut cum re ipsa propius copulatum praecipue notari et observari debet. Quod ne temere commenti esse videamur, age, praeter hunc locum nonnullos alios diligentius excutiamus. Et hic quidem *οἱ μὴ συνεῖναι ἐθέλοντες* vocantur *ἐκεῖνοι*, propterea quod ab amatorum causa sunt alieniores, ideoque ab iis quasi remotiores esse cogitantur. Similem rationem notavimus p. 231. A. 231. C. 233. A. B. Demosthen. de Cherson. p. 242. ed. Bremi: *δεῖ — τὸ βέλτιστον ἀεί, μὴ τὸ ῥᾷστον ἅπαντας λέγειν· ἐπ' ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ βαδιεῖται, ἐπὶ τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ δεῖ προάγεσθαι διδάσκοντα τὸν ἀγαθὸν πολίτην*, ubi Schaeferus recte observat relationem esse logicam, non grammaticam: quippe *τὸ ῥᾷστον*, ad quod *ἐκεῖνο* referatur, esse removendum; *τὸ βέλτιστον* autem, quorsum *τοῦτο* pertineat, amplexandum. Lysias Apolog. Mantith. p. 154. ed. Bremi. *ὥστε πολὺ ἂν δικαιότερον ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἢ τούτοις πιστεύοιτε*, ubi *ἐκείνοις*, licet ad nomen proxime praegressum spectet, tamen ea denotat, quae ab hac causa sint alieniora. Cicero pro Muren. §. 31. Atqui ex veterum rerum monumentis vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse vides, cuius belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso prae se ferebat, eandem hic sibi ex Asiae nomine assumpsit, ubi cur L. Scipio hic dicatur, apparet e verbis

πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθύμησαν ἢ τὸν τρόπον ἔγνωσαν καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων ἔμπειροι ἐγένοντο, ὥστε ἄδηλον αὐτοῖς, εἰ ἔτι τότε βουλήσονται φίλοι εἶναι, ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται· τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσιν, 233
οἳ καὶ πρότερον ἀλλήλοις φίλοι ὄντες ταῦτα ἔπραξαν,

ἄδηλον αὐτοῖς, εἰ ἔτι] Sic Rodl. aliique permulti. V. *ἄδηλον, εἰ ἔτι αὐτοῖς.*

praecedentibus: cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis contemnitur. Pro Muren. §. 19. Haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret; ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant, ubi orator haec dicit, quae Romae sunt ideoque propiora atque graviora esse cogitantur. Sed nolumus plura cumulare: sufficiet causam et rationem ostendisse, qua hunc usum niti existimamus. Ceterum a vero aberravit Heindorfius, qui ad *ὑπερορᾶσθαι* statuit subaudiendum esse *σὲ* pronomen. Quam sententiam recte redarguit Haenischius. „At hoc loco, inquit, *ὑπερορᾶσθαι* vel *ὠφελεῖσθαι* non puer, sed ii dicantur, qui eius consuetudine utuntur, sive *οἱ μὴ ἐρῶντες*, necesse est. Nam puerum ab amicis adiuvari, ab aliis contemni etiam amatores existimabant, sed illud *ἐπὶ τῇ αὑτῶν βλάβῃ γίγνεσθαι* putabant. Non amantes contra censent sibi quoque ab amicis pueri aliquam utilitatem allatum iri."

E. *Καὶ μὲν δὴ — ἐπεθύμησαν ἢ τὸν τρόπον ἔγνωσαν*] Aoristus de eo dicitur, quod solet identidem repente et ex vestigio fieri. v. Phaedon. p. 73. D. Gorg. p. 484. A. 511. D. p. 524. E. p. 525. A. Protag. p. 342. D. Reip. VIII. p. 550. B. 551. A. 560. A. B. C. 566. E. infra p. 251. B. p. 254. A. B. C. D. p. 256. C. Sophocl. Oed. Col. 658. 691. Vid. Viger. p. 208. ibique Herm.

καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων] h. e. ac praeterea res eorum domesticas. Male enim olim Astius aliique mores pueri intelligendas censuerunt, quas iam per *τὸν τρόπον* designari quis est quin videat? Quod vero *καὶ τῶν ἄλλων* interpretati sumus ac praeterea, de hoc Graecismo praeter Astium ad h. l. conferas velim Apolog. Socr. p. 36. B. Sympos. p. 191. B. p. 216. E. Gorg. p. 473. C. p. 480. D. Phaedon. p. 110. E. Reipubl. X. p. 618. A. ibique annot. Eurip. Med. v. 298. Aristoph. Ran. v. 1195. Lucianea collegit et illustravit Fritschius Quaest. Luciann. p. 54 sq. — *ἐπειδὰν τ. ἐπ. παύσωνται*, videlicet quia nec mores nec rationes privatas eorum noverunt.

P. 233. *ταῦτα ἔπραξαν*] h. e. consuetudine usi sunt. Proxima sic iungas: *οὐκ εἰκὸς ταῦτα, ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσιν*, h. e. unde hauserint voluptatem, *ἧττον αὐτοῖς τὴν φιλίαν ποιήσαι*. In quibus quid insit obscuritatis, equidem non perspicio. Hoc unum fortasse observandum, de quo monuit Heindorfius, quanquam is ceteroquin loci sententiam paullulum obscuravit, *αὐτοῖς* post *τοῖς μὴ ἐρῶσιν* abunde inferri. Quod ne praeter usum et consuetudinem factum esse opineris, conferas velim annot. ad Sympos. p. 195.

οὐκ ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσι ταῦτα εἰκὸς ἐλάττω τὴν φιλίαν αὐτοῖς ποιῆσαι, ἀλλὰ ταῦτα μνημεῖα καταλειφθῆναι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Cap. VIII. *Καὶ μὲν δὴ βελτίονί σοι προσήκει γενέσθαι ἐμοὶ πειθομένῳ ἢ ἐραστῇ. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ παρὰ τὸ βέλτιστον τά τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα ἐπαινοῦσι, τὰ μὲν δεδιότες, μὴ ἀπέχθωνται, τὰ δὲ καὶ αὐτοὶ χεῖρον διὰ*
B *τὴν ἐπιθυμίαν γιγνώσκοντες, τοιαῦτα γὰρ ὁ ἔρως ἐπιδείκνυται· δυστυχοῦντας μὲν ἃ μὴ λύπην τοῖς ἄλλοις παρέχει ἀνιαρὰ ποιεῖ νομίζειν· εὐτυχοῦντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια παρ' ἐκείνων ἐπαίνου ἀναγκάζει τυγχάνειν. ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοῖς ἐρωμένοις ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει. ἐὰν δ' ἐμοὶ πείθῃ, πρῶτον μὲν οὐ τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύων συνέ-*

P. 233. B. *ἐλεεῖν τοῖς ἐρωμένοις*] Steph. *τοὺς ἐρωμένους*, cuius lectionis in tribus mss. Bekkeri vestigia sunt conspicua: ceteri omnes dativum praebent.

A. ad Gorg. p. 482. D. ibique Heindorfium. Dein post *ἀλλὰ* liquet *εἰκὸς* denuo intelligendum relinqui. Pro *μνημεῖα — τῶν μελλόντων ἔσεσθαι* Heind. coniectabat *σημεῖα — τῶν μ. ἔσ.* Quod commentum qui reiecerunt, Astius et Haenischius, vereor ut et ipsi veram loci interpretationem investigaverint. Mihi ille simpliciter explicandus videtur sic: monumenta, unde de futuris coniecturam capere liceat. Germanice dixeris: Denkmäler für die Zukunft. Mox C. *ταῦτα γάρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἰσομένης τεκμήρια.*

ἐμοὶ πειθομένῳ ἢ ἐραστῇ] Breviter dictum pro: *εἰ ἐμοὶ πείθοιο, ἢ γίγνοιο, εἰ πείθοιο ἐραστῇ.* Frustra Lentzius *μᾶλλον* ante *πειθομένῳ* excidisse suspicatus est. De coniunctione verborum *τά τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα* plura notavit Boisson. ad Philostrat. Heroic. p. 476. Dein *τὰ μέν — τὰ δέ*, ut sexcenties, est: partim — partim.

B. *εὐτυχοῦντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἡδ. — τυγχάνειν*] „Post *εὐτυχοῦντας δὲ* quum sic procedere deberet structura: *καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια ἐπαινεῖν ἀναγκάζει*, quo rotundior exeat periodus, subito convertitur oratio, ut *εὐτυχοῦντας* haberi possit pro accusativo absoluto.“ Heindorf.

ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοῖς ἐρωμένοις ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει] Sic libri optimi atque plurimi pro eo, quod vulgo legebatur, *τοὺς ἐρωμένους*. Sententia haec est: Quocirca in eos, qui amantur, multo potius convenit, ut eorum miserearis, quam ut iis invideas. Mirifice de hoc loco hallucinatus est Astius, qui post multas verborum ambages tandem eo devenit, ut *τοὺς ἐρωμένους* sive *τοῖς ἐρωμένοις* delendum opinetur. Verbum *προσήκει τινί*, ca-

σομαί σοι, ἀλλὰ καὶ τὴν μέλλουσαν ὠφέλειαν ἕσεσθαι, οὐχ ὑπ' ἔρωτος ἡττώμενος, ἀλλ' ἐμαυτοῦ κρατῶν, οὐδὲ C διὰ σμικρὰ ἰσχυρὰν ἔχθραν ἀναιρούμενος, ἀλλὰ διὰ μεγάλα βραδέως ὀλίγην ὀργὴν ποιούμενος, τῶν μὲν ἀκουσίων συγγνώμην ἔχων, τὰ δὲ ἑκούσια πειρώμενος ἀποτρέπειν· ταῦτα γάρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἐσομένης τεκμήρια. Εἰ δ' ἄρα σοι τοῦτο παρέστηκεν, ὡς οὐχ οἷόν τε ἰσχυρὰν φιλίαν γενέσθαι, ἐὰν μή τις ἐρῶν τυγχάνῃ, ἐνθυμεῖσθαι χρὴ, ὅτι οὔτ' ἂν τοὺς υἱεῖς περὶ D πολλοῦ ἐποιούμεθα οὔτ' ἂν τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας, οὔτ' ἂν πιστοὺς φίλους ἐκεκτήμεθα, οἳ οὐκ ἐξ ἐπιθυμίας τοιαύτης γεγόνασιν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων ἐπιτηδευμάτων. Ἔτι δέ, εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις μάλιστα χαρίζεσθαι, προσήκει καὶ τῶν ἄλλων μὴ τοὺς βελτί-

D. προσήκει καὶ τῶν ἄλλων μὴ τ. β.] Bekkerus cum plurimis mss. τοῖς ἄλλοις. Sed Bodl. et Bekker. G. τῶν ἄλλων, quod unice verum.

dits. convenit in aliquem, illustravit Heindorf. ad Gorg. §. 78. et ad Phaedon. §. 84.

C. οὐδὲ διὰ σμικρὰ ἰσχυρὰν ἔχθραν ἀν.] Oppositionis ratio postulabat: οὐ διὰ σμικρὰ' ταχέως ἰσχυρὰν ἔχθρ. ἀν.

σοὶ τοῦτο παρέστηκεν] Παρίσταταί μοι, ut formula Germ. es tritt mir etwas vor die Seele, dicitur de cogitationibus cuiuscunque generis, inprimis de suspicione et metu, animum subeuntibus; vide quos in hanc rem laudavimus ad Phaedon. p. 58. E. Deinde singulis disiunctionis membris ἄν infertur, quo magis ea a se invicem discernantur: cuius usus exempla nec apud Lysiam rara sunt, v. c. Orat. De Olea Sacr. p. 53. ed. Brem. καίτοι ταῦτα μὲν μετρίως ποιῶν, ἀλλὰ μὴ προθύμως, οὔτ' ἂν περὶ φυγῆς, οὔτ' ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην. In Eratosth. p. 87. ὅτι οὔτ' ἂν ἐκεῖνα δύναιντο ποιεῖν, μὴ ἑτέρων συμπραττόντων, οὔτ' ἂν νῦν ἐπεχείρησαν ἐλθεῖν. Accus. Agorat. p. 110. καὶ οὔτ' ἂν Ἀθηναίων οὐδένα ἀπώλεσας, οὔτ' ἂν αὐτὸς εἰς τοιούτους κινδύνους κατέστης. Platonica laudavimus ad Apolog. Socrat. p. 62. Sympos. p. 90.

D. Ἔτι δέ, εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις —] Argumentatur in hunc fere modum. Si oportet in amore iis maxime gratificari, qui summo eius desiderio capti tenentur (τοῖς δεομένοις), consentaneum est etiam ex iis qui non amant illos maxime beneficiis ornandos esse, qui sint maxime inopes, non qui optimi esse videantur: quippe isti maximis malis liberati plurimum nobis habebunt gratiae. Proinde etiam ad epulas privatas non amicos vocare par est, sed eos qui id valde cupiant atque satietate indigeant. At vero res longe secus habet. Nam non iis debemus gratificari, qui alicuius rei desiderio maxime tencantur, sed illis potius,

στους, ἀλλὰ τοὺς ἀπορωτάτους εὖ ποιεῖν· μεγίστων γὰρ ἀπαλλαγέντες κακῶν πλείστην χάριν αὐτοῖς εἴσονται. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις οὐ τοὺς
E φίλους ἄξιον παρακαλεῖν, ἀλλὰ τοὺς προσαιτοῦντας καὶ τοὺς δεομένους πλησμονῆς· ἐκεῖνοι γὰρ καὶ ἀγαπήσουσι καὶ ἀκολουθήσουσι καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι καὶ μάλιστα ἡσθήσονται καὶ οὐκ ἐλαχίστην χάριν εἴσονται καὶ πολλὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς εὔξονται. ἀλλ' ἴσως προσήκει οὐ τοῖς σφόδρα δεομένοις χαρίζεσθαι, ἀλλὰ
234 τοῖς μάλιστα ἀποδοῦναι χάριν δυναμένοις· οὐδὲ τοῖς ἐρῶσι μόνον, ἀλλὰ τοῖς τοῦ πράγματος ἀξίοις· οὐδὲ ὅσοι τῆς σῆς ὥρας ἀπολαύσονται, ἀλλ' οἵτινες πρεσβυτέρῳ γενομένῳ τῶν σφετέρων ἀγαθῶν μεταδώσουσιν· οὐδὲ οἳ διαπραξάμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους φιλο-

καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδ.] Bekkero *μὲν* est suspectum.

E. *οὐδὲ τοῖς ἐρῶσι μόνον*] Plurimi libri, inter quos est Bodl., *προσερῶσι* exhibent. Astius nuper legendum coniecit *προσαιτοῦσι*.

P. 234. *χρόνον σπουδάζουσιν*] Steph. malebat *σπουδάσουσιν*, probante Heindorfio.

qui gratiam referre queant etc. Vides ita omnia perspicua esse atque manifesta. Quod longe aliter evenit, ubi cum codd. plurimis *τοῖς ἄλλοις* legeris. Nam ita *τοῖς ἄλλοις* quum non possint alii esse quam non amantes, nemo est quin facile sentiat antea oppositionis rationem hoc fere exigere atque flagitare: *Ἔτι δέ, εἰ τοὺς ἐρωμένους χρὴ τ. δ μ. χ.* Cuiusmodi oppositionem revera habet *τῶν ἄλλων*, quandoquidem *οἱ δεόμενοι μάλιστα χαρίζεσθαι* intelliguntur amantes. Accedit, quod orator exponit, quid puerum facere oporteat, non quid a ceteris debeat fieri. Nec vero obscurum est, unde lectio *τοῖς ἄλλοις* originem duxerit. Quum enim grammatici non viderent, quorsum *αὐτοῖς*, quod subsequitur, esset referendum, continuo huic malo scilicet ita mederi studuerunt, ut genitivum *τῶν ἄλλων* in dativum commutarent, qui cum *προσήκει* cohaereret. At enim vero hac mutatione neutiquam opus erat. Nam pronomen refertur ad subiectum indefinitum, quod latet in verbis *χρὴ χαρίζεσθαι* et *προσήκει εὖ ποιεῖν*, ita quidem, ut de pueris esse cogitandum res ipsa declaret. Sic *αὐτὸς* saepius ponitur, etiamsi subiecti mentio antea non disertis verbis facta sit. Euthydem. p. 273. C. *οἵῳ τε δὲ καὶ ποιῆσαι δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὑτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ*, ubi *αὐτὸν* infertur perinde ac si antea dictum esset *τινὰ δυνατὸν εἶναι*. Alia notavimus Gorg. p. 520. C. Reipubl. I. p. 347. C. IX. p. 588. B, ubi vid. annot. Atque haec si recte observavimus, quo iure Heindorf. *οὗτοι* pro *αὐτοῖς* maluerit, sponte intelligitur.

τιμήσονται; ἀλλ' οἵτινες αἰσχυνόμενοι πρὸς ἅπαντας σιωπήσονται· οὐδὲ τοῖς ὀλίγον χρόνον σπουδάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὁμοίως διὰ παντὸς τοῦ βίου φίλοις ἐσομένοις· οὐδὲ οἵτινες παύομενοι τῆς ἐπιθυμίας ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἳ παυομένης τῆς ὥρας, τότε τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται. Σὺ οὖν τῶν τε B εἰρημένων μέμνησο, καὶ ἐκεῖνο ἐνθυμοῦ, ὅτι τοὺς μὲν ἐρῶντας οἱ φίλοι νουθετοῦσιν ὡς ὄντος κακοῦ τοῦ ἐπιτηδεύματος, τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσιν οὐδεὶς πώποτε τῶν οἰκείων ἐμέμψατο ὡς διὰ τοῦτο κακῶς βουλευομένοις περὶ ἑαυτῶν.

Cap. IX. Ἴσως μὲν οὖν ἂν ἔροιό με, εἰ ἄπασί σοι παραινῶ τοῖς μὴ ἐρῶσι χαρίζεσθαι. ἐγὼ δὲ οἶμαι οὐδ' ἂν τὸν ἐρῶντα πρὸς ἅπαντάς σε κελεύειν τοὺς

παυομένης τῆς ὥρᾶς] Sic Flor. g. suffragante Ficino. Ceteri libri omnes *παυσάμενοι*. v. annot.

B. *Ἴσως μὲν οὖν ἄν*] V. *Ἴσως ἂν οὖν ἔροιο*, quod etiam Bekkerus tenuit. Bodl. cum optimis *Ἴσως μὲν οὖν ἔροιο*. Alii *ἴσως οὖν ἂν ἔροιο*. Hinc prono alveo fluit *ἴσως μὲν οὖν ἄν*, quod exstat in Vind. 4.

E. *καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι*] Proverbialis dictio de egenis et mendicis. v. ad Reip. II. p. 364. B. VI. p. 489. B.

ἀλλ' ἴσως προσήκει —] *Ἴσως* ita cum Attica urbanitate usurpari pro certo, profecto, sane, a multis observatum est. Astius laudat Lobeck. ad Xenoph. Ephes. p. 188. iam ab Heindorfio citatum, Schaeferum ad Long. p. 357. et sua ad Legg. p. 78.

P. 234. *οὐδὲ οἳ διαπραξάμενοι*] qui negotio suo peracto, i. e. cupiditate expleta. Notus est hic μειλίγμός, de quo conferas Sympos. p. 181. B. Xenoph. Symp. IV. 18. Plutarch. Alcib. p. 210. E. al. Ita etiam infra p. 256. C. Nec multum abludit Euripid. Helen. V. 20. *Ζεὺς — ἄλλον εὐνὴν ἐξέπραξεν, ὑπ' αἰετοῦ δίωγμα φεύγων.*

B. *παυομένης τῆς ὥρας*] Vulgo *παυσάμενοι τῆς ὥρας*; quod nihili est. Itaque Heindorfius olim scribendum putavit *παυσαμένου*; postea *ἀπολωφάμενοι* reponendum coniecit. Contra Astius olim *παυσάμενοι* edidit: quod commentum ipse postea reprobavit in Obss. ad Transl. Germ. p. 201, ubi hanc proposuit emendationem: *οὐδὲ οἵτινες παυομένου τῆς ὥρας ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἳ παυσάμενοι τῆς ἐπιθυμίας, τότε τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται.* Sed audacior est haec verborum transpositio, quam ut omni ex parte probari queat. Itaque Boeckhius Ephem. lenens. a. 1808. n. 177. p. 185., relecto etiam Heindorfii commento *ἀπολαυσάμενοι*, quam formam ne usitatam quidem fuisse monet, scribendum censuit *ἐπαυράμενοι τῆς ὥρας*, i. e. *καρπωσάμενοι*,

C ἐρῶντας ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν. οὔτε γὰρ τῷ λόγῳ λαμβάνοντι χάριτος ἴσης ἄξιον, οὔτε σοὶ βουλομένῳ τοὺς ἄλλους λανθάνειν ὁμοίως δυνατόν· δεῖ δὲ βλάβην μὲν ἀπ' αὐτοῦ μηδεμίαν, ὠφέλειαν δὲ ἀμφοῖν γίγνεσθαι.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς, ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα.

Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερ-
D φυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι;

C. τῷ λόγῳ λαμβάνοντι] V. τῷ λαμβάνοντι. Sed Bodl. cum permultis aliis τῷ λόγῳ λ., quod cum Bekkero recepimus, codicum auctoritati aliquid tribuentes.

εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς] Vett. editt. εἰ δέ τι σὺ ὑποθῇς. Alicomparatis locis Herodoti VII. 158. Thucyd. II. 53. Andocid. De Red. T. IV. p. 75. ed. Reisk. et Suidae s. v. ἐπαύρασθαι. Sed nec haec ratio omnium satisfecit desideriis. Quocirca Iacobsius ad Achill. Tat. p. 544. γευσάμενοι τῆς ὥρας legi voluit. His coniecturis omnibus nunc facile, opinor, carebimus. Nisi forte cum Astio facere volueris, qui utraque lectione in unum confusa nuper scribendum censuit: παυσαμένης τῆς ὥρας. Nostram lectionem confirmat etiam Ficinus, qui vertit: sed qui forma deflorescente virtutem suam constantiamque ostendent. Postulat eandem quod praecedit παυόμενοι τῆς ἐπιθυμίας, nisi forte membrorum parilitatem nihili faciendam putaveris. Quod vero Astius censet, sequens τότε necessario παυσαμένης efflagitare, hoc quale sit, libere fateor me neutiquam intelligere. An forte talia non sunt ferenda, quale est infra p. 255. C. ὅταν χρονίζῃ — τότ' ἤδη — ἴδυ?!

C. οὔτε γὰρ τῷ λόγῳ λαμβάνοντι —] Concedendum fuit librorum auctoritati, qui magna consensione istud λόγῳ tuentur. Nec sane deest commoda loci interpretatio. Nam τῷ λόγῳ λαμβάνοντι est: ei qui rem cum ratione perpendit. Sententia totius loci haec est: nam neque ei, qui rem recte aestimat, pari dignum gratia videbitur, si quis omnibus sine discrimine gratificetur, neque tibi ipsi, quamvis cupias, ceteros latere licebit, quandoquidem omnes brevi sunt audituri te omnium voluntati lubenter obtemperare. Itaque ad λόγῳ λαμβάνοντι intelligas τὸ σὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐρῶντας ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν. De formula λόγῳ λαμβάνειν conferas Sophist. p. 238. B. p. 249. D. Parmenid. p. 135. E. Legg. I. p. 638. C. X. p. 898. E. al. Fateor tamen mihi etiamnum suspectum esse istud λόγῳ, quum ad τῷ λαμβάνοντι facile ex praecedentibus intelligitur τὴν χάριν: quod qui non intelligebant locum utcunque emendare conati sunt.

Τί σοι φαίνεται — ὁ λόγος;] Reip. I. p. 328. E. τί σοι φαίνεται τοῦτο; Charmid. in. τί

ΣΩ. Δαιμονίως μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, ὥστε με ἐκπλαγῆναι. καὶ τοῦτ' ἐγὼ ἔπαθον διὰ σέ, ὦ Φαῖδρε, πρὸς σὲ ἀποβλέπων, ὅτι ἐμοὶ ἐδόκεις γάνυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου μεταξὺ ἀναγιγνώσκων. ἡγούμενος γὰρ σὲ μᾶλλον ἢ ἐμὲ ἐπαΐειν περὶ τῶν τοιούτων σοὶ εἰπόμην, καὶ ἑπόμενος συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς.

ΦΑΙ. Εἶεν· οὕτω δὴ δοκεῖ παίζειν;

ΣΩ. Δοκῶ γάρ σοι παίζειν καὶ οὐχὶ ἐσπουδακέναι;

quot libri *ὑποθείς*. Venet. *Σ ποθεῖς*, quod cum Bekkero dedi. Heindorf. ad Theaet. p. 408. coni. *εἰ δ' ἔτι τι σὺ ποθεῖς*.

D. *γάνυσθαι ὑπὸ τ. λ.*] Sic Bodl. et *Δ*. Vulgo *γάννυσθαι*.

σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος; Euthydem. §. 77. *τί σὺν ἐμαυτοῦ σοι* (*οἱ ἄνδρες*); ubi vid. Heindorf. p. 411. Phileb. p. 21. E. *τί δ' ὁ συναμφότερος* (*βίος*), *ἐξ ἀμφοῖν συμμιχθείς*; sc. *σοὶ φαίνεται*. Philemon. ad Athen. IV. p. 133. A. *ἰχθὺς τί σοι ἐμαίνετ' ἐφθός*; Lucian. Dial. Meretr. X. 3. *τί σοι δοκεῖ ἡ ἐπιστολή*; Horat. Epist. I. 11. in. Quid tibi visa Chias, Bullati, notaque Lesbos, quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardesi? Terent. Eun. II. 2, 43. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? quae iam ad Philebum p. 53. laudavimus. — *τά τε ἄλλα*, sc. *τοῖς ῥήμασι*. v. Sympos. p. 198. B. Apol. p. 17. B. ibique annot.

D. *ἐδόκεις γάνυσθαι*] Alludit ad nomen Phaedri. Ceterum *γάνυσθαι* cur scribendum sit, neque *γάννυσθαι*, subtilissime nuper disputavit Hermannus Praef. ad Sophocl. Antigon. ed. III. p. XX sqq. inprimis p. XXVI. Seriorum usus duplex *ν* suscepit. v. Eustath. p. 199. 1710. 9. 546. 30. Etym. M. 85, 14. 221, 23. 589, 52. 629, 44. conf. etiam Iacobsium ad Philostrat. Imagg. p. 9. 31. p. 11. 26. p. 47. 22. — *μεταξὺ ἀναγιγνώσκων*, inter legendum. v. ad Remp. I. p. 336. B. Apolog. p. 40. B.

ἐπαΐειν περὶ τῶν τοιούτων] Frequens est locutio *εἰδέναι περί τινος*, *ἐπαΐειν περί τινος*, *κ. τ. λ.* v. Menon. p. 71. B. p. 92. C. Gorg. p. 464. D. De Rep. X. p. 598. C. Criton. p. 48. A. Heindorf. ad Hipp. Maior. p. 146.

τῆς θείας κεφαλῆς] Rene Heindorfius: „*θεῖος* ad divinum refer furorem. Eurip. Hecub. v. 87. *θεία Ἑλένου ψυχή*." Dictionem posterioris Graecitatis scriptores certatim adhibuisse praeter Berglerum ad Alciphron. p. 349. ed. Wagn. Astius ad h. l. docte demonstravit. Nec tamen huic viro docto assentimur post *Εἶεν* interpunctionem removendam iudicanti. Quod cur ita statuamus, patebit ex annot. ad Euthyphron. p. 13. D. p. 88. coll. ann. ad Phaedon. p. 95. A. Ad *δοκεῖ* liquet intelligendum esse *σοί*.

E ΦΑΙ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς εἰπέ, πρὸς Διὸς φιλίου, οἴει ἄν τιν' ἔχειν εἰπεῖν ἄλλον τῶν Ἑλλήνων ἕτερα τούτων μείζω καὶ πλείω περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος;

Cap. X. ΣΩ. Τί δέ; καὶ ταύτῃ δεῖ ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ τὸν λόγον ἐπαινεθῆναι, ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ μόνον, ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται; εἰ γὰρ δεῖ, συγχωρητέον χάριν σήν,
235 ἐπεὶ ἐμέ γε ἔλαθεν ὑπὸ τῆς ἐμῆς οὐδενίας. τῷ γὰρ ῥη-

E. εἰπεῖν ἄλλον τῶν Ἑλλ.] Sic codd. fere omnes. Male Steph. ἄλλων. Mox vulgo μείζω τούτων, quod codicum auctoritate mutatum.

P. 235. A. ἐμῆς οὐδενίας] Ante Bekkerum scribebatur οὐδενείας, qui mutavit ex uno codice, in quo est οὐθενίας.

Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες,] Int. οὕτω λέγε. Vide quae multa id genus notavimus ad Menon. p. 25. Gorg. p. 497. B. Protagor. p 334. E. coll. p. 318. B. Reipubl. I. p. 334. D. et 350. E. Heindorfium ἐσπούδακας intelligentem merito reprehendit Engelhardt. ad Lachet. p. 62. atque iterum ad Menexen. p. 248. De Iove φιλίῳ, hoc est amicitiae praeside, vide praeter Astium ad h. l. quae collegerunt Bergler. ad Alciphron. p. 243. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 193. Creuzer. ad Proclum T. I. p. 233. Eandem formulam habes Euthyphron. p. 6. B. ἀλλά μοι εἰπέ, πρὸς Φιλίου. Gorg. p. 519. E. ἀλλ' ὦ ἀγαθέ, εἰπέ, πρὸς Φιλίου.

εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ] Ποιητὴς in universum de scriptore dictum illustravit Heindorfius ad h. l., laudato insuper Dorvillio ad Chariton. p. 289. Sic etiam infra p. 236. D. accipiendum. Στρογγύλα, ut Lat. rotunda, rhetoribus dicuntur quae omni ex parte elaborata sunt ac perpolita, de quo usu conferunt Lambin. ad Horat. Satyr. II. 7, 86. et Ernesti Lexic. Techn. Gr. Rhet. p. 320. Nec ignota sunt quae de verbis ἀποτορνεύειν et tornare disputavit Bentlei. ad Horat. A. P. v. 441. Verba καὶ ἀκριβῶς, quae omittit Plutarch. de Audit. p. 45. A. et Hermias p. 79. Cod. 407. fol. 26. vers., Heindorfium Astiumque adeo offenderunt, ut ea omittenda iudicaverint. In quo me quidem non habent consentientem. Nam primum quidem quod adverbium ita adiectivis subiicitur, in quo maxime haesit Heindorfius, non desunt alia eiusmodi exempla, in quibus nemo offenderit. Protagor. p. 352. C. καλῶς γε, ἔφη, σὺ λέγων, καὶ ἀληθῆ. Phaedon. p. 79. D. καλῶς καὶ ἀληθῆ λέγεις. Deinde καὶ ante ἀκριβῶς quidni recte interpretari liceat, et in universum, denique, ita ut postremo vocabulo quae antea singulatim indicata sunt comprehendantur? Denique nemo non sentiet, ne licuisse quidem καὶ ἀκριβῆ commode dici, ut adverbii usus evitari vix ac ne vix quidem potuerit.

P. 235. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾠμην Λυσίαν — ἱκα-

τορικῷ αὐτοῦ μόνῳ τὸν νοῦν προσεῖχον, τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτὸν ᾠμην Λυσίαν οἴεσθαι ἱκανὸν εἶναι. καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοξεν, ὦ Φαῖδρε, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι, ὡς οὐ πάνυ εὐπορῶν τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον τοῦ τοιούτου· καὶ ἐφαίνετο δή μοι νεανιεύεσθαι ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὢν ταῦτα ἑτέρως τε καὶ ἑτέρως λέγων ἀμφοτέρως εἰπεῖν ἄριστα.

ΦΑΙ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ Σώκρατες. αὐτὸ γὰρ τοῦ- B
το καὶ μάλιστα ὁ λόγος ἔχει. τῶν γὰρ ἐόντων ἀξίως

ῥητορικῷ αὐτοῦ μόνῳ] *μόνον* ΑΣDNOT Flor. g. h. Vind. 1. Monacc., probante Astio. v. ad p. 253. D.

ἢ ἴσως οὐδέν] In exemplo Steph. *ἢ* deest.

A. *αὐτὸ γὰρ τοῦτο*] V. *αὐτὸ μὲν γὰρ τοῦτο*, quod solus Ven. Ξ habet.

νὸν εἶναι] Hoc vero putabam nec ipsum Lysiam existimare satis esse. Nam τοῦτο equidem non ad τὰ δεόντα εἰρηκότος cum Astio retulerim, sed ad τὸ ῥητορικόν, ut sententia haec sit: arbitrabar Lysiam non in una verborum elegantia ponere verae eloquentiae laudem, sed etiam sententiarum copiae et gravitati aliquid tribuere. Quod tamen longe aliter evenit. Enimvero visus mihi ille est adeo exilis et ieiunus esse, ut unam eandemque rem bis terve enuntiaret. Iam vero sponte apparebit, quo iure Heindorf. et Ast. ἄν in his excidisse iudicaverint. De formula, *εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις*, conferas Reipubl. IV. p. 430. B. *εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις*. Ibid. VI. p. 492. A. *εἰ μὴ ἔτ' ἄλλο λέγεις τι σύ*. Gorg. p 462. B p. 513. C. *εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις*. Cratyl. p. 427. D. ordine paullulum mutato: *εἰ μή τι ἄλλο Κρατύλος ὅδε λέγει*.

ἢ ἴσως οὐδὲν αὐτῷ μέλον] vel quia fortasse hoc nihil curavit. v. Matthiae Gr. §. 564. coll. §. 348.

ἐπιδεικνύμενος, ὡς οἷός τε ὤν] Eodem modo *ὡς* cum participio infertur Xenoph. Anabas. I. 5, 9. *τὸ δὲ σύμπαν δῆλος ἦν Κῦρος ὡς* (ita codd.) *σπεύδων*. Lysiae Orat. XII. §. 90. *δῆλοι ἴσεσθε ὡς ὀργιζόμενοι*. Sophocl. Aiac. 327. *καὶ δῆλός ἐστιν ὡς τι δρασείων κακόν*. Quippe structura verborum haec est: *ἐπιδεικνύμενος ὡς οἷός τε ὢν ἀμφοτέρως ἄριστα λέγειν, ταῦτα ἑτέρως καὶ ἑτέρως λέγειν*. Pro ταῦτα ne cum Heindorfio ταὐτὰ corrigas, *δεικτικῶς* haec dici existimanda sunt.

B. *τῶν γὰρ ἐόντων —*] Nihil enim eorum praetermisit, quae in ipso argumento inerant, ut digne de iis diceretur. Mox *παρὰ τὰ ἐκ. εἰρημένα* cohaerent cum *ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια*; qua structura nihil est frequentius. Gorg. p. 507. A. *οὐκ ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι*. Phaedon. p. 107. A. *οὔκουν — ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν*. Ibid. p. 74. A. p. 80. B. Lachet. in. Theaet. p. 156. A. Lysid. p. 213. C. De Republ. I. p. 337.

ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν, ὥστε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδὲν' ἂν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια.

ΣΩ. Τοῦτο ἐγώ σοι οὐκέτι οἷός τε ἔσομαι πείθεσθαι. παλαιοὶ γὰρ καὶ σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ.

C *ΦΑΙ. Τίνες οὗτοι; καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων ἀκήκοας;*

Cap. XI. *ΣΩ. Νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δὲ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἢ που Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. πόθεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω; πλῆρές πως, ὦ δαιμόνιε,*

μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι] Bodl. et multi alii: *μηδέναποτε*.

C. *πλῆρές πως*] Ald. Steph. *πλῆρές περ*. Recte libri mss. cum Bass. I. 2.

F. VI. p. 506. B. Politic. p. 295. D. E. Aristoph. Pac. v. 110. Nubb. v. 698. Lysistrat. v. 111. al. Mox C. *παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω*. P. 235. E. *παρὰ πάντα ταῦτα ἄλλα εἰπεῖν*. P. 236. B. *παρὰ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἕτερον τι ποικιλώτερον*.

C. *Νῦν μὲν οὕτως*—] sic statim, nulla praegressa meditatione. Apte comparat Heindorf. Theaet. p. 158. C. *νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι*. Legg. IV. p. 712. D. *οὕτω νῦν ἐξαίφνης*. Xenoph. Mem. III. 6, 9. *οὕτω γε ἀπὸ στόματος*. Etiam simplex *οὕτως* ita ponitur Gorg. p. 464. B. Sympos. 176. D. Infra p. 272. C. est *νῦν γ' οὕτως*. De Rep. II. p. 380. D. *νῦν γε οὕτως*. De Republ. VII. p. 530. C. *νῦν γε οὐτωσί*. Mox *καλὸς* et *σοφὸς* vulgaris est poëtarum appellatio. v. ad Reipubl. X. p. 595. C. *Συγγραφεῖς* autem quod dicuntur simpliciter prosae orationis scriptores, alia huius usus exempla collegerunt inpp. ad Thom. Mag. p. 813. et Heindorf. ad Plat. Lys. §. 7. Ceterum Socrates Menon. p. 81. A. *ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα*, quae nollem Astius dixisset ad huius loci similitudinem esse composita.

πόθεν δὴ τεκμαιρόμενος λέγω;] Unde igitur coniiciens arbitror me haec ab aliis accepisse? Solere apud Platonem interrogationes ita medio sermoni interponi, multis demonstratum exemplis est ad Sympos. p. 178. D.

Πλῆρές πως — τὸ στῆθος ἔχων] Istud *πως* est nescio quo modo. Hoc igitur dicit: Pectore mihi nescio quo modo repleto sentio me alia praeter ista eaque non deteriora posse dicere. Haec est vis voculae *πως*, in qua declaranda Ast. frustra laboravit.

ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν να-

τὸ στῆθος ἔχων αἰσθάνομαι παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. ὅτι μὲν οὖν παρά γε ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, εὖ οἶδα, συνειδὼς ἐμαυτῷ ἀμαθίαν. λείπεται δή, οἶμαι, ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου· D
ὑπὸ δὲ νωθείας αὖ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπιλέλησμαι, ὅπως τε καὶ ὧντινων ἤκουσα.

ΦΑΙ. Ἀλλ', ὦ γενναιότατε, κάλλιστα εἴρηκας. σὺ γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας, μηδ', ἂν κελεύω, εἴπῃς, τοῦτο δὲ αὐτὸ ὃ λέγεις ποίησον· τῶν ἐν τῷ βιβλίῳ βελτίω τε καὶ μὴ ἐλάττω ἑτέρᾳ ὑποσχέσει εἰπεῖν, τούτων ἀπεχόμενος· καί σοι ἐγώ, ὥσπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέ-

παρά γε ἐμαυτοῦ] V. τε, praeter fidem codicum fere omnium.

D. ἑτέρᾳ ὑποσχέσει] V. ἕτερα ὑποσχέθητι, quod Ven. Z tuetur. Bodl. ἑτέραι ὑποσχέσει. Etiam alii ἑτέρα. Sed ὑποσχέσει ceteri omnes.

μάτων —] Respexerunt Maximus Tyrius Diss. XXIV. 7. Themist. Orat. I. p. 13. Plutarch. De Poët. Aud. p. 48. C. alii. Ceterum de poëtis loquens iocose imitatur poëtarum dictionem.

D. ἑτέρᾳ ὑποσχέσει εἰπεῖν] Servavi librorum scripturam, quamvis manifesto corruptam. Vide tamen ne ἕτερα verum sit. P. 234. E. οἵτε ἂν τινα ἔχειν εἰπεῖν — ἕτερα τούτων μείζω καὶ πλείω. P. 235. B. ὥστε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδένα ἂν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια. P. 236. B. Idem placuit Wexio Commentat. de loco mathem. in Plat. Menone p. 42. Maior est dubitatio de isto ὑποσχέσει, pro quo Stephanus aliique ὑποσχέθητι, formam plane singularem, afferunt. Et Wex. quidem ὑπόσχες legendum putat, ut sensus sit: sustine dicere, in te recipe dicere, fac ipse periculum dicendi. Quod profecto non displicet. Nam quod Ast. arbitratur ὑπόσχες fore sine, permitte, id neminem facile morabitur. Latius nuper sententiae suae rationem Wex. illustravit ad Sophocl. Antigon. Vol. II. p. 77 — 79.

ὥσπερ οἱ ἐννέα ἄρχοντες] Muretus Varr. Lectt. VIII. 18. „Novem archontes, quum magistratum inirent, publice iurabant, se observaturos esse leges, neque passuros fidem suam donis muneribusve corrumpi: si quis ipsorum secus fecisset, eum multae nomine auream statuam suam pensurum esse.“ Rem narrant Plutarchus Solon. p. 94. B. Heraclides Ponticus Fragm. I. ed. Köhl. Suidas s. v. χρυσῆ εἰκών. Plura Astius indicavit. — εἰκόνα ἰσομέτρητον, h. e. magnitudine et statura parem. v. Dorvill. ad Charit. p. 314. Wyttenb. ad Eunap. p. 322 sq., quos etiam

E τρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν, οὐ μόνον ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ σήν.

ὀστράκου μεταπεσόντος] Proverbium de repentina nec opinata mutatione usurpari solitum. Vide Schol. ad h. l. et quae notata sunt ad Remp. VII. p. 521. C. Dein μεταβαλών est mutatus: nam positum est intransitive, ut Reip. V. p. 473. B., ubi vide ann.

C. ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι] De hoc optativo vide quae scripsimus ad Phaedon. p. 86. A. coll. Matthiae Gr. §. 529. 3. — ἐνδοῦναι ἑαυτόν τινί est se alicui dedere, ut Reip. VIII. p. 561. A. X. p. 605. E. conf. Timaei Glos. p. 101. ibique Ruhnken.

ἧς οὔτε ἀνθρώποις — τιμιώτερον οὔτε ἔστιν οὔτε ποτὲ ἔσται] Ne quis οὐδὲν post τιμιώτερον desideret, Gorg. p. 485. E. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Reip. I. p. 337. E. V. p. 464. D. Legg. p. 642. A. p. 942. C.

D. Ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι —] Versiculus constructione cohaeret cum proxime antecedentibus; nam verba sic nectenda sunt: ἀλλ' (ὅτι) ἐραστὰὶ φιλοῦσιν παῖδα σιγῇ τρόπον χάριν πλημμυρῆς οὕτως, ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι. Male igitur Cornarius ὀηρίου τρόπον corrigebat. Ceterum Scholiasta ad h. l. et Hermias p. 90. hos versiculos putant ab ipso Platone ad imitationem loci Homerici Iliad. XXII. 262 sq. expressos esse: de qua re nihil certi decerni posse videtur. Paederastarum cum lupis comparatio-

ὦ παῖ, ξυννοεῖν, καὶ εἰδέναι τὴν ἐραστοῦ φιλίαν, ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίγνεται, ἀλλὰ σιτίου τρόπον χάριν πλησμονῆς:

ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσ', ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. D

Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε. οὐκέτ' ἂν τὸ πέρα ἀκούσαις ἐμοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἤδη σοι τέλος ἐχέτω ὁ λόγος.

Cap. XIX. *ΦΑΙ. Καίτοι ὤμην γε μεσοῦν αὐτόν, καὶ ἐρεῖν τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά. νῦν δὲ δή, ὦ Σώκρατες, τί ἀποπαύει;*

in libris paucissimis. Non plus auctoritatis habet quod paullo ante in editt. vett. legitur *ἀλλὰ δή σοι* pro *ἀλλ' ἤδη σοι*.

λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά] V. *λέγων αὖ ὅσ' ἔχει ἀγαθά*, quod vix in uno alterove cod. repertum est.

nem Graecis fuisse admodum usitatam disces ab interprett. Aristaen. II. 21. et a Iacobsio ad Anthelog. Gr. Vol. II. P. III. p. 123.

Τοῦτ' ἐκεῖνο] Recte Heindorfius: „Refertur hoc ad versum hunc, quo disputationem finierat Socrates. Ecce, inquit, me versus loquentem! Hoc illud est, quod ante dixeram, me dithyrambos propemodum loqui." Compares de hac formula Sympos. p. 210. E. p. 223. A. Charmid. p. 166. B. Hipp. Mai. p. 296. D. *ἀλλ' ἄρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο.* Praeterea legas Reisig. Coniectan. p. 279. Hermann. ad Aristophan. Nub. v. 1053.

D. *λέγων ὅσ' αὖ ἔχει ἀγαθά*] Constructionis ratio exigebat *λέγοντα*, quod Stephan. requirebat. At nulla opus est mutatione, quandoquidem nominativus *κατὰ τὸ νοούμενον* subiicitur, quasi praecessisset: *καίτοι ἐδόκει μοι μεσοῦν καὶ ἐρεῖν κ. τ. λ.* Celebratissimus hoc nomine est locus Homeri Iliad. *β'*, 350. *φημὶ μὲν οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα — Ἀστράπτων ἐπιδέξια*, ubi iam Eustath., et postea Clark. atque Valckenaer. ad Phoeniss. v. 481. recte notarunt anacoluthiam. Xenoph. Cyrop. I, 4, 26. *τέλος δὲ καὶ ἦν εἶχε στολὴν ἐκδύντας δοῦναί τινι (φασὶ), δηλῶν, ὅτι τοῦτον μάλιστα ἠσπάζετο*, ubi nominativus infertur, perinde ac si non *φασί*, sed *λέγεται* praecederet. Apte contulit Heindorf. Legg. X. p. 885. C. *ἀξιοῦμεν — ἡμᾶς πρότερον ἐπιχειρεῖν πείθειν καὶ διδάσκειν, ὡς εἰσὶ θεοί, τεκμήρια λέγοντες ἱκανά.* nam hic quoque constructio conformata est *κατὰ σύνεσιν*. Poterat adiicere locum, qui p. 270. D. huius ipsius libri legitur, ubi vir optimus praeter necessitatem *ἀριθμησάμενον* e Galeno suscepit. Dissimilia confudit Astius, qui nec structurae rationem recte declaravit, illustratam illam nuper a Poppone De Elocutione Thucyd. p. 117. Quippe Astius *λέγων* ait cohaerere cum *ὤμην ἐρεῖν*, non cum *τὸν λόγον*. Quod quid valeat ad expediendam structurae insolentiam, Oedipo coniectore

E ΣΩ. *Οὐκ ἤσθου, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη ἔπη ἡθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους, καὶ ταῦτα μέγων; ἐὰν δ' ἐπαινεῖν τὸν ἕτερον ἄρξωμαι, τί με οἴει ποιήσειν; ἆρ' οἶσθ', ὅτι ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας, σαφῶς ἐνθουσιάσω; λέγω οὖν ἐνὶ λόγῳ, ὅτι, ὅσα τὸν ἕτερον λελοιδορήκαμεν, τῷ ἑτέρῳ τἀναντία τούτων ἀγαθὰ πρόσεστι. καὶ τί δεῖ μακροῦ λόγου; περὶ γὰρ ἀμφοῖν ἱκανῶς εἴρηται. καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος, ὅ τι πάσχειν προσήκει αὐτῷ, τοῦτο*
242 *πείσεται· κἀγὼ τὸν ποταμὸν τοῦτον διαβὰς ἀπέρχομαι, πρὶν ὑπό σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι.*

E. *προὔβαλες ἐκ προνοίας*] Verba *ἐκ προνοίας* vulgo cum seqq. *σαφῶς ἐνθουσιάσω* coniuncta recte Lennepius ad Phalar. p. 143. cum praecedentibus nectenda esse animadvertit.

P. 242. *ἢ οὐχ ὁρᾷς*] Sic libri non pauci, ut iam Berglerus ad Alciphron. p. 305. legendum suaserat. Vulgo *ἦ*.

ἡ δὴ καλουμένη σταθερά] *ἤδη* Bodl. Flor. g. Vind. *α. 7. Mon. ΠΔGNOT. ἡδὺ* Flor. *b.* In Flor. *θ. ἤδη* deest. Editt. Bass. 1. et 2. addunt verba: *τὸ σφόδρα θερμὸν ἐν τῷ θέρει μεσημβρίας*, quae Berglerus l. c. recte iudicavit e glossemate orta esse.

ἐπειδὰν ἀποψυχῇ] V. *ἀποψύξῃ τῶμεν.* Aliquot libri: *ἀπο-*

opus est. Nam ego si quid video, vel sic *λέγοντα* requiritur.

E. *ἤδη ἔπη φθέγγομαι*] „versus ipsos, legitimo numero adstrictos; quod spectat ad versum illum *Ὡς λύκοι κ. τ. λ.* Ad *διθυράμβους* conf. p. 238. C. D." *Heindorf.* — *Ἔπη* sunt versus heroici.

αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας] quibus me dedita opera obiecisti. Notabilis verbi significatio, quam Lexicographi nostri silentio transmiserunt.

καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος —] Oratio mea utcunque excipietur, certe id experietur iudicium, quo digna erit.

P. 242. *μεσημβρία ἵσταται ἡ δὴ καλουμένη στα-θερά*] Sic libri constanter, praeterquam quod Clark. cum nonnullis aliis *ἤδη* pro *ἡ δὴ* scriptum exhibet. Neque est cur vel apicem loco moveamus, quanquam Heindorf. cum Ruhnkenio ad Tim. p. 235. verba, *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*, tanquam ineptum glossema resecuit, Ast. autem suscepto *ἤδη* participium *καλουμένη* extrusit. Nimirum Socrates per occasionem ridere videtur eos, qui dictionem *μεσημβρία σταθερὰ* ad verbum *σταθεύειν*, urere, referrent, unde apud Aeschylum Prometh. v. 22. *σταθευτὸς ἡλίου φλογί*, ustus solis flamma. Quae quidem probabilis est sententia C. Schneideri De locis nonnullis Phaedri Platon. p. 14., ubi inter alia haec scripsit: „Magna hic quum omnino tum in eo scriptore opus est cautione, qui, ut Plato, linguae suae naturam et rationem probe perspectam habet, et veritatis imaginem, seu potius veritatem, quam lingua expressam intelligit, non solum ipse in scriben-

ΦΑΙ. Μήπω γε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται ἡ δὴ καλουμένη σταθερά; ἀλλὰ περιμείναντες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, τάχα ἐπειδὰν ἀποψυχῇ ἴμεν.

ΣΩ. Θεῖός γ' εἶ περὶ τοὺς λόγους, ὦ Φαῖδρε, καὶ ἀτεχνῶς θαυμάσιος. οἶμαι γὰρ ἐγὼ τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι B. *γεγενῆσθαι ἢτοι αὐτὸν λέγοντα ἢ ἄλλους ἑνί γέ τῳ τρόπῳ προσαναγκάζοντα. Σιμμίαν Θηβαῖον ἑξαιρῶ*

ψυχῇ ἴμεν, quod recepit Bekkerus. Alii habent, *ἐπειδὰν ἀποψύξῃ ἴμεν*. Bodl. *ἀποψυχῃ μεν θ.* omissis accentibus. Phrynichus in Bekkeri Anecdott. I. p. 26. 13. *ἐπειδὰν ἀποψύχῃ ἄπιμεν*. Verum est *ἀποψυχῇ*, ductum illud ab aor. 2. *ἀποψυχῆναι*, de quo v. Lobeck. ad Phrynich. p. 318.

τῶν ἐπὶ τ. σ. β. γεγονότων] Additum vulgo post *γεγονότων* vocabulum *λόγων* codd. longe plurimi non agnoscunt.

B. *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*] *τῳ*, quod codd. permulti suppeditarunt, vulgo desiderabatur. Heindorfius inseruerat de coniectura.

ἑξαιρῶ λόγου] Vind. 1. 6. *Φτ. ἑξαιρῶ τοῦ λόγου.*

do ubique sequitur, sed etiam occasione data defectiones a veritate et errores temporis progressu in linguam illatos notat et corrigit. Ab eiusmodi scriptore, praesertim incipiente, non debet absurdum videri interdum obscuriorem vel ambiguam dictionem vel vulgo male intellectam explicari, etiamsi res ipsa explicationem non postulet, modo ne inepte cursum orationis interpellet aut aliud gravius agens grammatici persona induta risum lectoribus moveat." Haec ille. De *μεσημβρίᾳ σταθερᾷ* conferas etiam Photium Lexic. s. v. *σταθερόν*, Interprett. ad Thom. Magistr. p. 302. Ruhnken. ad Tim. p. 235. Bergler. ad Alciphron. T. II. p. 52. ed. Wagn. Deinde *τάχα ἐπειδάν* est mox ubi. Fallunter enim Heindorf. Astiusque pro *ἐπειδὰν τάχιστα*, simul atque, accipientes. De *τάχα* mox, statim, significante vide annot. ad Gorg. p. 450 C.

οἶμαι γὰρ ἐγὼ — προσαναγκάζοντα] H. e. *οἶμαι γὰρ ἐγώ, ὡς μηδεὶς πλείους τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων γεγενῆσθαι πεποιηκεν ἢ σύ.* Nam *λόγων* e superioribus nullo negotio repetitur, vulgo ex interpretatione adiectum. — *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ*, certe una aliqua ratione, quaecunque demum sit. Sic saepe *εἴς γέ τις* apud Platonem, et *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ* Menon. p. 96. D.

B. *Σιμμίαν Θηβαῖον ἑξαιρῶ λόγου*] Ne quis requirat *ἑξαιρῶ τοῦ λόγου*, prohibebunt quae scripsimus ad Sympos. p. 176. C. Ceterum dictum hoc de Simmia Thebano quorsum spectet, haud sane constat. Illud unum e Phaedone p. 85. C. novimus, fuisse eum veri exqui-

λόγου· τῶν δὲ ἄλλων πάμπολυ κρατεῖς. καὶ νῦν αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι.

ΦΑΙ. Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις. ἀλλὰ πῶς δὴ καὶ τίνι τούτῳ;

Cap. XX. *ΣΩ. Ἡνίκ' ἔμελλον, ὦ 'γαθέ, τὸν ποτα-*

καὶ τὸ εἰωθὸς σημ.] τὸ om. Flor. c.

rendi cupidissimum, ut cum Cebete familiari suo arbitraretur *προαφίστασθαι, πρὶν ἂν πανταχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πίνω μᾶλθακοῦ εἶναι ἀνδρός.*

Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις] Schol. *ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ ἀγγελλόντων. ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Νόμων.* (p. 702. B.). Inter Adagia retulit Erasmus p. 527. Paullo ante notabis constructionem verborum: *δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι.* Compares Reipubl. III. p. 407. C. *(ἡ φιλοσοφία) ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι παντὶ ἐμπόδιος.* Ibid. IV. p. 437. B. *τὸ ἁψεσθαί τινος λαβεῖν.* Ibid. p. 443. B. *εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν.* Gorg. p. 513. E. *ἆρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν*, ubi exspectabas *τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας.* Sed saepe casus nominis, qui ex infinitivo pendere debebant, per istam attractionem verbo finito accommodari satis demonstratum est ad Reipubl. I. p. 342. B. Criton. p. 52. B. quibus adde quae congessit Pflugk. ad Eurip. Med. 1390. et Helen. 675. Idem participio vindicandus usus est, quem viri docti non satis perceperunt. Sophocl. Electr. 47. *ἀγγελλε ὅρκῳ προστιθείς*, quod proprie esse debebat *ὅρκον πρ.* Qui usus latius serpsit in talibus. Antigon. 24. *Ἐτεοκλέα μὲν — σὺν δίκῃ χρησθεὶς δικαίᾳ — ἔκρυψεν*, quae pessime Wexius tractavit. Xenoph. Cyrop. I. 6, 33. *τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖον* —] *Τὸ δαιμόνιον* quum apud Platonem fere adiectivum esse videatur, quemadmodum etiam Cicero intellexit De Divin. I. 54. esse divinum quiddam, quod daemonium appellat, cui semper pareat, facile alicui placeat, quod Astius postrema editione ex cod. Flor. C. suscepit *καὶ εἰωθὸς σημεῖον*, sicuti De Republ. VI. p. 496. C. legitur *τὸ δαιμόνιον σημεῖον*, et Euthydem. p. 272. E. *ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.* Theag. p. 129. B. *γέγονε γάρ μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.* Nec tamen uni illi libro tantum tribuerim, ut ceterorum omnium auctoritas nihili aestimetur, praesertim quum lectio vulgata habeat quo se satis tueatur. Nam primum quidem *τὸ δαιμόνιον*, etsi proprie est adiectivum, veluti Apolog. p. 31. D., tamen ab ipso Platone nominis substantivi instar ponitur, ut Euthyphron. p. 3. B. *σὺ τὸ δαιμόνιόν φῂς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι.* Apolog. Socr. p. 40. A. *ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου.* Deinde rarior usus vocularum *τέ καί* facile librarium eo potuit deducere, ut *τὸ* omittendum putaret. Sed eas interdum ibi quoque poni, ubi non diversa nectuntur, prudenter monuit Hermann. ad Sophocl. Electr. 873. *ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου.* Sic Phaedon. p. 68. B. *ἀγαπακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε.* De Republ. X. p.

μὸν διαβαίνειν, τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο — ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλω πράττειν —, καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι, πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι, ὥς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον. εἰμὶ δὴ οὖν C

602. B. *τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσιν.* Gorg. p. 460. D. *ἐὰν ὁ πυκτὴς τῇ πυκτικῇ μὴ καλῶς χρηταί τε καὶ ἀδικῇ*, ubi v. ann. Quidni igitur iam recte dicatur: **Daemonium *atque* signum mihi obtingere solitum?**

C. *ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλῳ πράττειν* —] Quum Socrates apud Platonem saepius profiteatur, se a daemonio suo tantum a facinoribus retineri, nunquam ad aliquid suscipiendum impelli, veluti Theaet. p. 151. A. *ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαιμόνιον ἀποκωλύει ξυνεῖναι, ἐνίοις δὲ ἐᾷ* (videlicet, quando tacet; ut certe non de cohortatione aut instigatione aliqua sit cogitandum), Apolog. p. 31. D. Theag. p. 128. D., ipsa sententia per se nihil habere videtur, quod vitii suspicionem moveat. Illud vero docti viri aegre tulerunt, quod ea minus definite esset enuntiata. Nam quod ait Socrates, semper se illo signo deterreri, quidquid facturus sit, facile aliquis argumentetur ei daemonio obsequenti nihil plane facere licuisse. Atque ea ipsa causa fuit, cur Heindorf. totum hoc additamentum tanquam ex Apolog. p. 31. D. huc translatum, delendum iudicaret. At enim vero non tam inepta sententia est, quam primo adspectu videtur. Nam *ἀεὶ* constat, ut Lat. semper, etiam relative dici, ut respondeat nostro iedesmal; id quod prudenter monuit Buttmannus. Ex quo consequens est, ut per se facile intelligatur *ὅταν γέηται.* Quod autem additur, *ὃ ἂν μέλλω πράττειν*, dictum est hoc paullo gravius pro *ἐάν τι μέλλω πράττειν*, usu haud infrequenti, quem tetigi ad Euthyphron. p. 3. C. Itaque tantum abest, ut verba nimis infinita sint, ut propter ipsam rei naturam sic debeant intelligi: semper autem, quotiescunque mihi obtingit, me retinet ac deterret, si quid facturus sum. Iam vero dubitatio nascitur, sintne haec verba temere illata, an prudenter et consulto interposita. Qua de re miror nemini eorum in mentem venisse accuratius disquirere, qui de huius loci ineptiis conquesti sunt. Et mihi quidem non est dubium, quin scriptor iustissimam habuerit causam inserendae huius admonitionis. Nam primum vel ob verba sequentia: *φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι*, ut Phaedrus in universum rem admoneretur necessarium videri poterat. Deinde manifestum est daemonium hoc, quod nonnisi retinendi ac deterrendi vim habere dicitur, ab ipso Socrate opponi animo vaticinandi ac divinandi facultate praedito, cui, ubi daemonium aliquid fieri prohibuerit, suspicari ac divinare liceat, quid sit quod peccatum fuerit et quo id modo expiari debeat. Quae omnia qui diligenter perpenderint, eos speramus nobis facile esse concessuros frustra hunc locum a viris doctis in glossematis suspicionem adductum esse.

μάντις μέν, οὐ πάνυ δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰ γράμματα φαῦλοι, ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον ἱκανός. σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἁμάρτημα. ὡς δή τοι, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή. ἐμὲ γὰρ ἔθραξε μέν τι καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον, καί πως ἐδυσ-
D ωπούμην κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω· νῦν δ' ἥσθημαι τὸ ἁμάρτημα.

ΦΑΙ. Λέγεις δὲ δὴ τί;

ΣΩ. Δεινόν, ὦ Φαῖδρε, δεινὸν λόγον αὐτός τε ἐκόμισας ἐμέ τε ἠνάγκασας εἰπεῖν.

ΦΑΙ. Πῶς δή;

ΣΩ. Εὐήθη καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ· οὗ τίς ἂν εἴη δεινότερος;

ΦΑΙ. Οὐδείς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης καὶ θεόν τινα ἡγεῖ;

C. ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον] μὲν accessit ex multis iisque optimis codicibus, in quorum numero etiam Bodl. est.

ὡς δή τοι, ὦ ἑτ.] V. ὡς δή τι, quod ex codd. optimis emendatum, quanquam hi partim corrupte ὡς δή ποι scriptum exhibent.

D. Οὔ τι ὑπό γε Δυσίου] Mon. οὔτοι. male.

ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον ἱκανός] Videlicet nec vero aliis. Sic μὲν non subsequente δὲ ponitur Apol. Socr. p. 21. D. Gorg. p. 465. D. E. vid. ad Criton. p. 105 sq. Hermann. ad Viger. p. 841 sq. Maxim. Tyrius XIV. 3. ὅσον αὐτῷ ἱκανὸν εἶναι χρησμῳδεῖν, ubi v. Davis.

ὡς δή τοι —] quippe revera, nam profecto. Vide ad Reipubl. libr. II. p. 366. C. — Contractam formam θράττειν Atticis inprimisque Platoni vehementer placuisse docuit Pierson. ad Moer. p. 186. Ruhnken. ad Tim. p. 93 sq.

ἐδυσωπούμην κατ' Ἴβυκον] Lobeckius ad Phrynichum p. 190. „Δυσωπεῖσθαι et ionicum ωπεῖσθαι, quantum ex etymo intelligi potest, proprie de oris confusione dicitur, quae ex variis perturbationibus, metu, suspicione, pudore, exsistit. Sed veteres illi tantum de praesensione instantis periculi vel molestiae usurparunt. Sic et Plato et Xenophon. et Demosthenes.“ — De Ibyco Rhegino quantum satis est monuit Mohnike: Geschichte der Literatur T. I. p. 305 sq. Sententiam eius, quae hoc loco memoratur, illustrat Ruhnk. ad Tim. p. 90.

D. ὑπό τι ἀσεβῆ] propemodum impiam, ut Gorg. p. 493. C. Aristoph. Vesp. 1281. Ecclesiaz. 1062. Athen. IV. p. 157. A. XIII. p. 579. D. XV. p. 693. B. Plura dabunt Casaubon. ad Sueton. Iul. c.

ΦΑΙ. Λέγεταί γε δή.

ΣΩ. Οὔ τι ὑπό γε Λυσίου, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ λόγου, ὃς διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος καταφαρμακευθέντος ὑπὸ σοῦ ἐλέχθη. εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη· τὼ δὲ λόγω τὼ νῦν δὴ περὶ αὐτοῦ εἰπέτην ὡς τοιούτου ὄντος. ταύτῃ τε οὖν ἡμαρτανέτην περὶ τὸν Ἔρωτα, ἔτι τε ἡ εὐήθεια αὐτοῖν πάνυ ἀστεία, τὸ μηδὲν ὑγιὲς λέγοντε μηδὲ ἀληθὲς σεμνύνεσθαι ὥς τι ὄντε, εἰ ἄρα ἀνθρωπίσκους τινὰς ἐξαπατήσαντε εὐδοκιμήσετον ἐν αὐτοῖς. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν

E

243

P. 243. E. *τὼ δὲ λόγω*] Sic Bodl. Flor. g. Vind. 4. 7. a. pro vulg. *δή*, quod tenuit Bekkerus.

ἔτυμος λόγος οὗτος] V. *ἔτυμος ὁ λόγος*. Articulum plurimi optimique libri aspernantur. Vind. 4. *οὐδ' ἴκετο ὑψηλὰ πέργαμα τροίας.*

41. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 30. Dobree Commentar. in Aristoph. p. 586 sq. ed. Lips. Etiam *ὑπό τι μικρὸν* dixerunt, de quo vide interpretl. ad Strabon. T. II. p. 209. ed. Friedem.

Οὔ τι ὑπό γε Λυσίου] Phileb. p. 13. D. *Οὔ τι καθόσον γε ἡδονή*, ubi vide annot. coll. Matthiae Gr. §. 609 extr.

E. *εἴ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι*] Nostrates dicunt: wie er es nun einmal ist. Apolog. Socr. p. 21. D. *ἐγὼ δ', ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι.* Pessime Astius *οὖν* in talibus interpretatur, auch i. q. wirklich. Imo *οὖν* hic quoque nativam servat ratiocinandi et concludendi potestatem. De sententia conf. Sympos. p. 204. C. D. p. 212. A sqq.

P. 243. *ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος δέ*] De Stesichoro Himerensi, *τῶν παιδικῶν s. παιδιῶν* inventore, vid. Mohnike l. c. p. 304 sq. Quod ob carmen maledicum in Helenam oculorum usu privatus esse, eundem autem palinodia cantata recuperasse dicitur, de eo vide Isocrat. Helèn. p. 245. ed. Bekk. Fabulam, quam Stesichorus secutus est, docte tractavit Pflugk. Praefat. ad Eurip. Helenam. p. 7 sq. Versiculos eius a Platone allatos alii aliter descripserunt. v. Gaisford. Poët. Min. T. III. p. 341. ed. Lips. Naekius ad Choeril. p. 120. Boissonad. Poët. Gr. Syllog. T. XV. p. 79. — *ἀνέβλεψεν*, visum recuperavit.

B εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. καὶ ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. ἐγὼ οὖν σοφώτερος ἐκείνων γενήσομαι κατ' αὐτό γε τοῦτο. πρὶν γάρ τι παθεῖν διὰ τὴν τοῦ Ἔρωτος κακηγορίαν, πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ οὐχ, ὥσπερ τότε, ὑπ' αἰσχύνης ἐγκεκαλυμμένος.

ΦΑΙ. Τουτωνί, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔστιν ἅττ' ἂν ἐμοὶ εἶπες ἡδίω.

Cap. XXI. ΣΩ. Καὶ γάρ, ὦ 'γαθὲ Φαῖδρε, ἐν-
C νοεῖς, ὡς ἀναιδῶς εἰρησθον τὼ λόγω, οὗτός τε καὶ ὁ ἐκ τοῦ βιβλίου ῥηθείς. εἰ γὰρ ἀκούων τις τύχοι ἡμῶν γεννάδας καὶ πρᾶος τὸ ἦθος, ἑτέρου δὲ τοιούτου ἐρῶν ἢ καὶ πρότερόν ποτε ἐρασθείς, λεγόντων, ὡς διὰ σμικρὰ μεγάλας ἔχθρας οἱ ἐρασταὶ ἀναιροῦνται καὶ ἔχουσι πρὸς τὰ παιδικὰ φθονερῶς τε καὶ βλαβερῶς, πῶς

B. καὶ ποιήσας δὴ π.] V. deerat *καί*, quod codd. unanimi fere consensione redhibuerunt.

B. σοφώτερος ἐκείνων] Stesichoro, qui oculorum usu iam privatus palinodiam cecinit, et Homero, quem caecitatis causa omnino praeteriit. Schleiermacherus ex cod. Ξ ἐκείνου legendum censet. — κατ' αὐτό γε τοῦτο, in hoc ipso.

C. ἐν ναύταις που τεθραμμένων] Nautae inter homines vilissimos numerati. v. Heindorf. ad h. l. et ad Horat. Satyr. I. 5, 4. Adde Interprett. ad Athenaeum VI. p. 254. B. = p. 474., ubi Theopompus dixisse narratur πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν κ. τ. λ. Lege etiam ipsum Platonem Legg. IV. p. 704 sqq. De structura verborum ἃ ψέγομεν τὸν Ἔρωτα v. Matthiae Gr. §. 421. 2. Compares Sympos. p. 222. A. ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ. Ibid. p. 221. B. πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι. Aristotel. Polit. VIII. 1. ἐπαινέσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο Λακεδαιμονίους.

D. ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι] Tractavit hunc locum Wyttenbach. Epist. Crit. p. 271. ed. Lips., qui imitatores recensuit eiusque fontem iudicavit esse Eurip. Hippolyt. 653 ἃ 'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι Εἰς ὦτα κλύζων. Alia contulit Creuzerus ad Plotin. de Pulcrit. p. 465 sq. Usus est his verbis etiam Athenaeus libr. III. p. 121. E. F. et p. 122. A. — ἐκ τῶν ὁμοίων, recte Heindorfius interpretatur, si cetera paria sint. Cui frustra obloquitur Astius, ἐκ τῶν ὁμοίων ratus idem esse quod ὁμοίως, ut hic sit sensus verborum: perinde atque contendit amoris experti potius

οὐκ ἂν οἴει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν ναύταις που τεθραμμένων καὶ οὐδένα ἐλεύθερον ἔρωτα ἑωρακότων, πολλοῦ δ' ἂν δεῖν ἡμῖν ὁμολογεῖν ἃ ψέγομεν D τὸν Ἔρωτα;

ΦΑΙ. Ἴσως νὴ Δί', ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτόν γε τοίνυν ἔγωγε αἰσχυνόμενος, καὶ αὐτὸν τὸν Ἔρωτα δεδιὼς, ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι. συμβουλεύω δὲ καὶ Λυσίᾳ ὅ τι τάχιστα γράψαι, ὡς χρὴ ἐραστῇ μᾶλλον ἢ μὴ ἐρῶντι ἐκ τῶν ὁμοίων χαρίζεσθαι.

ΦΑΙ. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἕξει τοῦθ' οὕτως· σοῦ γὰρ εἰπόντος τὸν τοῦ ἐραστοῦ ἔπαινον, πᾶσα ἀνάγκη Λυσίαν ὑπ' ἐμοῦ ἀναγκασθῆναι γράψαι αὖ περὶ τοῦ E αὐτοῦ λόγον.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν πιστεύω, ἕωσπερ ἂν ἦς ὃς εἶ.

ΦΑΙ. Λέγε τοίνυν θαῤῥῶν.

ἄττ' ἂν ἐμοὶ εἶπες] V. εἴπῃς. Indicativum Bodl. Vindd. aliique dederunt.

quam amanti gratificandum esse. Ita vero ἐκ τῶν ὁμοίων alia sede collocandum fuit, non ante χαρίζεσθαι. Ceterum Socrates non sine causa acriter exagitat superiorum orationum argumentum. Enimvero in utraque illa amoris vis et natura ea ponitur, ut facile appareat, qui ita censeat, eum non ultra vulgus sapere. Itaque Socrates iam Lysiae sermoni aliam oppositurus est orationem, in qua nobiliorem ac vere sublimem informat amoris vim et efficaciam. Igitur vulgari illi declamatiunculae iam e regione ponit orationem vere philosopham, qualis est illa, quae in Symposio tribuitur Diotimae. Quippe philosophi est vulgares hominum cupiditates a rebus turpibus et abiectis convertere ad pulcra, vera et honesta. Quod ipsum Platoni in excolenda amoris sublimioris disciplina fuisse propositum nobis plane persuasimus.

ἕωσπερ ἂν ἦς ὃς εἶ] In talibus vulgo ὃς pro οἷος dictum putant. Perperam. Nam οἷος semper ad qualitatem, etiam a casu pendentem, ὃς ad ipsam vim et naturam alicuius vel rei vel personae refertur. Itaque ὃς certe gravius est quam οἷος. Veluti hoc loco Germanice dicendum, so lange du der bist, der du bist, quod aliquantum differt ab altera formula: so lange du ein solcher bist, wie du bist. Nimirum Socrates hoc sibi vult: quam diu Phaedrus es, hoc est is, in cuius natura et ingenio situm est, ut orationum audiendarum sis cupidissimus. Exempla huius loquendi consuetudinis congesserunt Heindorf. ad h. l. Porson. et Schaefer. ad Eurip. Orest. 910. Con-

ΣΩ. Ποῦ δή μοι ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον; ἵνα καὶ τοῦτο ἀκούσῃ, καὶ μὴ ἀνήκοος ὢν φθάσῃ χαρισάμενος τῷ μὴ ἐρῶντι.

ΦΑΙ. Οὗτος παρά σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλῃ.

Cap. XXII. *ΣΩ. Οὐτωσὶ τοίνυν, ὦ παῖ καλέ,*
244 *ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν λόγος Φαίδρου τοῦ Πυθοκλέους, Μυῤῥινουσίου ἀνδρός· ὃν δὲ μέλλω λέγειν, Στησιχόρου τοῦ Εὐφήμου, Ἱμεραίου. λεκτέος δὲ ὧδε, ὅτι Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, ὃς ἂν παρόντος ἐρα-*

E. *καὶ τοῦτο ἀκούσῃ*] Sic Bodl. et non pauci alii. Vulgo *τούτου*.

ὅταν σὺ βούλῃ] V. *ὅταν καὶ σὺ β.* praeter fidem codicum.

P. 244. *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος*] Sic Bodl. *ΑΠΣΦΔΝΟΤ* alii pro vulg. *ἔτυμος ὁ λόγος*.

B. *Ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς*] *δὴ* om. Bodl. Flor. g.

fer etiam Bremium ad Lysiam. p. 193.

P. 244. *λόγος Φαίδρου — Ἱμεραίου*] Praeclara est Astii observatio, ludere Socratem in nominibus atque inde repetere ipsarum orationum ingenium ac discrimen. „Oratio prior, inquit, dicitur Phaedri esse, cuius nomine significatur is, qui vana oblectatur specie; isque filius vocatur Pythoclis, quo homo famae et gloriae cupidus designatur; praeterea Myrrhinusius vocatur, quasi in toris myrteis cubans, quod moris est delicatorum et otiosorum, v. Polit. II. 372. B., vel sertis myrteis redimitus. Alterius contra orationis, quam Socrates dicturus est, ingenium vere musicum ac religiosum egregie hoc indicatur, quod Stesichori fingitur esse. Stesichorus videlicet a choris instituendis nomen invenit; porro filius fuit Euphemi, quo vir pius significatur, et Himera oriundus, quo vir amori (*ἱμέρῳ*) quasi initiatus designatur. Egregie igitur Plato veterum consuetudinem morum, ingenii, vel fatorum alicuius hominis ab eius nomine repetendorum, de qua v. Valcken. ad Phoeniss. p. 242. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 231. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 288. et Aglaopham. Libr. II. p. 870., in rem suam accommodavit." De studio veterum nomina ad rationem etymologicam revocandi legas etiam Meinekium ad Euphor. p. 128. et Creuzerum De arte hist. Gr. p. 52.

εἰ γὰρ ἦν ἁπλοῦν] H. e. simpliciter ac sine exceptione verum. v. ad Sympos. p. 183. D. Reip. VIII. p. 545. D. ibique annot.

νῦν δὲ τὰ μέγιστα —] Demonstraturus Socrates maxima bonorum hominibus contingere per furorem, diligenter divinum afflatum, qui soluto quodam ac libero animi motu continetur, ab illo divinationis genere discernit, quod cum arte coniunctum est. Quocirca hoc fere modo argumentatur. Quae Delphis, inquit, oracula edit Pythia, quaeque Dodonae vaticinantur mulieres dici non potest, quam multa atque praecla-

στοῦ τῷ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον φῇ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι δὴ ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης. Ἥ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις αἱ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι μανεῖσαι μὲν B *πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὴν Ἑλλάδα εἰργάσαντο, σωφρονοῦσαι δὲ βραχέα ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σίβυλλάν τε καὶ ἄλλους, ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ πολλὰ δὴ πολλοῖς προλέγοντες εἰς τὸ*

προλέγοντες εἰς τὸ μέλλον ὤρθωσαν] Stephanus cum Aldo: *προὔλεγον ὀρθῶς*. Sed *προλέγοντες* est in Bas. 2. et in mss. omnibus. Istud *ὀρθῶς* autem ex *ὤρθωσα* natum, quod servavit Venet. *Σ.* et corr. *Φ.* cum Aristide Oratt. Platt. I. T. II. p. 13. ed. Iebb. — *ὄρθωσαν* est in H. et corr. F. et marg. T., ut corruptelae origo sit manifesta.

ra bona in universam Graeciam contulerint, furore divinitus agitatae; quum eorum, qui mentis semper fuerunt compotes, vel nulla plane eiusmodi memorentur beneficia, vel saltem perexigua. Etiam illud longum est et paene infinitum dicere, quid Sibylla aliique, qui numine divino fuerunt afflati, humano generi profuerint. Et hanc quidem artem vaticinandi veteres appellaverunt *μαντικήν*, non *μαντικήν*, quod vocabulum temere finxerunt recentiores, quippe illi *μανίᾳ* sive furore significarunt unice effici omnem vaticinandi facultatem. Huic vero divinae vaticinationi quantum humana postponenda sit, quae artis est particeps, facile intelligitur ex disciplina augurali. Haec enim quum censeatur tribus partibus, videlicet humana cogitatione, intelligentia, ac disciplina, unde appellata est *οἰωνοϊστική*, vel ut hodie corrupte dicitur *οἰωνιστική*, quod nomen ex *οἴησις*, *νοῦς* et *ἱστορία* ductum; furor divinitus immissus ea tanto est praestabilior, quanto maior est et nominis dignitas et rei ipsius nobilitas. Sed praeter hoc furoris divini genus alterum est, quod in scelerum expiatione solemnique mysteriorum celebratione versatur. Nam morbis atque calamitatibus ingruentibus homines mentis furori tantum tribuunt, ut ab eo malorum remedia inventum iri confidant. Quocirca confugiunt ad preces et supplicationes deorum: unde expiationes atque initiationes fiunt, quibus placata deorum ira integri purique reddantur et a malis gravissimis liberentur. His vero divini furoris generibus tertius accedit furor a Musis iniectus. Qui quidem animum, sed purum illum intactumque, invadit, atque instigat ad carmina pangenda, quibus et maiorum facta celebrentur et posteri ad humanam instituantur eruditionem. Neque enim fieri potest, ut quisquam sine numinis divini afflatu poëta evadat; nam qui sui est compos atque sobrius, is frustra utique poëticas fores pepulit.

B. *μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ*] Mox C. *ὅταν θείᾳ μοίρᾳ*

μέλλον ὤρθωσαν, μηκύνοιμεν ἂν δῆλα παντὶ λέγοντες. τόδε μὴν ἄξιον ἐπιμαρτύρασθαι, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο
C *οὐδὲ ὄνειδος μανίαν· οὐ γὰρ ἂν τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ᾗ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέκοντες μανικὴν ἐκάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο. οἱ δὲ νῦν ἀπειροκάλως τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες μαντικὴν ἐκάλεσαν. ἐπεὶ καὶ τήν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ*

C. *τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες*] Sic codd. mss. ad unum omnes. Vulgo *ἐμβάλοντες* vel *ἐμβαλόντες*.

ὀρνίθων ποιουμένην] Sic ex Aristide l. c. Stephano, Heindorfio et Astio auctoribus scripsimus loco vulg. *ποιουμένων*. Quanquam etiam Aristidis codd. plurimi *ποιομένων*, non improbante Reiskio, probante Dindorfio. Et sic ibidem p. 39, 10.

ἀνθρωπίνῃ οἰήσει] Ita codd. optimi quique pro vulg.

γίγνηται. D. *μανίαν τὴν ἐκ θεοῦ*. P. 245. B. *μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν*. De ipsa re vide Cicero. De Divin. I. 18. 19. 31. 37. ibique Davisium.

C. *ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος*] Participium ad praedicatum accommodatum, cuius usus exempla plurima congessimus ad Reip. I. p. 333. D. et Protag. p. 354. C. De participio atque *ὡς* conf. Phileb. p. 16. D. *ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι*. Cratyl. p. 439. C. *διανοηθέντες — ὡς ἰόντων τε ἁπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων*. Lucian. Dial. Mort. II. 2. *οὕτω γεγώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσαμένου μου*. vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 281. Ceterum verissime observavit Ast, hanc vocabulorum originationem non carere leni quadam Sophistarum irrisione, quorum perversitas imitatione perstringatur. Neque enim Plato ipse tam caecus fuisse putandus est, ut veram rei rationem non perviderit.

ἐπεὶ καὶ τήν γε τῶν ἐμφρ.] Comparaturus disciplinam augurandi humanam cum divino illo vatum furore ita pergit explicare sermonem, ut *οἰωνιστικὴν* tanquam aliud pravae vocabulorum mutationis exemplum in medium afferat. Quod diligenter tenendum est, ne totum hunc locum sinistre hic intertextum esse opineris. De ipsa originatione audias Hermiam p. 110. *τὰ τρία ταῦτα οἱ παλαιοὶ ὀνόματα οἰήσιν, νοῦν καὶ ἱστορίαν ἐντείναντες εἰς ἓν ὄνομα οἰονοϊστικὴν αὐτὴν προσηγόρευσαν, πᾶσαν στοχαστικὴν* [καὶ] *ἀνθρωπικὴν οἰονοϊστικὴν προσαγορεύσαντες, ἀπὸ μὲν* (male leg. *ρέντοι*) *τοῦ οιο τὴν οἰήσιν δηλοῦντες, ἀπὸ δὲ τοῦ νο τὸν νοῦν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἱστικὴν τὴν ἱστορίαν σημαίνοντες*. Ceterum tenui quod olim edidi *ποιουμένην* et *ποριζομένων*, quod video etiam Buttmanno placuisse. Nam ut vel cum Stephano *ποριζομένην* vel cum Heindorfio *ποριζόμενον* scribatur, nulla certe urget necessitas, quum ad *ποριζομένων* facile *αὐτῶν* intelligi queat. Vide Matthiae Gr. §. 563. Astius etiam *ποιουμένων* tuendum censet, quod

μέλλοντος, διά τε ὀρνίθων ποιουμένην καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἅτ' ἐκ διανοίας ποριζομένων ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν, ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τῷ ω̃ σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦ- D
σιν. ὅσῳ δὴ οὖν τελεώτερον καὶ ἐντιμότερον μαντικὴ οἰωνιστικῆς, τό τε ὄνομα τοῦ ὀνόματος ἔργον τ' ἔργου, τόσῳ κάλλιον μαρτυροῦσιν οἱ παλαιοὶ μανίαν σωφροσύνης, τὴν ἐκ θεοῦ τῆς παρ' ἀνθρώπων γιγνομένης. Ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων,

νοήσει. Deinde vulg. *οἰονοηστικήν.* Sed *οἰονοϊστικὴν* Flor. a. c. Vind. 1. 3. 6. Ven. Ξ alii, quod auctore Buttmanno suscepimus. Bodl. et alii *οἰωνιστικήν*, ac dein ΦDNO al. *ὠωνιστικήν*, quod legit etiam Schol. Hermogen. cod. Paris. 1983. f. 186, cuius verba apposuit Bekker.

D. *τῷ ω̃ σεμνύνοντες*] Sic Bodl. Vin. 1. 4. et octo fere alii pro vulg. *τὸ ω̃ σεμν.*

per enallagen quandam ad *τῶν ἐμφρόνων* relatum sit, quum proprie ad *ζήτησιν* pertineat. Verum quem hanc in rem laudat, Fritschium meum, Quaest. Luciann. p. 235., is quae congessit huius usus exempla, ea disparis esse generis mirandum est quod virum doctissimum plane praeteriit.

D. *ἣν νῦν οἰωνιστ.*] Nam Graecia olim ω̃ ignoravit, de quo Heindorf. laudat Muretum Var. Lectt. XVIII. 1. — *τῷ ω̃ σεμν.*, suo isto ω̃ sese iactantes.

τό τε ὄνομα —] Nam *οἰωνιστικῆς* nomen graviorem subiit corruptelam.

Ἀλλὰ μὴν νόσων γε —] Facile est ad intelligendum verba primariam partem enuntiati efficientia inter se ita cohaerere: *ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων* (aerumnarum, ut Eurip. Orest. v. 281.) *τῶν μεγίστων ἀπαλλαγὴν εὕρετο ἡ μανία ἐγγενομένη οἷς ἔδει (ἐνεῖναι) καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει (προφητεῦσαι), καταφυγοῦσα κ. τ. λ.*, ut profecto non videam, cur Ast. hic nodum in scirpo quaesiverit. Sensus hic est: Iam vero de morbis atque calamitatibus maximis furor, quum et inesset quibus inesse oporteret et vaticinaretur quibus deberet, facile illorum invenit remedium. Plus molestiae afferunt verba intermedia *ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν*, de quorum et iunctura et sententia singulatim dicendum est. Et Heindorf. quidem pro *ἃ δὴ* scribendum putabat *ἅτε*. Quem ita refellere studuit Ast., ut *ἃ δὴ* dictitaret idem quod *ἅτε* valere. Quod licet affirmaverit etiam Lobeck. ad Aiac. p. 386., et nosmet ipsi olim pro vero habuerimus; tamen nunc rem secus habere plane nobis persuasimus. Ut paucis praecidam, *ἅ* neutro genere post masculinum illatum est, quum exspectares *οἵ*. Quem usum nihil habere insolentiae docebit Matth. Gr. §. 439. Quocirca *ἦν* vel *ἐγένετο* intelligendum relinquitur, quod et ipsum tale est, nulla ut indigeat excusatione. Sed quum ita de grammatica constet verborum ratione, de eorundem sententia

ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γε-
E νῶν, ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει
ἀπαλλαγὴν εὕρετο, καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς τε
καὶ λατρείας, ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε καὶ τελετῶν τυ-
χοῦσα ἐξάντη ἐποίησε τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα πρός τε τὸν
παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον, λύσιν τῷ ὀρθῶς μα-
νέντι τε καὶ κατασχομένῳ τῶν παρόντων κακῶν εὑρο-
245 μένη. Τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοκωχή τε καὶ μα-
νία λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν ἐγείρουσα καὶ
ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποιη-

ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν] Stephan. de sola Cornarii, ut videtur, coniectura dedit: *μεγίστων δὲ ἁμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων που θεῶν ἔν τισι γενομένων, ἡ μανία κ. τ. λ.*, quod adversatur codicum testimoniis.

E. τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα] V. τὸν αὑτὴν ἔχοντα, praeter

accuratius quaerendum est. Itaque *παλαιὰ μηνίματα* sunt scelera a maioribus commissa, quae quidem in posteris puniri vulgaris erat populo opinio, de qua dixit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. p. 253. Quod vero adiicitur *ποθέν*, id infinitum facit scelerum illorum indicium, ut hoc dicatur: propter noxam undecunque sive alicunde a maioribus acceptam. Apte contulit Buttmannus Eurip. Phoeniss. v. 948. *Κάδμῳ παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων.* Recte igitur Scholiastes Aristidis T. II. p. 13. ed. Iebb. *παλαιῶν μηνιμάτων λέγει τῶν προγονικῶν.* Superest, ut dicatur de verbis *ἔν τισι τῶν γενῶν.* Ea vero nuper egregie interpretatus est Lobeck. Aglaophami Tom. I. p. 636. Quippe *γένη* non sunt familiae sacerdotales, ut Ast. olim opinabatur, quales fuere Eumolpidae aut Arestoridae. Hi enim nunquam vaticinandi et medicandi munere functi sunt; sed intelliguntur aegroti ipsi, piacularium hominum posteri, qui noxa maiorum capitali afflicti erant. Quum vero huius culpae conscientia non omnes eiusdem stirpis homines pariter exagitet, recte sane vis mali dicitur conspicua esse *ἔν τισι τῶν γενῶν.* Comparat Lobeckius Pausan. IX. 5. *τῶν Ἐριννύων τοῦ Λαΐου καὶ Οἰδίποδος Τισαμενῷ μὲν οὐκ ἐγένετο μήνιμα, Αὐτεσίωνι δὲ τῷ Τισαμενοῦ.* Ceterum vir doctissimus totum hunc locum sic descripsit: *ἀλλὰ μὴν νόσων καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα, οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο καταφυγοῦσα κ. τ. λ.*, in quo perspicuum est eum *οἷς ἔδει* cum sequentibus iunxisse, ut intellexerit *ἀπαλλαγὴν εὑρίσκεσθαι*: minus liquet, quid de reliqua enuntiati parte statuerit.

E. ὅθεν δὴ καθαρ.] H. e. *ἐξ ὧν δὴ εὐχῶν τε καὶ λ.* De re ipsa conf. Cratyl. p. 405. A. Reip. II. p. 364. B. sqq. Pro *ἐξάντης ἐποίησεν* Cratyli loco dixit *καθαρὸν παρεῖχεν.* Videlicet *ἐξάντης* est *ἔξω ἅπτης s. βλάβης ὤν*, ut recte Timaeus Gloss. p. 108, ubi v. Ruhnken. Deinde *τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα*, ipsius

σιν μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη.

Cap. XXIII. *Τοσαῦτα μέν σοι καὶ ἔτι πλείω* B *ἔχω μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν λέγειν καλὰ ἔργα. ὥστε τοῦτο γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα, μηδέ τις ἡμᾶς λόγος θορυβείτω δεδιττόμενος, ὡς πρὸ τοῦ κεκινημέ-*

fidem librorum fere omnium.

P. 245. *κατοκωχή τε κ. μ.*] Sic Flor. b. c. g. i. Vind. 1. alli. Rodl. *κατοικωχή*. Vulgo *κατοχή*.

ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος] Male vulgo *ἱκανῶς*, quod e plurimis optimisque codd. correctum.

participem, illustravit Matth. Gr. §. 323, qui inter alia contulit locum Sophoclis plane consimilem Oedip. Tyr. 709. *μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἧσσον τέχνης.*

τῷ ὀρθῶς μανέντι τε καὶ κατασχομένῳ] Verbum *κατέχεσθαι* proprie dicitur de iis, qui divino numine affiati et furore concitati sunt. v. Ion. p. 533. E. Menon. p. 99. D. Symp. p. 215. C. Xenoph. Sympos. I. 10. ibique interpp. Aoristus autem medii pro passivo accipiendus est, quem usum, epici sermonis proprium, in verbo *ἴσχειν* eiusque compositis Attici quoque servarunt scriptores, fugientes, ut videtur, formam, non quidem obsoletam, sed pronuntiantis ori minus commodam, *ἰσχέθην*. Conf. Matth. Gr. §. 496. 7. p. 935. Rost. Gr. §. 114. annot. 3. p. 562. ed. IV.

P. 245. *κατοκωχή τε καὶ μανία*] De originatione et scriptura nominis *κατοκωχή* copiose disputarunt Valcken. ad Ammon. p. 23 sq. Pierson. ad Moer. p. 221. Descendit nimirum vox ab *ὄκωχα*, unde *ὀκωχή*, de quo vide Buttmann. Gr. Amplior. §. 85. ann. 5. De participiorum cumulatione vide ad p. 228. B.

ἄβατον ψυχήν] *ἄβατον* quum proprie dicatur de locis sacris, ad quae profanis nefas est accedere, eleganter h. l. ad animum purum, intactum, integrum transfertur.

ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται] Senec. de Tranq. An. 15. poëticas fores pepulit. Ceterum conferas ann. ad p. 233. E.

πεισθεὶς ὡς ἄρα — ἐσόμενος] vana hac ductus opinione, se arte ac disciplina bonum poëtam evasurum esse. Rem philosophus tetigit etiam Apolog. Socr. p. 22. B. Ion. p. 533. E. sqq. conf. infra p. 265. B.

ἀτελὴς — ἠφανίσθη] Dictum est per prolepsin pro *ἠφάνισται, ὥστε ἀτελὴς εἶναι*. v. ad Remp. p. 560. D.

B. *θορυβείτω δεδιττόμενος*] *δεδίσκεσθαι* et *δεδίττε-*

νου τὸν σώφρονα δεῖ προαιρεῖσθαι φίλον· ἀλλὰ τόδε πρὸς ἐκείνῳ δείξας φερέσθω τὰ νικητήρια, ὡς οὐκ ἐπ' ὠφελείᾳ ὁ ἔρως τῷ ἐρῶντι καὶ τῷ ἐρωμένῳ ἐκ θεῶν ἐπιπέμπεται. ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία
C *δίδοται. ἡ δὲ δὴ ἀπόδειξις ἔσται δεινοῖς μὲν ἄπιστος, σοφοῖς δὲ πιστή. δεῖ οὖν πρῶτον ψυχῆς φύσεως πέρι θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἰδόντα πάθη τε καὶ ἔργα τἀληθὲς νοῆσαι. ἀρχὴ δὲ ἀποδείξεως ἥδε.*

Cap. XXIV. *Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς.*

C. *ψυχὴ πᾶσα ἀθ.*] Ita codd. fere ad unum omnes. V. *Πᾶσα ψυχή.*

D. *οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο*] Sic Vind. 4., ut Muretus coniecit. Ceteri libri et editt. *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο.*

σθαι ab Atticis scriptoribus fere terrendi ponitur significatione, ut Graevius ad Luciani Soloecist. T. III. p. 565. Pierson. ad Moer. p. 119. Lobeck. ad Phrynich. p. 320. observaruut. Apud Homerum autem etiam timendi notionem exprimit, de qua re monuit iam Eustath. ad Iliad. XIII. 943., eiusque exemplum Polyaenus aliique posteriore tempore sunt secuti. Hoc loco priorem significationem locúm habere nemini obscurum esse potest. Sed non iniuria Heindorf. desideravit illius loco verbum aliquod ostendendi et probandi potestate positum, quod responderet sqq. *ἀλλὰ τόδε — δείξας.* Nisi forte cum Astio putaveris Platoni ob oculos obversatum esse Homericum illud Iliad. XX, 201. *Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε νηπύτιον ὥς Ἔλπευ δειδίξεσθαι.* Quae tamen ratio vereor ut cuiquam satisfaciat. Vide igitur, an in isto *δεδιττόμενος* lateat *ἐπιδεικνύμενος.* Dein *ὃ κεκινημένος* est *ὁ ἔνθεος* s. *ὁ μανεὶς καὶ κατασχόμενος.* Horatius Sermon. II. 3, 209 et 278. commotos s. commotae mentis vocat.

C. *δεινοῖς μὲν ἄπιστος*] H. e. rixandi cupidis. Ipsum Phaedrum, opinor, tangit, sophistarum atque rhetorum discipulum, quos constat a Platone eximie *δεινοὺς* appellari solere, ut Theaet. p. 164. C. aliisque locis, quos multos attulit Heindorf.

Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος] Latinum fecit hunc locum Tullius Tusculan. I. 23. De Republ. p. 327. ed. Tub., cuius interpretationem cum Graecis contendit Ant. Muretus Varr. Lectt. VIII. 3.

παῦλαν ἔχει ζωῆς] Afferens haec Scholiastes Aristophanis ad Nubb. v. 95. exhibet *παῦλαν. ἔχει καὶ ζωῆς*, quod per se non displicet, sed a codicibus nihil habet commendationis.

τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως] V. ad p. 249. C. Cicero l. c. quin etiam ceteris, quae moventur, *hic fons, hoc principium.*

D. *μηδ' ἐξ ἑνός*] plane

μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔ ποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγέ- D *νητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν συμπε-* E

τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν] αὐτὸ nuper ex codd. accessit.

E. *πᾶσαν τε γένεσιν*] Vett. editt. *γῆν*, quod exstat in marg. Flor. a. c.

nulla ex re alia. Nam *μηδὲ εἷς* paullulum differt a *μηδείς*. v. ad Rempubl. p. 506. A. Phaed. p. 72. D. Sympos. p. 177. A. 214. D.

εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ —, οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο] Tenui quod Muretus l. c. coniecit *οὐκ ἂν ἀρχὴ γένοιτο*, vel potius *γίγνοιτο*. Nam absurdum est quod vulgo circumferunt *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο*. Cicero: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Buttmanno placebat: *οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο*, quod legisse videntur Iamblich. Introd. in Nicom. Arithm. p. 111. Theodoret. Therap. II. p. 504. A. Sed facile isto *ἔτι* caremus. Nec placet aliorum afferre coniecturas, quandoquidem id, quod recepimus, et Ciceronis interpretatione satis confirmatur et unius certe codicis munitum est auctoritate. Vulgatam lectionem nuper Ast. ita tueri conatus est, ut verborum *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο* subiectum sumeret esse pronomen *τι* vel *τοῦτο* e verbis *ἔκ του* petendum. Ita vero ea desideratur argumentationis pars, qua ostendendum fuit nihil nisi ex principio aliquo oriri posse. Accedit, quod Socrati hoc tantum propositum est docere, ipsum principium nullam habere originem; ut profecto appareat, illud si statuatur, argumentationi aliquid immisceri, quod ab ea alienum sit. Nec vero haerendum in isto *γίγνοιτο*, pro quo fuerunt qui *εἴη* desiderarent. Liquet enim hoc a philosopho dici: principium si ex alio quopiam exsisteret, non principium exsisteret.

E. *ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν — στῆναι*] Verissimam hanc lectionem codd. manuscripti magna consensione firmarunt, quum olim *πᾶσάν τε γῆν* circumferretur. Enimvero *οὐρανὸν* non viderunt esse rerum universitatem; *γένεσιν* autem generationem, qua quaecunque illa continentur, oriuntur atque nascuntur, quaeque opposita est *τῷ στῆναι*. Recte Cicero: Vel concidat omne coelum omnisque natura. Nec

σοῦσαν στῆναι καὶ μή ποτε αὖθις ἔχειν ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ' ἐστὶ τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι

καὶ μή ποτε αὖθις ἔχειν] Vulgo post *ἔχειν* repetitum est verbum *στῆναι*, quod Muret., Cornar., Stephan., Heindorf., Ast., Bekker. (hic quidem lectore non monito) repudiarunt. Deest in Vind *α.* ita ut spatium vacuum relictum sit. Neque est in codd. Stob. Eeclogg. Phys. I. Bouhierii correctio Animadv. ad Cic. Tusc. p. 30. proposita: *ἔχειν σθένος*, ne digna est quidem, quam commemoremus.

male Ficinus: Alioquin omne coelum omnisque generatio etc. Etiam Planudem *γένεσιν* legisse compertum habemus. Ad *στῆναι* e praecedenti *δυνατὸν* intelligendum esse *ἀναγκαῖον*, verissima est Heindorfi observatio, quam si quis exemplis firmatam cupiat, inspiciat is quae disputavimus ad Reip. VI. p. 490. A. et quae monuit Hermannus ad Lucian. De Conscrib. Histor. p. 42 sq. Conf. p. 271. B.

ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων] Recte libri optimi et plurimi *τοῦτον αὐτὸν* pro *τοῦτο αὐτό*: quod qui amplexati sunt, immemores fuerunt illius attractionis, de qua Matth. Gr. p. 822 sq. §. 440. 7. exposuit. Iam si quaeris verborum sententiam, non potest dubitari, quin philosophus hoc dicat: Quum apparuerit id quod se ipsum moveat esse immortale atque aeternum, nemo iam verecundabitur affirmare eam ipsam esse animi naturam atque rationem, ut se ipsum moveat. *Λόγος* h. l. est notio, quam de animi vi et natura mente complectimur. Recte Schleiermacherus: dieses für das *Wesen* und den *Begriff* der Seele zu erklären.

P. 246. *περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς* —] Animi vim et naturam illustraturus fabulae utitur involucro. Quod quamnam ob causam ita fecerit, ipse haud obscuro prodidit indicio. Gravius enim ac difficilius hoc argumentum esse arbitratur, quam quod vel subtiliter explorari vel dilucide illustrari queat. Quippe sapienter philosophus usus est fabulosis narrationibus, si cubi videret aliquid ita esse comparatum, ut magis coniectando quam disserendo posset illustrari. Nam imaginandi facultas menti et rationi in vero exquirendo veluti fatiscenti succurrere solet, ut altera alterius vi polleat, quandoquidem ratio in imaginandi facultatis regnum transgreditur, imaginatio autem quodammodo mentis rationisque partes in se suscipit. Conf. annot. ad Phaedon. p. 107. D. Censet autem declarandum esse illud, quaenam sit vis animi tum divini tum humani: quod diligenter tenendum est, ne in interpretando loco temere ruamus.

τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν 246
τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. Περὶ μὲν οὖν ἀθα-
νασίας αὐτῆς ἱκανῶς.

Cap. XXV. *Περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς ὧδε λε-*
κτέον· οἷον μέν ἐστι, πάντῃ πάντως θείας εἶναι καὶ
μακρᾶς διηγήσεως, ᾧ δὲ ἔοικεν, ἀνθρωπίνης τε καὶ
ἐλάττονος. ταύτῃ οὖν λέγωμεν. Ἐοικέτω δὴ ξυμφύτῳ

καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν] V. *τοῦτο αὐτό*, quod ex optimis plurimisque codd. emendatum.

ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτῷ] V. *αὐτό*, praeter fidem permultorum eorumque optimorum codicum.

P. 246. *ἀγένητόν τε καὶ ἀθ.*] Aliquot codd. *ἀγέννητον.*

Ἐοικέτω δὴ ξυμφύτῳ] V. *Ἔοικε δὴ τῇ ξ. δ.*, quod e plurimis codd. correctum.

πάντῃ πάντως] Vid. ad Remp. VI. p. 490. A. X. p. 612. A.

Ἐοικέτω δὴ ξυμφ. — ἡνιόχου] Similis sit conceptae cuidam ex auriga bigisque pennatis naturae. Mirati sunt saepenumero viri docti, cur philosophus animis alas attribuerit, eiusque rei causam modo in Pythagoreorum placitis, modo in doctrina Orphicorum, modo in loco nescio quo aut in irrisione quaerendam censuerunt. Verum enim vero hi si paullulum istas doctrinae copias seposuissent et id ipsum, de quo peroratur, diligentius consideravissent, plus certe fuerant expediturі, quam mentis acie veluti praestricta efficere potuerunt. Describit Socrates toto hoc loco divini vim amoris, quo agitantur eorum pectora, qui coelestibus sacris initiati sunt. Iam vero quemadmodum Amor vulgari imagine alatus fingebatur, de qua re v. Eurip. Hippol. 1270 sqq. Aristoph. Avv. v. 573. ibique Schol.; coll. Voss Mythol. Briefe, T. II. p. 30 sqq., ita etiam animus alis instruitur, quod veluti signum est vehementis appetitionis, qua fertur ad ea, quorum studio est incensus atque inflammatus. Enimvero Graeci *ἀναπτεροῦσθαι* et *πτοεῖσθαι* dicunt eos, qui quocunque studio et affectu vehementer moventur, de quo usu loquendi vide annot. ad Sympos. p. 206. D. Phaedon. p. 68. C. Xenoph. Sympos. IX. 5. Markland. ad Eurip. Suppl. v. 89. Et in divino quidem animo atque mente nunquam restinguitur illud rerum divinarum desiderium, unde *ψυχὴ τελέα οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ*, h. e. regit et gubernat. Sed alia est nostrorum animorum conditio, ut qui bigis similes sint, quibus duo equi sunt iuncti, ex quibus alter contumax est ac refractarius. Enimvero, quod iam Plutarch. Quaestt. Platt. p. 1008. C. vidit, dubitari non potest, quin philosophus partem animi rationalem sive *τὸ λογιστικὸν* comparaverit aurigae; partem alteram, quae *τὸ θυμικὸν* audit, utpote cupiditatibus generosiorem, equo morigero atque bono; denique *τὸ ἐπιθυμητικὸν* equo feroci nec ita facile domando. conf. Reipubl. IV. p. 439. D. IX. p. 580. D. sqq. X. p. 604. D. Ex hac igitur ani-

δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου. θεῶν μὲν οὖν ἵπποι τε καὶ ἡνίοχοι πάντες αὐτοί τε ἀγαθοὶ καὶ
B ἐξ ἀγαθῶν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται. καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων ξυνωρίδος ἡνιοχεῖ, εἶτα τῶν ἵππων ὁ μὲν αὐτῷ καλός τε κἀγαθὸς καὶ ἐκ τοιούτων, ὁ δὲ ἐξ ἐναντίων τε καὶ ἐναντίος. χαλεπὴ δὴ καὶ δύσκολος ἐξ ἀνάγκης ἡ περὶ ἡμᾶς ἡνιόχησις. Ἡ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα ἡ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνο-
C μένη. τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωρο-

B. ὁ μὲν αὐτῷ καλός] Heindorfius coni. αὐτῶν, quod est in Vind. 4. Non debebam olim recipere.

πᾶσα ἡ ψυχὴ π. ἐπ.] Sic Bodl. AGF et pr H. In Flor. g. h. Vind. 4. 7. π. est πᾶσα ψυχή. V. ἡ ψυχὴ πᾶσα.

morum natura explicatur, qui fiat, ut sensim paullatimque, divinae immemores originis, amittant alas. Qua quidem πτεροβρύησει nihil aliud putamus significari, quam studii rerum divinarum restinctionem, qua fiat, ut animus in dies magis cupiditatibus indulgeat atque sensuum deliciis obnoxius ad ea praeceps feratur, quae ipsum a rerum coelestium amore avertant. En habes nostram de hac re sententiam, qua, nisi egregie fallimur, universo loco nonnihil certe lucis affunditur. Ceterum Hierocles in Aur. Carm. ad v. 69. ab Heindorfio laudatus: ὁ ἄνθρωπος — ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. Καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα; ὃ δὴ Πλάτων ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν. Quae quam vera sint, nunc non decernam. Negavit enim Schleiermacherus Platonem in hoc placito suo efformando Pythagoreis aliquid debuisse. Quanquam illud nemo infitiabitur, Pythagoreos animi naturam vel duplicem vel etiam triplicem finxisse, prouti τὸ θυμικὸν et τὸ ἐπιθυμητικὸν segregarunt, vel tanquam unum quiddam rationi opposuerunt; de qua re vid. Ciceron. Tuscul. IV. 5. Plutarch. de placit. Philos. IV. 4. 5. II. 5. Diogen. Laërt. VIII. 30. Stobaeus Ecclogg. Phys. I. 2. Apuleius de habitud. Doctr. Plat. I. p. 586. Suidas τ. v. νοῦς. Quae si quis diligenter consideraverit, vestigia Pythagoricae doctrinae in Platonis placitis conspicua esse vix dubitare audebit. Quanquam, ut diximus, nunc ea de re nihil certi volumus pronuntiare. Illud vero manifestum arbitramur, philosophum, quo tempore Phaedrum scripsit, iam eandem de animi humani natura sententiam informatam tenuisse, quam in libris de Republica copiosius illustravit.

ἀγαθοί, καὶ ἐξ ἀγαθῶν] Sic infra p. 249. E. p. 274. A. Laudant Markland. ad Lys. p. 367. Reisk. Lobeck. ad Aiac.

πορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται, οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν, θνητόν τ' ἔσχεν ἐπωνυμίαν· ἀθάνατον δὲ οὐδ' ἐξ ἑνὸς λόγου λελογισμένου, ἀλλὰ πλάττομεν οὔτε ἰδόντες οὔθ' ἱκανῶς νοήσαντες θεόν, ἀθάνατόν τι ζῶον, ἔχον μὲν ψυχήν, D ἔχον δὲ σῶμα, τὸν ἀεὶ δὲ χρόνον ταῦτα ξυμπεφυκότα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ

C. *μετεωροπορεῖ τε καὶ π.*] Sic codd. Legebatur *μετεωροπολεῖ*. Dein vulgo *ἅπαντα*.

ἀλλὰ πλάττομεν —] V. *πλαττομένου*. Illud cum Bekkero restitui e Flor. c. DNO, marg. F., et corr. Φ. Dein Bodl. et alii nonnulli *οὐδ' εἰδότες*. Ibidem est *τὸ ζῶον*.

p. 409. Welcker. ad Theogn. Prolegg. p. LIV. Iam vero quum adiiciatur *τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται*, non est obscurum, in qua re deorum virtus cernatur. Dein *αὐτῷ* refer ad aurigam. Non opus, ut *αὐτῶν* scribatur, quod volebat Heindorf.

B. *καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων* —] Duae sunt res, quibus humani animi cursus a divino differre statuitur, primum quod ille bigis vehitur; nam *ξυνωρίδος* maiore vocis gravitate efferendum: deinde quod bigis istis bonus atque malus equus iunctus est. Deorum vehiculum quale informari debeat, non indicatur. Hoc unum videmus, simplex illud esse, aequabile, nihil alienum ac dispar in se continens.

Πῇ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον —] Novam hinc orditur quaestionis partem. Vult enim ostendere, qui fiat, ut animal mortale et immortale recte discernatur. Sed locus est perobscurus. Videamus igitur de singulis eius partibus, universoque argumento. Est autem sententiarum ratio haec. Primum in universum exponitur de ratione, quae inter id, quod animum appellamus, atque inter *τὸ ἄψυχον* intercedat. Quo quidem loco Socrates animum hoc sibi proprium habere statuit, quod *τῷ ἀψύχῳ* praesit, omnem rerum universitatem permeet atque alias aliis formis se veluti prodat ac manifestet. Quum igitur hic loci de animo in universum agatur, dubitari non potest, quin *πᾶσα ἡ ψυχὴ* pro eo, quod vulgo erat, *ἡ ψυχὴ πᾶσα*, legendum sit. Nam *πᾶσα ἡ ψυχὴ* per attractionem explicandum, ut idem sit quod *πᾶν ὅ τι ψυχὴν καλοῦμεν*, quidquid animum appellamus, alles was Seele ist. Nam in hac verborum collocatione *πᾶσα* habet *τόνωσιν*. A quo differt *ἡ ψυχὴ πᾶσα*, quod significat animus, si vel quatenus totus est, ut adiectivum cum verbo cohaerere putandum sit: quod cum ipso hoc placito minus congruit. Exposita autem necessitudine et coniunctione, quae inter omne id, quod ani-

ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω. τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀπορρεῖ, λάβωμεν. ἔστι δέ τις τοιάδε.

Cap. XXVI. *Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ.*

D. *τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή*] Codd. *AB τὸ θεῖον σῶμα*, quod est etiam in Flor. b. i. Sed cod. E et pr.

mum appellamus, et *τὸ ἄψυχον* obtineat, porro explicatur, quomodo *θνητὸν ζῷον* oriatur. Quum enim animi in universum spectati vis et natura ea sit, quam modo intelleximus, tum animi discernuntur plurimi, quorum diversa sit indoles ac natura. Quippe alii perfecti sunt; et hi quidem pennas suas servant integras, perpetuo in sublimi vehuntur atque universum mundum gubernant; aliis autem pennae defluunt; unde fit, ut hi e divina illa sublimitate decidant ac praecipites ferantur, donec terrenum aliquod corpus complexi sint, in quo sedem suam figant atque domicilium. Tum vero animus atque corpus tanquam unum quiddam, quod intima coniunctione concretum sit, *ζῷον θνητὸν* appellatur. Itaque coniunctio animorum atque corporum terrenorum inde repetitur, quod animi divinae suae originis immemores a divina vita paullatim defecerint et ad res terrestres proclives evaserint. Quod quidem decretum planissime convenit cum iis, quae a Platone quum alibi tum in Phaedone c. X sqq. et c. XXVII sqq. disputantur. Iam vero postquam explicatum est, quale sit *ζῷον θνητόν*, quid de immortali animali iudicandum sit, breviter disceptatur. Qui locus nonnihil habet difficultatis propterea, quod obscura est verborum structura et cohaerentia. Quanquam per eam, quam dudum cum Bekkero restituimus scripturam maxima pars difficultatum plane sublata est. Quippe ad proximum *ἀθάνατον δὲ* e praegressis intelligendum est *ἐπωνυμίαν ἔχειν*, ut haec sit verborum sententia: *immortale* autem *animal* nomen natum est suum neutiquam ex ratione recte conclusa atque bene perpensa. Cuius quidem iudicii causam scriptor indicat accuratius verbis proxime subsequentibus: sed quum deum nec viderimus nec satis intellexerimus, tamen eum informamus (*πλάττομεν*) immortale aliquod animal, quod animum atque corpus habent, ita tamen, ut haec utraque pars non ad breve tempus, sicut in homine ceterisque animantibus, sed in perpetuum concreta esse existimetur. Itaque hoc loco ambigitur, numen divinum recte ita informetur, ut ei corporis figura attribuatur: unde totum illud nomen *τοῦ ἀθανάτου ζῴου*, quo fortasse alii usi erant, in dubitationem vocatur. Ceterum de *οὐδ' ἐξ ἑνὸς* vid. ad Phaedon. p. 72. D. Sympos. p. 214. D. Rempubl. VI. p. 506. A.

D. *Τὴν δ' αἰτίαν — λάβωμεν*] De Republ. VII. p. 533. B. *ὃ ἔστιν ἕκαστον, οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μεθόδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν.* Legg. III. p. 676. C. de quo loco v. Boeckhius in Min. p. 155.

κεκοινώνηκε δέ πῃ μά-

κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου [ψυχή]. τὸ δὲ θεῖον καλόν, σοφόν, ἀγαθὸν καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ F.
αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται.

F. τοῦ θείου σῶμα.

λιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τ. θ.] *Τὰ περὶ τὸ σῶμα* sunt corporea, nota periphrasi. Iam si additur *ψυχή*, facile apparet ineptam exsistere sententiam, quandoquidem etiam *ψυχὴ* ad corporea referretur. Itaque Heindorfius Plutarchi usus auctoritate Quaest. Plat. p. 1004. C. = 265. ed. Hutten. istud *ψυχὴ* tanquam turpissimum glossema extrusit. Quo expulso sententiarum ordo hic est: Alae vis ita comparata est, ut gravia sursum evehat in ea loca, in quibus deorum genus habitat. Iam vero inter corporea ala maxime particeps est rerum divinarum. (Nam *τὸ πτέρωμα* est impetus ille, quo animus ad aliquid fertur et ad sublimia extollitur). Quidquid autem divinum est, id in pulcro, honesto, bono cernitur. Ex quo consequitur, ut animi ala illis maxime nutriatur et corroboretur. Schleiermacherus *ψυχῇ* putabat scribendum esse, quo restituto hunc esse sensum verborum: Auch theilt er vorzüglich der Seele mit von dem, was des göttlichen Leibes ist. Iunxit igitur primum *τοῦ θείου* cum *τὸ σῶμα*; deinde hoc ipsum non recte interpretatus est; denique *κεκοινώνηκε* pro verbo activo habuit. In quibus quantum erroris insit, nemo est quin videat. Nihilominus minime putamus temere reiiciendam esse viri acutissimi coniecturam, modo locus paullo aliter intelligatur. Constat enim *κοινωνεῖν τινί τινος* ita dici, ut sit: cum aliquo in alicuius rei communionem venire. vid. Matthiae Gr. §. 325 annot. 2. Itaque ala, quae est proprie res sub sensus subiecta, dicitur omnium rerum corporearum maxime una cum animo in rerum divinarum communionem pervenire. Quae sententia multo est dilucidior quam quae ex Heindorfi lectione prodit: quae quantis prematur difficultatibus, volumus iam copiose explicare. Quid quod ipsa argumentationis ratio eam, quam proposuimus, interpretationem postulare videtur. Nam quod antea dicitur *ἡ πτεροῦ δύναμις*, id non pertinet ad mentis alam, ut sibi persuaserat Heindorfius; sed omnino ac simpliciter alam quamcunque designat; alioquin enim *ἡ τοῦ πτεροῦ δύναμις*, adiecto articulo, requirebatur. Iam vide mihi argumentationis et simplicitatem et perspicuitatem, et non dubitabis, quin *ψυχῇ* legendum sit. Alae cuiusvis natura, inquit, ea est, ut gravia sursum evehat, ubi est sedes deorum immortalium. Ergo inter omnia, quae ad corpus pertinent, ea maxime una cum animo in rerum divinarum venit societatem. Divinum autem in pulcritudine, sapientia, honestate, et id genus aliis rebus cernitur. Un-

ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαι-
247 *μόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία*

E. *ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα*] V. *πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων*,

de consequens est, ut τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα iisdem nutriatur. Atque haec si probabiliter explicavimus, cur ψυχή, quod omnes codd. fuentur, non temere eiiciendum fuerit, satis certo constare arbitramur.

E. *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμών* —] Duodecim dii Iove duce singuli singulis praefecti agminibus e domo sua, quam Vesta interea servat, in coelum versus proficiscuntur. Et intra coeli quidem terminos (*ἐντὸς τοῦ οὐρανοῦ*) multa et beata sunt eorum spectacula, sequiturque agmina quicunque et vult et potest. Sed quum dii proficiscuntur ad epulas, quae supra coeli fornicem celebrantur iisque aeternum praebent pabulum (Plato idearum contemplationem haud dubie in mente habet), tum vero sub coelestem fornicem per acclive escendunt, ut iter fiat difficillimum. Et deorum quidem vehicula, quia servant aequilibrium ac facile frenis reguntur, nullo negotio in eum, in quem contendunt, locum perveniunt; cetera autem aegre eodem evehuntur, quia equus ille non expers pravitatis, si non satis domatus est, pro ingenio suo lubenter fertur deorsum. Iam vero immortales animi, qui deorum sunt, ubi ad summa pervenerunt cacumina, continuo superatis coeli huius mundani finibus in dorso eius consistunt. Hinc autem circa coelum aguntur, atque mente et ratione ea, quae extra coelum sunt, spectant et intuentur: quae quoniam in se vera sunt atque absoluta, etiam perfectam menti afferunt scientiam et cognitionem. Quocirca animi immortales illi intuentur ipsam iustitiam, temperantiam, sapientiam, in se absolutam et ab omni vicissitudinis inconstantia liberam atque immunem. Circumacti autem et rursus in pristinum locum reversi intra coeli terminos submergunt redeuntque domum, ubi equi ambrosia et nectare pascuntur. Hoc fere argumentum est totius loci, qui dehinc explicatur. Quod quidem diligenter contemplantibus nobis nunquam dubium est visum, quin Plato duos mundos, ut ita dicamus, distinxerit, alterum hunc inferiorem, qui sensibus est subiectus, quique coeli terminatur spatio, alterum *νοητόν*, in quo essent species rerum absolutae. Quod ne mireris eum hac in fabula fecisse, iam ante eum exstiterunt philosophi, qui *νοητὸν* fingerent mundum: quorum placita non potest dubitari quin adeo fuerint celebrata, ut eorum memoria hanc scriptionem legentibus facile in mentem venire potuerit. Inter eos autem, qui Platoni hac in re praeiverunt, praecipue Pythagorei et Empedocles commemorandi sunt. Nam Empedocles duos statuit mundos, unum *αἰσθητόν*, *νοητὸν* alterum, qui esset illius aeternum exemplar. v. Sturz. Emped. Agrig. p. 277 sq. 280 sq. Pythagorei autem, de quibus videndus Boeckhius Annal. Heidelberg. a. 1808. T. I. Fasc. I. p. 111 sqq. et De Philolai Vita et Placitis p. 94 sq. coelum, h. e. regionem

ἐν θεῶν οἴκῳ μόνῃ· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἣν ἕκαστος ἐτάχθη. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ μακάριαι θέαι τε καὶ διέξοδοι ἐντὸς οὐρανοῦ, ἃς

invitis codicibus.

a terra ad lunam usque pertinentem, mundum, atque Olympum, distinxerunt. Quorum omnium decretis Platonem hoc loco usum esse profecto nulla est causa cur praefracte negemus, praesertim quum eum noverimus etiam alias Pythagoreorum doctrinam subtilius excultam elaboratamque ad rem suam traduxisse. Neque enim existimandum est eum quae illi docuissent fideliter servavisse; nihil in iis immutavisse et suis opinionibus accommodavisse. Et haec quidem putamus esse eiusmodi, nulla ut amplius de iis obtinere queat controversia. Itaque ad aliam accedimus dubitationem. Ambigere enim licet, qualem philosophus *τοῦ ἀϊδίου οὐρανοῦ* terminum atque limitem informaverit. Mirum enim videri debet, quod dii daemonesque ex huius mundi finibus continuo emergunt in regiones, ut cum Tertulliano loquar, supermundiales, si quidem hic mundus aheneo tecto circumdatus et inclusus esse fingitur. Non defuerunt sane qui deos a Platone per foramen aliquod in superiores regiones emitti arbitrarentur. Sed primum istius foraminis nulla mentio iniicitur. Deinde vide quam mire et paene inepte ista fingerentur. Difficultates omnes feliciter sustulit Buttmanni ingenium. Hic enim remoto illo, quod temere statuerunt, coelo aheneo *νῶτον* illud liquidi aetheris extremitatem esse statuit. Quod explicatur Homerico illo, *εὐρέα νῶτα θαλάσσης*. Quaerica dii non per ostium aliquod ad spectanda ea, quae extra mundum sunt, exire putari debent, sed emergunt potius ex ipsa magni liquoris superficie ad lucidam rerum absolutarum veritatem. Veram esse hanc interpretationem testatur etiam locus Phaedonis nobilissimus p. 109. C., quem miror a Buttmanno esse neglectum. Ibi enim *τὰ ὑπὸ οὐρανῷ ὄντα* sunt, ubi pro terra aër, pro aëre autem aether fertur esse, ut facile appareat etiam totam rerum universitatem oculis subiectam tenuissima aliqua ac liquidissima materia terminatam informari. Restat, ut dicendum sit de rerum universitatis imagine, quam philosophus hoc loco adumbravit. Perspicuum est autem atque manifestum orbicularem fingi eius figuram, atque deos narrari sedem ac domicilium suum habere intra eius superficiem. Quod prorsus est accommodatum ad veterem illam de deorum in Olympo domiciliis opinionem. Coniunxit autem philosophus astronomica placita cum vulgaribus de diis opinionibus. Nam dii haud dubie sunt corpora coelestia, quae variis tramitibus in coelo vagantur. Qui quod numero sunt duodecim, meminisse debemus Athenienses duodecim *μεγάλους θεοὺς* coluisse. Ceterum mihi quidem minime videtur dubium, quod contendit Boeckhius, philosophum in his exornandis illustrandisque astronomica Philolai placita ob oculos habuisse. vid. Boeckh, Commentat. de Platonico systemate coelestium globorum etc. p. XXVII — XXXII. et Phi-

θεῶν γένος εὐδαιμόνων ἐπιστρέφεται, πράττων ἕκαστος αὐτῶν τὸ αὑτοῦ. ἕπεται δὲ ὁ ἀεὶ ἐθέλων τε καὶ δυνάμενος· φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται. B ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ὑπὸ τὴν οὐράνιον ἀψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤδη. τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα ἰσορρόπως εὐήνια ὄντα ῥᾳδίως πορεύεται, τὰ δὲ ἄλλα μόγις· βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ τὴν γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾧ ἢν μὴ καλῶς τεθραμμένος τῶν ἡνιόχων. ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι, ἡνίκ' ἂν πρὸς C ἄκρῳ γένωνται, ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ

P. 247. *ὁ ἀεὶ ἐθέλων*] V. *θέλων*, quod ex optimis libris mutatum. Dein vett. editt. *πρὸς δαῖτά τε καὶ ἐπὶ θοίνην*: sed *τε* om. Bodl. et non pauci alii. Ordinem verborum *θείου χοροῦ* item debemus libris optimis. Vulgo *χοροῦ θείου*.

B. *ὑπὸ τὴν οὐράνιον ἀψῖδα*] V. *ἐπὶ τὴν οὐρ. ἀψ.*, quod correctum e plurimis iisque optimis codicibus. Sed plurimi tamen, in iisque etiam Bodl., scribunt *ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον* vel *ὑπουρανίαν ἀψῖδα*, quod recepit Bekker. Nos cum Astio fecimus, quamquam *ὑπουράνιον* defendi potest. Deinde e Flor. *θ.* et Vind. 6. reposui *τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα*, Vulgo *οὖν* deest: in quo asyndeto haesit Heindorf. Nec placuit illud Schneidero, qui in Commentat. De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 11. legendum suasit *ἡ δὴ τὰ μὲν θεῶν ὀχ. κ. τ. λ.*

ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος] Vett. editt. *ἦν μὴ καλῶς ἢ τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων*. Ac primum quidem *ὑπὸ* in omnibus codd. desideratur, ut vel hanc ab causam delendum fuerit. Deinde *ᾧ μὴ* Bodl. cum plurimis codd. mss. et edit. Bas. 2; solus Ven. Ξ cum Ald. Bas. 1. Stephan. *ἦν μή*. Iam quum libri plu-

lolai pag. 94 sqq., a quo tamen Astius in Commentariis ad h. l. nonnihil dissensit, v. c. de sede deorum ab Vestâ observata, quam Astius terram coelestem Phaed. p. 108. B. esse voluit, quum Boeckhius eam veluti focum totius rerum universitatis esse statuit. Schleiermachero totus hic locus adeo obscurus visus est, ut eum putaret plane non posse ad iustam explicari perspicuitatem.

P. 247. *πράττων ἕκαστος*] Ita dicitur perinde ac si praecesserit *θεοὶ εὐδαίμονες ἐπιστρέφονται*. Deos de Platonis sententia invidia liberos satis illustrabit locus Tim. p. 29. D. Platonis hoc effatum quam multi celebraverint, disces a Wyttenbachio ad Eunap. p. 102.

B. *ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος*] si cui antea non erat bene educatus et instructus. Ferri non potest quod Bekker. edidit *ᾧ μὴ κ. ἦ*. Quod autem dedit Heindorf. *ᾧ ἂν μ. κ. ἦ*, id librorum destituitur testimoniis. Verum postrema editione Ast. assecutus est.

C. *περὶ ἀληθείας λέγοντα*] V. ad Criton. p. 49. A.

οὐρανοῦ νώτῳ, στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά, αἱ δὲ θεωροῦσι τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. Cap. XXVII. *τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. ἔχει δὲ ὧδε. τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα. ἡ γὰρ ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφὴς οὐσία ὄντως οὖσα ψυχῆς κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ· περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς* D *ἐπιστήμης γένος τοῦτον ἔχει τὸν τόπον. ἆρ' οὖν θεοῦ διάνοια νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ τρεφομένη, καὶ ἁπάσης ψυχῆς, ὅση ἂν μέλλῃ τὸ προσῆκον δέξασθαι, ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὂν ἀγαπᾷ τε καὶ θεωροῦσα*

rimi ᾗ tueantur, olim cum Bekkero ᾧ ἂν μὴ κ. edidimus. Sed ἂν ne unus quidem codex suppeditavit. Itaque nunc cum Astio e Par. NO et Monacc. scripsimus ἣν, quod in ἧι h. e. ᾗ facillime potuit mutari.

C. *στάσας δὲ αὐτὰς περ.*] V. *ἱστάσας*, quod correxit Heindorf. e Proclo Theol. Plat. p. 211.

μόνῳ θεατὴ νῷ] V. *μόνῳ θεατῇ νῷ χρῆται.* Sed *χρῆται* deest in Bodl. *A* GT et pr. H. Itaque cum Astio pro *θεατῇ* scripsimus *θεατή*, quod servarunt Clem. Al. Strom. V. p. 553. A. Damasc. de princip. p. 353. Kopp. Proclus in Alcibiad. I. p. 77. ed. Creuz Origen. c. Cels. VI. 19. et Pollux II. 56.

D. *ἀκηράτῳ τρεφομένη*] V. *στρεφομένη*, quod e Vindd. I. 3. 4. 7. a. Flor. h. Mon. aliis, emendatum est. Bodl. cum permultis aliis *ἀκήραιος*. Nonnulli *ἀκηράτως*, quod ostendit erroris origines.

ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι] V. *ὅσην*. Bodl. *ὅσηι*. *A*. *ὅσοι*. Cetere *ὅση*. Pro *μέλλῃ* cod. *A μέλῃ*. Aoristum *δέξασθαι* tuentur plerique omnes. Vulgo erat *δέξεσθαι*.

περὶ ἣν τὸ τῆς ἀλ. — ἔχει τὸν τόπον] Circa hanc *οὐσίαν* fingit etiam absolutam scientiam et cognitionem habitare. Quod cur ita iudicaverit, non est cur uberius disquiramus. Fallitur autem Heindorf. Platonem ratus nunc hoc dicere, ceteras ideas, ut *δικαιοσύνην*, *σωφροσύνην*, alias, circa hanc *τοῦ ὄντως ὄντος ἰδέαν* versari.

D. *ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι*] Ineptum videtur istud *μέλλῃ δέξασθαι*, quippe quod non alium praebeat sensum, nisi hunc: quaecunque susceptura est. Legendum utique *ὅσῃ ἂν μέλῃ*, cuicunque curae cordique sit. Quam scripturam veram esse vel librariorum errores testantur. Nam ex *ὅσῃ* natum est quod vulgo legebatur *ὅσην*, natum indidem *ὅσοι*, quod alii tenent. Clarkianus liquido *ὅσηι*. Pro *μέλλῃ* unus *A μέλῃ*, quod postquam fuit depravatum, totius loci scriptura turpiter vitiata est. Ne vero haereas in isto *ἁπάσης ψυχῆς*, *ἅπας* est unusquisque, de quo dictum est ad Phaedon. p. 108. B. Est tamen aliud quid, quod neminem non, totum locum vel mediocri animi attentione

τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ, ἕως ἂν κύκλῳ ἡ περιφορὰ εἰς ταὐτὸν περιενέγκῃ. ἐν δὲ τῇ περιόδῳ καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην, καθορᾷ δὲ σωφροσύνην, καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν,
E οὐδ' ᾗ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ ὅ ἐστιν ὂν ὄντως ἐπιστήμην οὖσαν· καὶ τἆλλα ὡσαύτως τὰ ὄντα ὄντως θεασαμένη καὶ ἐστιαθεῖσα, δῦσα πάλιν εἰς τὸ εἴσω τοῦ οὐρανοῦ, οἴκαδε ἦλθεν. ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ὁ ἡνίοχος πρὸς τὴν φάτνην τοὺς ἵππους στήσας παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε καὶ ἐπ' αὐτῇ νέκταρ ἐπότισε.
Cap. XXVIII. *Καὶ οὗτος μὲν θεῶν βίος. αἱ δὲ ἄλλαι*
248 *ψυχαί, ἡ μὲν ἄριστα θεῷ ἑπομένη καὶ εἰκασμένη ὑπε-*

καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην] V. *δικαιοσύνη, σωφροσύνη* et *ἐπιστήμη*. Accusativum cum Bodl. plurimi suppeditarunt.

οὐδ' ᾗ ἐστί που] Sic permulti libri pro eo quod Steph. habet *οὐδ' ᾗ*.

E. *τὰ ὄντα ὄντως*] Sic codd. fere omnes. Vulgo *τὰ ὄντως ὄντα*. conf. p. 249. C.

considerantem, vehementer offendere debeat. Nam vide mihi haec: *ἅτε οὖν θεοῦ διάνοια νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ τρεφομένη — θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ*. Nimirum mens divina intelligentia et scientia nutrita iam denuo dicitur veritatis contemplatione nutriri. Quod perabsurdum videri possit, siquidem in altera orationis parte idem enuntiatur, quod continetur priore. At enim vero non nimis hoc urgendum. Quum enim scriptor nonnisi verba *ἀγαπᾷ τε καὶ εὐπαθεῖ* ponere debuerit, per abundantiam quandam denuo *τρέφεται* interposuit. Illud *ἅτε* vero, nisi cum Heindorfii amico in *ᾗ τε* mutare velis, necessario referendum est ad *τρεφομένη*, hoc sensu: quum igitur mens divina ratione et scientia sincera nutriatur; quanquam fateor hoc mihi propter verborum collocationem duriusculum videri. — *διὰ χρόνου*, per aliquod intervallum.

καὐτὴν δικαιοσύνην] Stephanum mireris articulo interposito scribi voluisse *αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην*: multo magis etiam mireris Heindorfium *αὖ τὴν δικ.* coniectantem. Nimirum quum intelligatur iustitia, temperantia, sapientia, per se absoluta, articulus recte omitti potuit. Phileb. p. 62. A. *Ἴσως δή τις ἡμῖν φρονῶν αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, ὅ τι ἐστιν.* Theaet. p. 175. C. *εἰς σκέψιν αὐτῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας.* Parmenid. p. 133. D. *αὐτὴ δεσποτεία αὐτῆς δουλείας.* P. 134. B. *αὐτῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχομεν.* P. 133. D *οὐκ αὐτοῦ δεσπότου δήπου, ὅ ἐστι δεσπότης, ἐκείνου δοῦλός ἐστιν.* Ibid. *οὐδὲ αὐτοῦ δούλου δεσπότης ὁ δεσπότης.* Et sic saepius in Parmenide *αὐτὸ μέγεθος, αὐτῆς σμικρότητος*, κ. τ. λ.

ῥῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλήν, καὶ συμπεριηνέχθη τὴν περιφοράν, θορυβουμένη ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ μόγις καθορῶσα τὰ ὄντα· ἡ δὲ τοτὲ μὲν ἦρε, τοτὲ δὲ ἔδυ, βιαζομένων δὲ τῶν ἵππων τὰ μὲν εἶδε, τὰ δ' οὔ. αἱ δὲ δὴ ἄλλαι γλιχόμεναι μὲν ἅπασαι τοῦ ἄνω ἕπονται, ἀδυνατοῦσαι δὲ ὑποβρύχιαι ξυμπεριφέρονται, πατοῦσαι ἀλλήλας καὶ ἐπιβάλλουσαι, ἕτερα πρὸ τῆς ἑτέρας πειρωμένη γενέσθαι. θόρυβος B οὖν καὶ ἅμιλλα καὶ ἱδρὼς ἔσχατος γίγνεται. οὗ δὴ κακίᾳ ἡνιόχων πολλαὶ μὲν χωλεύονται, πολλαὶ δὲ πολλὰ πτερὰ θραύονται· πᾶσαι δὲ πολὺν ἔχουσαι πόνον ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θέας ἀπέρχονται, καὶ ἀπελθοῦσαι τροφῇ δοξαστῇ χρῶνται. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολ-

P. 248. ἄριστα θεῷ ἑπομένη] Vulgatum θεῶν correctum ex codd. praeter unum omnibus.

τοτὲ δὲ ἔδυ] V. τοτὲ δὲ καὶ ἔδυ, quod paucissimi habent.

πατοῦσαι ἀλλήλας] V. perperam ἀλλήλαις, praeter fidem codicum fere omnium.

οὐχ ἧ γένεσις—καλοῦμεν] Nam quae sub sensus subiecta sunt, ea oriuntur, mutantur, pro varia, qua cum aliis rebus continentur, necessitudine, alia atque alia evadunt, denique sicuti originem habuere, ita etiam occidunt et intereunt. Longe aliter habent quae in re sunt absoluta atque aeterna. conf. Sympos. p. 210. E. sqq.

P. 248. αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαί —] Qui animi utuntur effreno et contumaci equo, hoc est sensibus et cupiditatibus indulgent, ii consistere in coeli dorso nequeunt neque tranquille intueri extra mundum collocatas rerum puras notiones: itaque decidunt in terram et mortales nascuntur homines. Horum autem pro cognitionis rerum coelestium diversitate novem constituuntur classes, quas descripsit Plato infra. D.

ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον —] Itaque illae uno capite emergunt, ut clarissime appareat coeli superficiem fingi aetheream, non aheneam. Vult autem hoc significare, ratione et intellectu, non τῷ θυμικῷ aut τῷ ἐπιθυμητικῷ percipi rerum coelestium cognitionem.

τοτὲ μὲν ἦρε] h. e. ὑπερῆρε τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλὴν εἰς τὸν ἔξω τόπον. Quod non repetitum est ὑπερῆρεν, eius rei causam disces ex annot. ad Phaedon. p. 59. B.

ὑποβρύχιαι ξυμπεριφέρονται] h. e. sub coeli superficiem submersae, ut ne aurigae quidem caput promineat, h. e. intellectu et ratione nihil percipiatur.

B. πολλαὶ μὲν χωλεύονται] Χωλός, quod vulgo claudum interpretantur, significat eum, qui aliquo corporis membro debilitatus est. Hinc expendatur loci elegantia. v. Reipubl. VII. p. 535. D.

ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος

λὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὖ ἐστιν, ἥ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖ
C λειμῶνος τυγχάνει οὖσα, ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις, ᾧ ψυχὴ κουφίζεται, τούτῳ τρέφεται, θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν, μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, ἀεὶ ἀβλαβῆ εἶναι· ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήθης τε καὶ

B. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπ.] V. οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ π. σπ., quod ex codd. correctum. Mox vett. editt. ἐκ τοῦ ἐκεῖσε λειμῶνος, quod habet vix unus alterve liber manuscriptus.

Θέας ἀπ.] Imago petita est a mysteriorum spectatione, ut infra p. 249. C. et p. 250. B. Conf. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 23. Creuzer. ad Plotin. de pulcr. CVII. CXI. et Wyttenbach ad Phaedon. p. 134 sqq.

οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ] Ἡ πολλὴ σπουδὴ nunc est magnum illud, de quo dixi, studium. Nam ita capiendus articulus est. Phaedon. p. 58. C. *διὰ ταῦτα καὶ ὁ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ*, quanquam ibi optimi codd. omittunt articulum. Ibid p. 88. A. *ἐν ταῖς πολλαῖς γενέσεσιν.* Infra p. 270. A. *τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο.* Demosthen. De Coron. p. 278. *τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν*; h. e. multa ista. vid. Matth. Gr. §. 267. coll. 266. Praeterea observabis breviloquentiam huius enuntiati. Nam quum in apodosi inferri deberet: *τοῦτό ἐστι, ὅτι ἥ τε δὴ προσήκουσα ψ. κ. τ. λ.*, omissa ea parte, in qua esse oportebat demonstrativum, statim res ipsa indicatur. Quae quidem loquendi forma utriusque linguae scriptoribus satis est usitata. Aristoph. Ranu. v. 108. *ἀλλ' ὥσπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων ἦλθον κατὰ σὴν μίμησιν, ἵνα μοι τοὺς ξένους τοὺς σοὺς φράσειας*, ubi ante *ἵνα* — *φράσειας* intell. *τοῦτ' ἦν.* Ex oratoribus collegit exempla Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 372. alia suppeditabit Matth. Gr. §. 482. p. 806 sq. — Mox *ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ* est praestantissimae animi parti, h. e. menti et rationi. V. ad Resp. VI. p. 507. C. coll. 490. B. — *ἐκ τοῦ ἐκεῖ λειμῶνος*, est enim campus aeternae veritatis, qua animi pascuntur, supra coelum: quem quantopere celebraverint scriptores posterioris aetatis, docte demonstravit Ast. Commentar. in Plat. p. 421. Opp. T. XII.

C. *ἥ τε τοῦ πτεροῦ φύσις*] Quae de usu vocabuli *φύσις* ad Sympos. p. 76. et ad Phaedon. p. 96. scripsimus, elegantissimae illud inservire periphrasi, tenendum est illam ipsam elegantiam in eo positam esse, quod *φύσις* non redundat, sed indicat id, quod per se et natura sua hoc vel illo modo comparatum est. Ita hoc loco *ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις* est penna vel ala natura sua ita comparata, ut p. 246. E. 251. B. al. Vix haec monuissem, nisi Astium viderem in illa annotatione nostra aliquid desiderasse.

κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ, βαρυνθεῖσα δὲ πτερορ-
ρυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, τότε νόμος ταύτην
μὴ φυτεῦσαι εἰς μηδεμίαν θηρείαν φύσιν ἐν τῇ πρώ- D
τῃ γενέσει, ἀλλὰ τὴν μὲν πλεῖστα ἰδοῦσαν εἰς γονὴν ἀν-
δρὸς γενησομένου φιλοσόφου ἢ φιλοκάλου ἢ μουσι-
κοῦ τινος καὶ ἐρωτικοῦ, τὴν δὲ δευτέραν εἰς βασι-
λέως ἐννόμου ἢ πολεμικοῦ καὶ ἀρχικοῦ, τρίτην εἰς
πολιτικοῦ ἤ τινος οἰκονομικοῦ ἢ χρηματιστικοῦ, τε-
τάρτην εἰς φιλοπόνου γυμναστικοῦ ἢ περὶ σώματος

D. *θηρείαν φύσιν*] Vulgatum *θήρειον* e Bodl. aliisque libris bonae notae mutatum est.

C. *θεσμός τε Ἀδραστείας δδε*] h. e. necessitatis aeternae et inevitabilis: de qua v. Mitscherlich. ad Horat. Carm. III. 24, 6. In Reipubl. libr. X. p. 762. E. ei ἡλακάτη τε καὶ τὸ ἄγκιστρον ἐξ ἀδάμαντος tribuitur.

καί τινι συντυχίᾳ — βαρυνθῇ] Haec adduntur ad interpretanda praecedentia, *ὅταν ἀδυναιήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ*. Quocirca *καὶ* explicare licet id est, hoc est.

εἰς μ. θηρείαν φύσιν] Quanquam *θήρειον* per se non contemnendum esse docebit Buttmann. Gr. max. §. 603., tamen ob codd. auctoritatem *θηρείαν* reponendum duximus. Idem censuit Bekker.

D. *ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει*] in prima generatione, quum animus in terram delapsus primum terreno corpore includitur. Manifestum est enim varios a Platone statui cursus et migrationes animorum. Similiter res explicatur De Republ. libr. X. p. 614. spp.

ἢ φιλοκάλου ἢ μουσικοῦ τινος ἢ ἐρωτικοῦ] Nam hi omnes cum vero philosopho tanta continentur cognatione et necessitudine, ut sint iidem propemodum. Quippe verus amor versatur in diligendis expetendisque rebus divinis, pertinetque ad id, quod natura sua verum, bonum, honestumque est. Quocirca philosophus germanus est item *φιλόκαλος* et *ἐρωτικός*. Reip. VI. p. 490. A. B. *ἀρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἅπτεσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι ἑκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἑκάστου τῆς φύσεως ἅψασθαι κ. τ. λ.* Sed legendus est hac de re divinus ille locus Symposii p. 206. B. sqq. Institutionem autem et eruditionem hominis, quae per philosophiam efficitur, a Platone constat ad *μουσικὴν* esse relatam; unde ipsa philosophia audit *ἡ μεγίστη μουσική*, Phaedon. p. 61. A. Cui quidem quum id maxime debeat esse propositum, ut animum evehat ad sublimem illum rerum divinarum amorem, non potest cuiquam dubium videri, cur nunc *ὁ μουσικὸς* una cum *τῷ ἐρωτικῷ* commemoretur Quippe *δεῖ τελευτᾶν τὰ μουσικὰ εἰς τὰ τοῦ καλοῦ ἐρωτικά*, ut est Reip. III. p. 403. C. Quod qua ratione efficiatur, praeclare exponitur Sympos. p. 209 A. — 212. A.

ἰάσίν τινα ἐσομένου, πέμπτην μαντικὸν βίον ἢ τινα
E τελεστικὸν ἔξουσαν· ἕκτῃ ποιητικὸς ἢ τῶν περὶ μίμησίν τις ἄλλος ἀρμόσει, ἑβδόμῃ δημιουργικὸς ἢ γεωργικός, ὀγδόῃ σοφιστικὸς ἢ δημοκοπικός, ἐννάτῃ τυραννικός. ἐν δὲ τούτοις ἅπασιν ὃς μὲν ἂν δικαίως διαγάγῃ, ἀμείνονος μοίρας μεταλαμβάνει, ὃς δ' ἂν ἀδίκως, χείρονος. Cap. XXIX. Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό, ὅθεν ἧκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων· οὐ γὰρ
249 πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι

E. ἕκτῃ ποιητικὸς κ. τ. λ.] Vulgo scribebatur: ἕκτην, ποιητικόν· ἑβδόμῃ γεωμετρικὸς, ἢ δημιουργικός· ὀγδόῃ σοφιστικός — ἐννάτῃ τυραννικός. Sequuti sumus cum Bekkero et Astio cod. Bodlei. plurimorum librorum scripturam. Quippe soli Par. EF cum Ald. Bas. 1. Stephan. habent: ἕκτην, ποιητικόν· ἑβδόμῃ, γεωμετρικός. Dein δημιουργικὸς ἢ γεωργικὸς Bodl. et reliqui cum Bas. 2. pro γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός, quod est in Ald. Bas. 1.

πέμπτην μαντικὸν βίον — ἔξουσαν] Vates ac sacerdotes cur in quintum detruserit ordinem, qui Platonis de his rebus iudicium cognoverint minime ambigent. Quippe οἱ Θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοὶ οὐ σοφίᾳ, ἀλλὰ φύσει τινὶ ἐνθουσιάζουσιν. Apolog. p. 22. C. Menon. p. 99. C. Poëtas autem quod etiam infra illas collocavit, eius rei rationem ipse satis aperuit verbis: ἢ τῶν περὶ μίμησίν τις ἄλλος. Quippe poësin Plato censuit contineri imitandi quadam solertia, e furore magis quam mente oriunda: unde eam iudicavit nihil prorsus valere ad veritatis atque honestatis rationem recte percipiendam. v. libr. III. et X. de Republ. inprimis p. 598. C. D. E. coll. Legg. II. p. 668. C. IV. p. 719. C.

E. ἑβδόμῃ δημιουργικὸς ἢ γεωργικός] Richterus De Ideis Platonis p. 19. quum δημιουργικὸν explicavisset artificem, sibique persuasisset de variis scientiae gradibus sermonem agitari, retinendum censuit quod vulgo legebatur, γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός. At primum δημιουργικὸν non artificem, sed opificem significat; deinde vix assequaris, cur geometrae, quem philosophus sane magno in honore habuit, v. de Republ. VI. p. 510. C. sqq., tam humilis locus attribuatur; denique non de una scientia agitur, sed illud potius declaratur, quomodo animi a summo sapientiae fastigio paullatim descendant ad imam vitae humanae pravitatem et turpitudinem, quae in vita tyranni est conspicua. Tyranni ingenium et mores Plato vividis coloribus depinxit Reipubl. VIII. p. 562. A. sqq. Ab hoc autem turpitudine proxime abest ὁ σοφιστικὸς ἢ δημοτικὸς βίος. Nam sophistae pariter atque populares (δημαγωγοὶ) plebis auram captant eiusque cupiditatibus turpiter adulantur: de qua re vide Praefat. ad Gorgiam

τριχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. αἱ δὲ ἄλλαι, ὅταν τὸν πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον. κριθεῖσαι δὲ αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι δίκην ἐκτίνουσιν, αἱ δ' εἰς τοὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου B *εἴδει ἐβίωσαν βίου. τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη. ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, καὶ ἐκ θηρίου ὅς ποτε ἄνθρωπος ἦν πάλιν εἰς ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ἥ γε μή ποτε ἰδοῦσα τὴν ἀλήθειαν εἰς τόδε ἥξει τὸ σχῆμα. δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λε-*

Steph. et cod. Par. E. Pro *δημοκοπικός*, de quo v. Dorvill. ad Chariton. p. 58., Bodl. et multi alii praebuerunt *δημοτικός*. Mox *διαγάγῃ* pro vulg. *διάγῃ* item debetur codd. fere omnibus. Idem dictum esto de *ἐννάτῃ*, pro quo Steph. *ἑνάτῃ*.

οὐκ ἀφικνεῖται] V. *οὐ καθικνεῖται*, quod habent paucissimi libri.

p. 19 sqq.

οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων] Etiam libro X de Republ. p. 614. A. sqq. animorum migrationes similiter describuntur, quanquam non commemorantur decem annorum millia. Ante *ψυχὴ ἑκάστη* in libro Stephani et ap. Euseb. Praep. Ev. XIII. 14. articulus abest, non improbante Heindorfio, quanquam is nec vulgatam lectionem aspernatur. Sed quem comparavit locum Apolog. Socrat. p. 39. A. *ἐν ἑκάστοις τοῖς κινδύνοις*, is alius est generis, propterea quod nomen cum articulo est postpositum. Rectius talia contendas: De Rep. I. p. 339. C. *ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις*. Cratyl. p. 389. C. *εἰς τὸ ἔργον ἕκαστον*. Thucyd. VI. 63. *κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην*.

P. 249. *ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας*] Haec quid sibi velint, optime perspicias e Gorg. p. 482. A., ubi Socrates philosophiam *τὰ ἑαυτοῦ παιδικὰ* appellat. Dein *αὖται*, pluralis post singularem, infertur, ut p. 231. A., ubi v. annot. Quippe intelliguntur animi philosophorum, quibus philosophus arbitratur hoc contingere, ut confecto tertio mille annorum circuitu, si ter deinceps eandem elegerint vitam, in pristinam sedem suam revertantur ibique fruantur deorum consuetudine ac beatitate.

κρίσεως ἔτυχον] Iudicium de animabus habendum magnifice describitur De Rep. X. p. 614. B. sqq. Gorg. p. 523. A. sqq. Phaedon. p. 107. D. sqq., quos locos contulisse non iniucundum erit. Mox *ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι* recte interpretatur Ficinus: aliae in coeli quendam locum per iudicium elevatae.

B. *εἰς τόδε ἥξει τὸ σχῆμα*] Videlicet *τὸ τοῦ ἀνθρώπου*. Et causam quidem, cur is tantum animus, qui conspexerit aliquando aeternam verita-

γόμενον, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ
C ξυναιρούμενον. τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἅ
ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχὴ συμπορευθεῖσα θεῷ καὶ ὑπε-
ριδοῦσα ἃ νῦν εἶναί φαμεν, καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ
ὂν ὄντως. διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φι-
λοσόφου διάνοια· πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεί ἐστι μνήμῃ
κατὰ δύναμιν, πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεῖός ἐστι.
τοῖς δὲ δὴ τοιούτοις ἀνὴρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώ-

P. 249. C. *εἰς τὸ ὂν ὄντως*] V. *εἰς τὸ ὄντως ὄν*, invitis optimis codicibus atque longe plurimis. conf. p. 247. E.

πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεῖός ἐστι] Quattuor lectiones memorat Hermias ad h. l. *Τέσσαρες*, inquit, *φέρονται γραφαί· ἢ πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεός ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖος ἐστιν, ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου, πρὸς οἷσπερ ὁ θεὸς ὢν θεός ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖός ἐστιν.* Articulum ὁ vulgo ante *θεὸς* interpositum om. Bodl. Flor. g. h.

tatem, in humanum corpus migrare queat, proximis verbis declarat, *δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κ. τ. λ.*, quorum haec est sententia: oportet enim hominem intelligere veritatem secundum id quod speciem appellamus, quodque e multis prodit sensuum perceptionibus et cogitatione in unum comprehenditur, h. e. secundum ideas, quarum cognitionem homines de sententia Platonis hauriunt in vita olim cum diis acta. Quae qui diligenter perpenderint, eos speramus neutiquam accessuros esse Heindorfii sententiae, qui post *ξυνιέναι* articulum *τὸ* desideravit. Nec quod idem voluit *ξυναιρουμένων* scriptum, ullo modo videtur necessarium, licet Schleiermacherum Astiumque ea in re assentientes habuerit. Participiorum concursum iam antea tetigimus, ut non opus sit nostram de hoc loco sententiam copiosius explicare.

C. *τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις*] Ne putes *αὕτη* fuisse scribendum, p. 245. D. *τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως.* Reip. I. p. 344 A. *ἔστι δὲ τοῦτο τυραννίς*, ubi v. annot. Gorg. p. 504. D. *ταῦτα δ' ἐστὶ δικαιοσύνη.* Phaedon. p. 73. D. *τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις.* Apol. Socr. p. 29. A. *καίτοι τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστίν.* Videlicet *τοῦτο* est *τὸ ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον κ. τ. λ.* Conf. Schaefer. ad Demosthen. Appar. T. V. p. 289.

πρὸς γὰρ ἐκείνοις — θεῖός ἐστι] Dictionem *πρός τινι εἶναι* vel *γίγνεσθαι*, in aliqua re esse defixum, totum in aliqua re esse, illustravimus ad Remp. VIII. p. 567. A. Adde quae collegit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 223. Mox ante *θεὸς* cum Astio codicibus obtemperavimus articulum omittentibus. Sic P. 248. A. *ἡ μὲν ἀρίστη θεῷ ἑπομένη.* Ibid. C. *ψυχὴ θεῷ ξυνοπαδός.* P. 249. C. *συμπορευθεῖσα θεῷ.*

D. *νουθετεῖται — ὡς παρακινῶν*] Vulgaris haec fuit philosophorum reprehensio, quam Plato tetigit etiam De Republ. VII. p. 487. VII. p. 517. D. pulcherrime exornavit Gorg. p. 481. C sqq. — *παρακινεῖν*, vesanum esse, commotae mentis esse, delirare, ut De Republ. VII. p. 540. A. Aristoph. Ran. 658. v. Schaefer. ad Sophocl. Aiac. p. 227.

μενος, τελέους ἀεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλεος ὄντως μόνος γίγνεται. ἐξιστάμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σπου- D
δασμάτων καὶ πρὸς τῷ θείῳ γιγνόμενος νουθετεῖται μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλούς.

Cap. XXX. *Ἔστι δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, πτερῶ-*

alii. Dativum *μνήμῃ* pro *μνήμη* iam Hermias et Lambin. ad Horat. T. II. p. 253. A. legerunt: reposuerunt nuper Heindorfius, Astius, Bekker.

D. *ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κ. —*] *ἣν* pro vulg. *ἵν'* codd. omnes. Dein vett. editi. *ἀναπτερῶται.* Sed *πτερῶται* cum Bodl. optimi. Praeterea vulgo *προθυμῆται*, quod unus Ξ cum vett. editt. habet.

Ast. ad h. l. Hermann. ad Lucian. de Hist. Conscr. p. 278. *Ἔστι δὴ οὖν δεῦρο —*] Reversurus orator ad illa, quae supra de variis animi concitationis generibus exposuit, utitur particulis *δὴ οὖν*, quarum vim ita licebit declarare, ut hanc dicamus esse sententiarum consecutionem: Iam vero ut revertamur unde deflexit oratio, incidimus nunc ipsum in quartum furoris genus, de quo explicandum erit. Quippe illustratis tribus furoris generibus, in divinatione, scelerum expiatione cum initiationibus mysticis, atque instinctu poëtico conspicuis, coeperat demonstrare animos esse immortales et in vita olim cum diis acta res coelestes spectavisse. Iam quum sermo veluti sponte ad prius argumentum delatus videatur, quartum furoris genus instituit illustrare, quod positum est in amore, quodque vult esse omnium longe praestantissimum. *ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν — ἐραστὴς καλεῖται*] Ita totum hunc locum e codd mss. praeeunte Bekkero emendavimus. Primaria enuntiati pars haec est: *Ἔστι δὴ οὖν ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ὡς ἄρα αὖτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη — καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται.* Verum istis, verborum praecedentium habita ratione, interserta sunt haec: *ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις κάλλος — διακείμενος*: quorum structura est paullo intricatior. Patet autem, sic ut dudum monuimus, haec obtinere locum praecipuum: *ἣν — αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος.* Quippe *ἣν*, videlicet *μανίαν*, est accusativus absolutus, cohaerens ille cum *αἰτίαν ἔχει*. Poterat etiam dici *καθ' ἣν αἰτίαν ἔχει*, quanquam vehementer deprecamur, ne quis nobis *κατὰ* in talibus supplendum videri dictitet, quod nuper convicium iuxta cum aliis id genus criminibus impurati oris homo in nos coniicere non erubuit. Reliqua sunt verba haec: *ὅταν τὸ τῇδε — ἀμελῶν*, in quibus levem quandam agnoscimus anacoluthiam. Quum enim haec omnia aut per participia possent enuntiari, aut efferri sic, ut *ὅταν* cum modo coniunctivo poneretur; scriptor utramque miscuit constructionem, et quum ab *ὅταν* sequente coniunctivo orationem orsus esset,

ταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν
E κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται, καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται. καθάπερ γὰρ εἴρηται, πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα,
250 ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον, ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ, οὔθ' ὅσαι βραχέως εἶδον τότε τἀκεῖ, οὔθ' αἳ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν, ὥστε ὑπό τινων ὁμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμεναι λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν. ὀλίγαι δὴ λείπονται, αἷς τὸ τῆς μνήμης ἱκανῶς πάρεστιν. αὗται δὲ ὅταν

P. 250. A. ὥστε ὑπό τ. ὁμ. — ἔχειν] V. οὔτε ὑπὸ τι — ἔσχον, quod ex codd. et longe plurimis et optimis est emendatum. ὅταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμ.] V. ὁπόταν, invitis codd. paene omnibus.

deinde memor iam eorum quae subiicere volebat, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, ad participiorum usum transiit. Quod quo clarius intelligatur quale sit, memineris orationem e vulgari loquendi consuetudine sic fere fuisse conformandam: ὅταν — πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμῆται ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δὲ ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω τῶν κάτω ἀμελῇ. In eandem fere interpretationem devenit Astius, quem tamen vehementer mirati sumus in Commentariis T. X. p. 438. post participia ista ᾖ suppleri posse iudicavisse, quod nullo pacto fieri licere contendimus. Aliter de toto hoc loco statuit Car. Schneiderus De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 2—6, cuius sententiam referre longum est. Ceterum similem locum tractavimus De Republ. IV. p. 440. C. conf. Matthiae Gr. §. 556. annot. 2. Reliquum est, ut de singulis dicendum sit. Et primum quidem τὸ τῇδε κάλλος dictum est δεικτικῶς de pulcro sub sensus subiecto. Nos dicimus: die Schönheit *hier*, in der Sinnenwelt. Ita ταῦτα et τάδε saepe apud Platonem usurpatum reperitur. Mox p. 250. A. ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα. Ibid. B. ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν. Menon. p. 81. C. τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ᾅδου. Phileb. p. 58. E. αἱ πολλαὶ τέχναι καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πέπονηνται, ubi vid. annot. Dein istud ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, avis instar sursum spectans, quo stultitiae importunitas depingitur, Comicus saepius adhibuit, ut Avv. v. 50. 169. 264. 308. al., ut proverbii locum obtinuisse videatur. Vide quae alia collegit Iacobsius ad Achillem Tat. p. 847. Porro αἰτίαν ἔχειν omnino est argui, existimari, putari, de quo formulae usu dictum est ad Reip. IV. p. 435. E. Denique observetur usus voculae ἄρα in verbis ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τ. ἐνθ., qui post longiorem orationis intercapedi-

τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν, ἐκπλήττονται καὶ οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται, ὃ δ' ἔστι τὸ πάθος ἀγνοοῦσι διὰ τὸ μὴ ἱκανῶς διαισθάνεσθαι. δικαιοσύνης μὲν οὖν καὶ B
σωφροσύνης, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια ψυχαῖς, οὐκ ἔνεστι φέγγος οὐδὲν ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν, ἀλλὰ δι' ἀμυδρῶν ὀργάνων μόγις αὐτῶν καὶ ὀλίγοι ἐπὶ τὰς εἰκόνας ἰόντες θεῶνται τὸ τοῦ εἰκασθέντος γένος. κάλλος δὲ τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν, ἑπόμενοι μὲτὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τῶν τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην, ἣν C
ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες καὶ ἀπαθεῖς κακῶν, ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑπέμενεν, ὁλόκληρα δὲ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μυού-

B. τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν] Bekkerus invitis libris cum vett. editt. dedit: τότε τε ἦν ἰδεῖν.

τῶν τελετῶν] Articulus e libris permultis iisque optimis nuper accessit. Mox vulgo ὀργιάζομεν. Recte Ven. Σ Vind. 1. 3. 4. 6. 7.

nem saepe locum obtinet.

E. φύσει τεθέαται] h. e. quia eius natura ita fert. Deinceps ἥ est alioquin, quem usum fetigimus ad Reip. V. p. 463. D. illustravit etiam Boissonad. ad Philostrati Her. p. 346.

P. 250. οὐθ' ὅσαι —] h. e. οὔτε ταύταις, ὅσαι. — Cum toto hoc loco compares Plutarchum T. II. p. 745. D. E. fabulam de sirenibus ad mentem Platonis explicantem.

ὅταν τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν] Nam res adspectabiles ad idearum similitudinem efformatae et expressae sunt. — οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται, non iam sui compotes manent. Graeci dicunt εἰς αὑτὸν ἐλθεῖν et ἑαυτοῦ γενέσθαι, cuius contrarium erat ἐκστῆναι ἑαυτοῦ, v. quae congesserunt Abresch. Animadv. in Aeschyl. p. 173. Gataker. Oper. p. 739. ad Antonin. VI. §. 35. intpp. ad Sophocl. Oed. Col. v. 651. Valcken. Opuscul. T. II. p. 291 sq.

B. κάλλος δὲ τότ' ἦν —] V. ad p. 248. B. collatis iis, quae scripsimus ad Phaedon. p. 69. C. Sympos. p. 209. E, unde disces Platoni huius imaginis usum admodum esse frequentatum. Praeterea audias Lobeckium Aglaopham. T. I. p. 34 sqq. et p. 128. Dictionem ἔπεσθαι μετά τινος Ast. et Heindorf ad h. l. exemplis illustrarunt.

C. ἦν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι —] Ὀργιάζειν, quod proprie est orgia celebrare, hoc loco ad mysteria translatum. v. Iacobs ad Philostrat. Imagg. p. 325. — ὁλόκληροι, integri ac puri, quales fas erat esse eos, qui se mysteriis initiari vellent.

ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ] Recte Ast. ἀτρεμῆ interpretatur placida s. constantia. Non opus est coniectura Sylburgi ad Clement. Alexandr. Strom. V. p. 614. B, qui ἀτρεκῆ, vera, legen-

μενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες ἐν αὐγῇ καθαρᾷ, καθαροὶ ὄντες καὶ ἀσήμαντοι τούτου, ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι. Cap. XXXI. *Ταῦτα μὲν οὖν μνήμῃ κεχαρίσθω, δι' ἣν πόθῳ τῶν τότε νῦν μακρότερα εἴρηται. περὶ δὲ κάλ-*
D *λους, ὥσπερ εἴπομεν, μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν, δεῦρό τε ἐλθόντες κατειλήφαμεν αὐτὸ διὰ τῆς ἐναργεστάτης αἰσθήσεως τῶν ἡμετέρων στίλβον ἐναργέστατα. ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναρ-*

C. *ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες*] V. *ὃ δὴ νῦν*, invitis codd. optimis.

D. *μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν*] Sic Bodl. *ΓΔΑΣΦG* Vind. 1. 3. 6. Florr. b. g. *θ.* alii, pro vulg. *ἰόν.*

dum putabat. Mox *φάσματα* qualia informanda sint, praeclare disputavit Lobeck. l. c. p. 57 sqq., qui deorum quorundam simulacra et symbola initiatis ad intuendum proposita esse certissimis argumentis demonstravit. Verbis autem *μυούμενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες* quod Heindorf. cum Valcken. ad Hippolyt. v. 25. respici arbitratur ad morem quendam, quo mystae nonnisi post quinquennium ad interiorem sacrorum spectationem admissi fuerint, totum hoc de quinquennio isto commentum nuper confutavit idem Lobeck. l. c. p. 33 sqq.

καὶ ἀσήμαντοι] „nec signati hoc, quod nunc circumferentes corpus vocamus. Voce *ἀσήμαντοι* significatur *σῶμα*, tanquam *σῆμα*, h. e. sepulcrum animi, ex Orphicorum sententia. vid. Gorg. p. 493. A. Cratyl. p. 400. B." *Astius.* Cum proximis contendas Phileb. p. 21. C. *ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πνεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρέων ἔμψυχά ἐστι σώ-*

μάτων, ubi de scriptura vocis *ὄστρεον* satis exposuimus, de qua v. etiam Heindorf. ad Cratyl. p. 424. D. Ceterum corpus de Platonis sententia esse animi vinculum atque carcerem, nemo est qui ignoret. v. Phaedon. p. 62. B. sqq. et quae disputavit Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 135. al.

περὶ δὲ κάλλους] absolute dicitur, ut Lat. de pulcritudine autem, h. e. quod autem attinet ad pulcritudinem Cuius usus exempla quoniam Heindorf. desideravit, ad ea, quae olim dedi, nunc accedant haec: Infra p. 270. C. p. 274. B. De Rep. VII. p. 538. E. Tim. p. 20. A. Menon. p. 90. B. Theaet. p. 179. E. Similiter *εἰς* usurpatur, de quo Heindorf. ad Lysid. §. 16. exposuit.

D. *μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν*] Recte hoc nuper Ast. e nonnullis codd., inter quos est Clarkianus s. Bodleianus, restituendum censuit. Nam quod vulgo editum est *ἰόν*, id sicuti omnino non cadit in idearum constantiam, ita etiam ab aeterna pulcritudinis specie alienum

γὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν, καὶ τἆλλα ὅσα ἐραστά. νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν, ὥςτ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον. ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς ἢ διεφθαρμένος οὐκ ὀξέως ἐνθένδε E
ἐκεῖσε φέρεται πρὸς αὐτὸ τὸ κάλλος, θεώμενος αὐτοῦ τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν. ὥςτ' οὐ σέβεται προςορῶν, ἀλλ' ἡδονῇ παραδοὺς τετράποδος νόμον βαίνειν ἐπιχειρεῖ καὶ παιδοσπορεῖν, καὶ ὕβρει προςομιλῶν οὐ δέδοικεν 251
οὐδ' αἰσχύνεται παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκων. ὁ δὲ ἀρτιτελής, ὁ τῶν τότε πολυθεάμων, ὅταν θεοειδὲς πρόςωπον ἴδῃ κάλλος εὖ μεμιμημένον, ἤ τινα σώματος

καὶ τἆλλα ὅσα ἐραστά] Buttm. coni. οἷον καὶ τἆλλα, probante Heindorfio.

E. τετράποδος νόμον] V. νόμῳ, quod ex codd. mutatum.

P. 251. ἤ τινα σώματος ἰδέαν] Sic codd. unanimi fere consensione loco vulg. ἤ τινα ἀσώματον ἰδέαν.

est. — μετ' ἐκείνων, sc. τῶν φασμάτων.

ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται] Unam pulcritudinem ait hoc sibi habere proprium, ut oculis cernatur. Aliam esse φρονήσεως sive sapientiae rationem, quam, si oculis conspiceretur, ingentes amores sui esse excitaturam (Cicer. Offic. I, 5. De Fin. II, 16.; neque aliter de ceteris rebus existimari oportere, ad quas philosophorum amor feratur. In hac sententiae perspicuitate equidem non video, cur Heindorf. et Buttmann. οἷον καὶ τἆλλα ὅσα ἐραστὰ scribendum existimaverint. Quippe τἆλλα sunt quae praeter φρόνησιν poterant memorari, iustitia, fortitudo, temperantia. — ἔρχεται, ut Lat. venire, est obtingit, monente Dissenio ad Pindar. p. 18.

E. ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς —] De Geerius Diatrib. De Polit. Platon. Princip. p. 92. hoc loco scribi iubet ὁ μὲν οὖν ἀρτιτελής, et deinde, ὁ δὲ μὴ νεοτελής. In quo fateor me viro eruditissimo accedere non posse. Nam νεοτελής, recte observante Heindorfio, est is, qui recens demum coelestibus illis initiationibus interfuit, ideoque nondum diuturna earum oblivione labem contraxit. Quocirca τῷ μὴ νεοτελεῖ recte deinde opponitur ὁ ἀρτιτελής. — τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν, h. e. id quod ab ipsa pulcritudinis specie nomen accepit suum, sive res pulcras. — ἡδονῇ παραδούς. Eurip. Phoeniss. v. 21. ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσὼν Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, ubi v. Valckenaer. Plene Lucian. T. II. p. 571. ἔρωτι — δοὺς ἐμαυτόν. — τετράποδος νόμον βαίνειν est quadrupedum ritu coire. Nam βαίνειν et ἐπιβαίνειν de brutis animantibus, non de homine dicitur. Aristotel. Hist. Animal. VI. 21. de bove: βαίνει δὲ σφοδρῶς, ὥςτε συγκύπτεσθαι τὴν βοῦν. Plura suppeditabit Gataker. De Styl. N. T. p. 78. Hinc lux affundenda loco Aristophanis Pac. v. 892, ubi est τετραποδηδὸν ἑστάναι.

P. 251. κάλλος εὖ μεμι-

ἰδέαν, πρῶτον μὲν ἔρριξε, καὶ τι τῶν τότε ὑπῆλθεν αὐτὸν δειμάτων, εἶτα προσορῶν ὡς θεὸν σέβεται, καὶ εἰ μὴ δεδιείη τὴν τῆς σφόδρα μανίας δόξαν, θύοι ἂν ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς. ἰδόντα δὲ αὐτόν, οἷον ἐκ τῆς φρί-
B *κης, μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς καὶ θερμότης ἀήθης λαμβάνει. δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων, ἐθερμάνθη ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται. θερμανθέντος δὲ ἐτάκη τὰ περὶ τὴν ἔκφυσιν, ἃ πάλαι ὑπὸ σκληρότητος συμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάνειν. ἐπιῤῥυείσης δὲ τῆς τροφῆς ᾤδησέ τε καὶ ὥρμησε φύεσθαι ἀπὸ τῆς ῥίζης ὁ τοῦ πτεροῦ καυλὸς*

εἰ μὴ δεδιείη] V. *δεδίει*. Flor. c. *ἰδεδίει*. Bodl. *δεδίει ἤ* (sic). Unde cum Bekkero dedi *δεδιείη*, quod est in *AGT*. Buttmannus Gr. Gr. T. I. p. II. p. 103. mavult *δεδιοίη*, quanquam idem etiam vulgatum tolerari posse arbitratur.

μεμιένον] h. e. quod ipsam pulcritudinis speciem imitatum est; in quo ipsius pulcritudinis species expressa cernitur. Ad *ἰδέαν* liquet denuo intelligendum esse *θεοειδῆ*.

τῶν τότε — δειμάτων] „Hic, ut in sequentibus *ἐκ τῆς φρίκης*, imago sumpta est ab horrore illo sancto, quo in mysteriis perfundebantur ad divinae maiestatis spectationem admissi. v. Iamblich. De Myst. III. 14. et St. Croix. De Myster. p. 206. Hinc Plutarch. De Poet. intellig. 26. B. *δεῖ δὲ μὴ δειλῶς μηδὲ ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν*. De Superstit. 166. E. al. Hinc *ὄργια φρικτὰ θεῶν* Orphic. Argon. v. 469. Cfr. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 25. Ruhnk. ad Hom. Hymn. in Cer. v. 478. al. Huic vero bene respondet quod sequitur *δειμάτων*, pro quo Heusdius, ut refert de Geer l. c. p. 92, corrigebat *δειγμάτων*.“ *Astius*.

αὐτὸν, οἷον ἐκ τῆς φρίκης] Eadem structura est, quam habes Euthyphron. p. 2. C. *εἴ τινα τῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον, οἷον τετανότριχα καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον*. Ad proxima Heusdius Init. Phil. Plat. P. I. p. 133. comparat illa Sapphus: *καὶ δ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ πάσαν ἄγρει*.

B. *τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροήν*] Eurip. Hippolyt. v. 528. *Ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν*. Sophocl. Antig. v. 795. Aiac. v. 140. 1266. Aeschyl. Agam. v. 419. Locum imitatione expressit flosculorum Platonicorum captator acerrimus Aristaenetus Epist. II. 18, ubi v. intpp. p. 710.

B. *ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται*] Ast., etsi ter diversis temporibus affirmavit haec verba sibi videri insiticia esse aut alieno loco collocata, tamen suspicionis causam ne semel quidem prodidit. Nec ego ullam potui indagare. Quid enim impedit, quominus *ᾗ* ad *ἀπορροήν* referamus, ut idem valeat, quod *δι' ἣν*? — *θερμανθέντος δέ*, sc. *αὐτοῦ*.

εἶργε μὴ βλαστάνειν] Schaefer. ad Demosth. Appar. T. IV. p. 164. „Verbi *εἴργειν* vis est praegnans, quam vulgo dicunt:

ὑπὸ πᾶν τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος· πᾶσα γὰρ ἦν τὸ πάλαι πτερωτή. Cap. XXXII. *ζεῖ οὖν ἐν τούτῳ ὅλη καὶ ἀνακηκίει, καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φυῶσι, κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα, ταὐτὸν δὴ πέπονθεν ἡ τοῦ πτεροφυεῖν ἀρχομένου ψυχή· ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. ὅταν μὲν οὖν βλέπουσα πρὸς τὸ τοῦ παιδὸς κάλλος, ἐκεῖθεν μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα, ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται, δεχομένη [τὸν ἵμερον] ἄρδηταί τε* C

C. *ὅταν ἄρτι φυῶσι*] V. *φύωσι*. Illud habent *ΑΠΒGO PTN*, unde cum Bekkero reposuimus. Bodl. accentu caret.

μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα] V. *ἐπιόντα δήπου καὶ ῥέοντα*, quod paucissimi confirmant.

quippe valet *εἴρηται ἐποίει*." Copiosissime hoc Graecae linguae idioma illustravit Buttm. Excurs. II. ad Demosthenis Or. Mid. p. 142 sqq. et nuper Wexius ad Sophocl. Antigon. p. 140. Latine dixeris: quae dudum propter duritiem suam occlusa prohibebant, ne illae pullularent. De aoristis *ὤδησέ τε καὶ ὦρμησε* vid. ann. ad p. 232. E. — *ὑπὸ πᾶν τὸ τῆς ψ. εἶδος*, subter universam animi speciem.

C. *ὅταν ἄρτι φυῶσι*] Coniunctivi forma, deducta illa ab aoristo *ἐφύην, φυῆναι, φυείς*, qui citeriori Graecitati proprius videtur, apud Platonem tam multis locis obvia est, ut piaculum videatur contra codicum auctoritatem ubique *φύωσι* corrigere. v. quos locos laudavit Matthiae Gr. T. I. p. 496, quibus adde Reip. V. p. 473. D. X. 597. C.

ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται] Piersono ad Moer. p. 41. in mentem venit pro *ἀγανακτεῖ* corrigere *ἀδακτεῖ*. A quo consilio eum vel praegressum illud *κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις* dehortari debuit. Commode Heindorf. huc attulit De Rep. IV. p. 441. C. *ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει*. Quod si cui nondum satisfaciat, certe omnem tollet dubitationem Phileb. p. 47. A: *τὸ μὲν ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης γαργαλίζει τε καὶ ἁρμὰ ἀγαναχτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὖ τῆς ἡδονῆς — ξυντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ*. Ceterum de hac universi enuntiati oppositione conferas haec: Menon. p. 74. A. *πάλιν — ταὐτὸν πεπόνθαμεν· πολλὰς αὖ εὑρήκαμεν ἀρετὰς μίαν ζητοῦντες*. Politic. p. 291. B. *καὶ γὰρ δὴ καὶ νῦν αὐτὸς τοῦτ' ἔπαθον· ἐξαίφνης ἡμφιγνόησα κατιδών — τὸν χόρον*. Menex. p. 235. B. *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον*. Conf. Phaedon. p. 68. E. Apolog. Socr. p. 22. Gorg. p. 513. A. Ibid. p. 450. A. B. p. 465. D. p. 479. B. C. Lucian. Imagg. T. VI. ed. Lehm. p. 38. *οἷς ἐπὶ τῶν ὁρωμένων πάσχομεν· ἦν μὲν παρῇ ὁρῶμεν κ. τ. λ.*

δεχομένη [τὸν ἵμερον] — Ast. verba *ἐκεῖθεν μέρη. ἐπ.... καλεῖται* pro glossemate habet, quod ad vocem *ἵμερος* adscriptum sit.

D καὶ θερμαίνηται, λωφᾷ τε τῆς ὀδύνης καὶ γέγηθεν· ὅταν δὲ χωρὶς γένηται καὶ αὐχμήσῃ, τὰ τῶν διεξόδων στόματα, ᾗ τὸ πτερὸν ὁρμᾷ, συναναιόμενα μύσαντα ἀποκλείει τὴν βλάστην τοῦ πτεροῦ. ἡ δ' ἐντὸς μετὰ τοῦ ἱμέρου ἀποκεκλημένη, πηδῶσα οἷον τὰ σφύζοντα, τῇ διεξόδῳ ἐγχρίει ἑκάστῃ τῇ καθ' αὑτήν, ὥστε πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ καὶ ὀδυνᾶται. μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν. ἐκ δ' ἀμφοτέρων μεμιγμένων ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ E τοῦ πάθους καὶ ἀπορουμένη λυττᾷ, καὶ ἐμμανὴς οὖσα οὔτε νυκτὸς δύναται καθεύδειν οὔτε μεθ' ἡμέραν οὗ ἂν ᾖ μένειν, θεῖ δὲ ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος. ἰδοῦσα δὲ καὶ ἐποχετευσαμένη ἵμερον ἔλυσε μὲν τὰ τότε συμπεφραγμένα, ἀνα-

D. *μετὰ τοῦ ἱμέρου ἀποκεκλημένη*] Ita post Bekkerum pro vulg. *ἀποκεκλεισμένη* e Bodl. aliisque plurimis codicibus dedimus, qui habent *ἀποκεκλημένη*. v. Poppo Prolegg. ad Thucyd. I. I. p. 212.

P. 252. *καὶ ἑταίρων πάντων*] V. *ἑτέρων*, frequenti permutatione. Veram lectionem Bodl. aliique suppeditarunt.

Cuius sententiae argumenta quae attulit, ea fateor mihi parum probari. Nam quod hunc locum censet adversari alteri illi Cratyl. p. 419. E, non reputavit philosophum in vocabulorum originatione pro varia sententiarum ratione varie lusisse. Deinde dubitari potest, sitne accusativus *τὸν ἵμερον* mutandus in *τῷ ἱμέρῳ*, quae Heindorfii sententia fuit. Nisi forte malueris hanc unam vocem potius quam universum hoc orationis membrum e glossemate ortam suspicari, quae nobis placuit sententia. *Λωφᾷν* de vi morbi interquiescente usurpatum, ut sit intermittere, docte illustravit Valcken. in Eurip. Rell. p. 126. Mox *συναναιόμενα μύσαντα ἀποκλείει* est: dum ariditate s. exarescendo constringuntur. Participiorum usum et supra p. 228. B. iam notavimus et ad Phileb. p. 53. atque Euthyphr. p. 27. copiosius exposuimus.

D. *ἡ δ' ἐντὸς μετὰ τοῦ ἱμ. —*] haec vero (*ἡ τοῦ πτεροῦ βλαστή*) intus una cum cupiditate occlusa, saliens tanquam micantes, vel palpitantes, arteriae, exitum pulsat quemque ei adversum, eius duritiem et rigiditatem perruptura. Enimvero *σφύζειν* proprium est verbum de arteriis palpitantibus, ut docuit Foës. Oecon. Hippocrat. p. 605 sq. iam ab aliis laudatus. Praeterea Hermias: *ἐγχρίει*, inquit, *ἀντὶ τοῦ κεντεῖ καὶ ἐμπίπτει, ὡς ἐπὶ τῶν φαλαγγιῶν, καὶ τῶν μυώπων, καὶ τῶν μελισσῶν.* Elegans est Ruhnkenii de hoc verbo disputatio ad Timaei Gloss. p. 104 sqq. Pro *ἑκάστῃ*, dativo, Ast. nuper *ἑκάστη* scribendum

πνοὴν δὲ λαβοῦσα κέντρων τε καὶ ὠδίνων ἔλῃξεν, ἡδονὴν δ' αὖ ταύτην γλυκυτάτην ἐν τῷ παρόντι καρποῦται. ὅθεν δὴ ἑκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται, οὐ- 252
δέ τινα τοῦ καλοῦ περὶ πλείονος ποιεῖται, ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν καὶ ἑταίρων πάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ' οὐδὲν τίθεται, νομίμων δὲ καὶ εὐσχημόνων, οἷς πρὸ τοῦ ἐκαλλωπίζετο, πάντων καταφρονήσασα δουλεύειν ἑτοίμη καὶ κωμᾶσθαι ὅπου ἂν ἐᾷ τις ἐγγυτάτω τοῦ πόθου· πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι τὸν τὸ κάλλος ἔχοντα ἰατρὸν εὑρηκε μόνον τῶν μεγίστων πόνων. τοῦτο δὲ τὸ πά- B
θος, ὦ παῖ καλέ, πρὸς ὃν δή μοι ὁ λόγος, ἄνθρωποι μὲν Ἔρωτα ὀνομάζουσι, θεοὶ δὲ ὃ καλοῦσιν ἀκούσας εἰκότως διὰ νεότητα γελάσει. λέγουσι δέ, οἶ-

πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι] Sic recte Bodl. cum plurimis optimisque reliquorum librorum. Vulgo τό.

B. τοῦτο δὲ τὸ πάθος] V. δή, praeter fidem optimorum plurimorumque codicum.

διὰ νεότητα γελάσει] V. γελάσιας, quod e Bodl. aliisque emendatum. De futuro γελάοομαι v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 92.

coniecit, quod nemo, opinor, amplectetur.

ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ] Ingeniose Buttm. Lexilog. II. p. 135, ἀδημονεῖν ab δῆμος deduxit, ut proprie sit nostrum: unheimisch vel unheimlich sein.

E. ὠδίνων ἔλῃξεν] Ὠδῖνες de doloribus ex amore pulcri susceptis Sympos. 206. E. πολλὴ ἡ πτοίησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. De Rep. VI. p. 490. B. καὶ οὕτω λήγει ὠδῖνος. Neque κέντρων mentio in re amatoria infrequens, v. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 1303.

P. 252. ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν] Carissimos quosque memorans patrum mentionem praetermittere potuit, ut nolim cum Heindorfio credere post μητέρων τε excidisse καὶ πατέρων. Paullo alia ratio est locorum Protag. §. 83. et Criton. p. 51. B. Mox ad ἑτοίμη usu fere constanti ἐστὶν supplendum relinquitur. Φίλεσθαι παρ' οὐδέν, nihili facere; v. Valck. Diatrib. p. 9.

πρὸς γὰρ τῷ σέβεσθαι —] Nam praeterquam quod pulcrum illum formosumque veneratur, eum etiam solum nactus est medicum maximorum, quibus laborat, dolorum. vid. p. 240, B. E. ibique annot. De Rep. I. p. 337. D. III. p. 408. E. Protagor. p. 333. A. al.

B. λέγουσι δέ, οἶμαι, τινὲς Ὁμηριδῶν —] Ridet Homeridas, qui arcana iactabant poëtae carmina, e quibus scilicet omnium rerum et divinarum et humanarum notitiam repeterent. Nam ἀπόθετα ἔπη

μαι, τινὲς Ὁμηριδῶν ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη εἰς τὸν Ἔρωτα, ὧν τὸ ἕτερον ὑβριστικὸν πάνυ καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον. ὑμνοῦσι δὲ ὧδε·

τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἵμερον καλοῦσι ποτηνόν,
C ἀθάνατοι δὲ Πτέρωτα διὰ πτεροφοίτου ἀνάγκην.

τούτοις δὴ ἔξεστι μὲν πείθεσθαι, ἔξεστι δὲ μή· ὅμως δὲ ἥ γε αἰτία καὶ τὸ πάθος τῶν ἐρώντων τοῦτ' ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν. Cap. XXXIII. τῶν μὲν οὖν Διὸς ὀπαδῶν ὁ ληφθεὶς ἐμβριθέστερον δύναται φέρειν τὸ τοῦ πτερωνύμου ἄχθος· ὅσοι δὲ Ἄρεώς τε θεραπευταί, καὶ μετ' ἐκείνου περιεπόλουν, ὅταν ὑπ' Ἔρω-

τινὲς Ὁμηριδῶν] V. Ὁμηρίδαι, praeter codd. fidem.
ὑβριστικὸν πάνυ] Sic Bodl. cum permultis aliis. V. πάνυ ὑβριστικόν. Dein vulgo σφόδρα τοι, quod est in paucissimis.
τὸν δ' ἤτοι θνητοί] δή τοι plurimi cum Bodl.
C. διὰ πτεροφοίτου ἀνάγκην] Bekker. et Buttm. πτεροφύτου, quod soli habent GT cum Stobaeo T. I. p. 276. Bodl. cum aliis permultis πτερόφυτον, quod ipsum videtur vulgatam lectionem

sunt recondita s. arcana, ut recte interpretantur Fr. Schlegelius Hist. Poes. Gr. et Rom. III. B. p. 16. Ast. ad h. l. Lobeck. Aglaoph. T. II. p 861. alii. Versuum autem istorum cum Schleiermachero et Astio putamus non alium esse auctorem quam ipsum Platonem. Quanquam Lobeckius l. c. eos contendit ex poëta aliquo petitos et ad rem praesentem accommodatos esse: neque enim Platonem tam asperos versus fuisse compositurum. Nimirum finxit eos philosophus ludibrii gratia, delusitque ista scilicet inertia sua eos, quorum insaniam perstringere vellet. Nec maiorem certe elegantiam sectatus est in illis, quae Sympos. p. 197. C. tribuit Agathoni poëtae. Quod autem dicitur alter horum versuum (nam ἔπη sunt versus, ut Xenoph. Mem. I. 3, 3.) ὑβριστικὸς εἶναι καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρος, id haud dubie referendum est ad secundum, quo Dii perhibentur lingua sua Amorem appellare Πτέρωτα διὰ πτεροφοίτου ἀνάγκην. De qua re mihi quidem plane convenit cum Astio, viro egregio. Hic enim primus vidit Πτέρωτα fingi ductum esse a πτερόν, quod vulgari usu etiam significabat cupiditate inflammare. vid. quae scripsimus ad p. 246. A. Quanquam per ambiguitatem quandam, Deorum linguae, ut opinor, non inusitatam, etiam Amoris alae significantur, vulgo ei tributae. Quocirca lepide subiicitur διὰ πτεροφοίτου ἀνάγκην. Nam ἀνάγκην constat etiam de cupiditatis necessitate in usu fuisse. Quam quidem apte sane et ad rem ipsam accommodato epitheto ornavit. Nam πτεροφοίτος quum ad volatum pennarum referri liceat, tamen item pertinet ad prorumpentem libidinem. Quippe φοιτᾶν, quum proprie sit itare, tum etiam ad furorem et libidinem transfertur; unde φοιτὸς et φυταλέος idem est quod λυσσώδης. v.

τος ἀλῶσι καί τι οἰηθῶσιν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, φρονικοὶ καὶ ἕτοιμοι καθιερεύειν αὑτούς τε καὶ τὰ παιδικά. καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον θεόν, οὗ ἕκα- D
στος ἦν χορευτής, ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος εἰς τὸ δυνατὸν ζῇ, ἕως ἂν ᾖ ἀδιάφθορος, καὶ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύει· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πρός τε τοὺς ἐρωμένους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλεῖ τε καὶ προσφέρεται. τόν τε οὖν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα ἑαυτῷ οἷον ἄγαλμα τεκταίνεταί τε καὶ κατακοσμεῖ, ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάσων. οἱ

confirmare.

Ἄρεώς τε θερ.] V. Ἄρεος, quod ex optimis libris correctum.

D. γένεσιν βιοτεύει] V. βιοτεύῃ, quod e plurimis optimisque codd. mutatum.

ὁμιλεῖ τε καὶ προσφέρεται] Steph. ὁμιλῇ τε καὶ προσφέρηται, ut est in uno Γ ex corr.

τεκταίνεταί τε καὶ κ.] τε accessit e plurimis codd.

Blomfield. Gloss. Aesch. Agam. p. 183. Valcken. ad Ammon. p. 149. Atque ex his iam satis apparere arbitramur, quid sit in quo ὕβρις ista cernatur. Quippe tribuitur diis ab Homeridis ea Amoris appellatio, quae lascivam quandam habeat ambiguitatem. Non minus est perspicuum atque clarum, quid de lectione ab Heindorfio, Buttmanno, Bekkero probata, πτεροφύτορ², sit statuendum; de qua explicare copiosius supervacaneum putamus. Quod autem idem versiculus dicitur non admodum ἔμμετρος esse; in hoc ipso item existimamus lusum aliquem contineri. Quippe non modo est inconcinnus, quod quilibet facile sentiat, verum etiam parum modestus, ut nec Heindorfio nec Lobeckio sit assentiendum, quorum alter hoc epitheton ad unam retulit sententiae protervitatem, alter pravam versuum modulationem significari censuit. Ceterum de deorum lingua ab hominum sermone diversa in vulgus nota sunt quae disputarunt Valcken. Diatrib. p. 275. Koen. ad Gregor. Cor. p. 38., ad quos nuper accessit Lobeck. Aglaopham. II. p. 858 sq.

C. ἐμβριθέστερον δύνανται φέρειν τὸ τοῦ πτ. ἄχθ.] gravius ferre potest dei a volando nominati pondus, h. e. non tam facile cedit amoris impetui. Quippe Ζεὺς Platoni est summae rationis imago: de quo decreto videnda sunt quae ad Phileb. p. 29. D. exposuimus. Adde locum Cratyli p. 396. A. B. et quae laudavit Creuzer. ad Olympiodor. in Alcibiad. I. p. 77. — Post Ἄρεώς τε θεραπευταὶ intelligendum esse εἰσί, iam ad Rempubl. II. p. 358. E. significavimus.

D. τόν τε οὖν ἔρωτα —] V. ad Sympos. p. 196. D. p. 89 sq. — αὐτὸν ἐκεῖνον, sc. τὸν καλόν, s. τὸν παῖδα, οὗ ἐρᾷ.

E μὲν δὴ οὖν Διὸς Διόν τινα εἶναι ζητοῦσι τὴν ψυχὴν τὸν ὑφ' αὑτῶν ἐρώμενον. σκοποῦσιν οὖν, εἰ φιλόσοφός τε καὶ ἡγεμονικὸς τὴν φύσιν, καὶ ὅταν αὐτὸν εὑρόντες ἐρασθῶσι, πᾶν ποιοῦσιν, ὅπως τοιοῦτος ἔσται. ἐὰν οὖν μὴ πρότερον ἐμβεβῶσι τῷ ἐπιτηδεύματι, τότε ἐπιχειρήσαντες μανθάνουσί τε ὅθεν ἄν τι δύνωνται καὶ αὐτοὶ μετέρχονται. ἰχνεύοντες δὲ παρ' ἑαυτῶν
253 ἀνευρίσκειν τὴν τοῦ σφετέρου θεοῦ φύσιν, εὐποροῦσι διὰ τὸ συντόνως ἠναγκάσθαι πρὸς τὸν θεὸν βλέπειν, καὶ ἁψαμένοι αὐτοῦ τῇ μνήμῃ ἐνθουσιῶντες ἐξ

E. *οἱ μὲν δὴ οὖν Δ.*] *οὖν* nuper e plurimis codd. restitutum. Indidem rediit *εἶναι*, quod vulgo desiderabatur, quanquam id non exhibet Bodl.

P. 253. *εὐποροῦσι διὰ τ. σ.*] V. *εὑροῦσι* praeter Bas. 2.

E. *οἱ μὲν δὴ οὖν Διὸς* —] Philosophi illi amatores non omnes promiscue amant, sed quem quisque in coelesti illo volatu deum est secutus, eius dei similem sibi quaerit amasium. Itaque qui Iovem Iovialem; Martialem vero qui Martem: et sic alii Iunonios, Bacchicos, Apollineos: atque talem ubi invenerunt inventumque amare coeperunt, omnia moliuntur, ut et deo illi, quem ipsi sectati sunt, et adeo sibimet ipsis reddant quam simillimum. Itaque verus germanusque philosophus, quippe qui primum inter homines sapientiae gradum teneat, unice expetit Iovialis amasios, hoc est qui vel ad sapientiam vel ad imperium obtinendum natura sunt comparati. Etenim Iovi et summa tribuitur sapientia et omnium rerum gubernatio. Phileb. p. 28. D. *νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς.* Ibid. p. 30. D. *οὔκουν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι*; Unde supra p. 246. E. *Ζεὺς μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ.*

ἐὰν οὖν μὴ πρ. ἐμβ. τῷ ἐπιτ.] Si amatores isti antea nondum in eo studio versati fuerint, h. e. nondum didicerint alios tales reddere, quales eos esse cupiunt; certe id tunc et ab aliis discunt undecunque possunt, et ipsi indagare student. Verba *μετέρχεσθαι*, persequi, et *ἰχνεύειν*, investigare, studere, a venatione ducta, illustrarunt Ast. ad h. l. et Creuzer. ad Procl. in Alcibiad. p. 177. Deinde amatores dicuntur Dei quem olim sectati sunt naturam ita investigare, ut suam ipsorum mentem atque animum veluti introspiciant. Itaque *εὐποροῦσι διὰ τὸ συντόνως ἠναγκάσθαι πρὸς τὸν θεὸν βλέπειν.* Ineptum est *ἀποροῦσιν*, quod est in libris aliquot.

P. 253. *ἁψαμένοι αὐτοῦ — ἐνθουσιῶντες* —] V. ad p. 228. B. *ἐξ ἐκείνου*, sc. *τοῦ σφετέρου θεοῦ.*

τούτων δή —] Sc. *τοῦ λαμβάνειν τὰ τοιαῦτα ἤθη καὶ ἐπιτηδεύματα.* Pluralem ne mireris, vid ann. ad Apol. Socr. p. 19. D. Phaedon. p. 70. D. Gorg. p. 447. A. Protag. p. 331. E. Ceterum *αἰτιώμενοι* nunc est simpliciter *αἴτιον νομίζοντες*, au-

ἐκείνου λαμβάνουσι τὰ ἔθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καθ' ὅσον δυνατὸν θεοῦ ἀνθρώπῳ μετασχεῖν. καὶ τούτων δὴ τὸν ἐρώμενον αἰτιώμενοι ἔτι τε μᾶλλον ἀγαπῶσι, κἂν ἐκ Διὸς ἀρύτωσιν, ὥςπερ αἱ βάκχαι, ἐπὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου ψυχὴν ἐπαντλοῦντες ποιοῦσιν ὡς δυνατὸν ὁμοιότατον τῷ σφετέρῳ θεῷ. ὅσοι δ' αὖ μεθ' Ἥρας εἵποντο, βασιλικὸν ζητοῦσι, καὶ εὑρόν- B
τες περὶ τοῦτον πάντα δρῶσι τὰ αὐτά. οἱ δὲ Ἀπόλλωνός τε καὶ ἑκάστου τῶν θεῶν οὕτω κατὰ τὸν θεὸν ἰόντες ζητοῦσι τὸν σφέτερον παῖδα πεφυκέναι, καὶ

Nonnulli libri ἀποροῦσι.

καὶ τούτων δὴ τὸν ἐρ.] V. τοῦτον, quod iam Heindorf. correxit, consentientibus Vind. 4. 7. α. Monacc. aliis. Genitivum legit etiam Ficinus.

ctorem putantes, h. e. haec omnia amasio tanquam auctori tribuentes. Alias plenius dicitur αἴτιόν τινα αἰτιᾶσθαι, ut Gorg. p. 518. D. p. 519. A. Hipp. min. p 372. E. al.

κἂν ἐκ Διὸς ἀρύτωσιν, ὥςπερ αἱ βάκχαι] et quum e Iove, quippe deo suo, quem olim in coelestium rerum spectatione sunt secuti, animi veluti nutrimenta hauriunt, haec ipsa in amasii animum transfundunt, eoque illum reddunt deo suo quam simillimum, h. e. vere philosophum, quandoquidem Iupiter perfectae sapientiae est imago atque exemplar. Quod autem interponitur ὥςπερ αἱ βάκχαι, eleganter hac imagine illustratur hauriendi ratio; Bacchae enim, quum divino furore agitabantur, e mellis, lactis atque vini rivulis haurire putabantur. Quam in rem iam ab Heindorfio comparantur illa Euripidis Bacch. v. 142. ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσῶν νέκταρι. Ibid. v. 704. θύρσον δέ τις λαβοῦσα ἔπεσεν ἐς πέτραν, ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νότις κ. τ. λ. ubi plura interpretes. Addas Platon. Ion. p. 33. ed. Nitzsch. et Aeschinis Socrat. fragm. II. ap. Fischer., quod exstat ap. Aristid. T. II. p. 20. Iebb.

B. οἱ δὲ Ἀπόλλωνός τε —] Fallitur Astius, genitivos Ἀπόλλωνος et ἑκάστου ita poni existimans, ac si ὀπαδοί, non μεθ' Ἥρας εἵποντο praecesserit. Imo οἱ Ἀπόλλωνος eodem modo dictum, quo οἱ Πλάτωνος, οἱ Ζήνωνος, et sexcenta id genus alia dici consueverunt. — Proxima, οὕτω — τὸν σφέτερον παῖδα πεφυκέναι ζητοῦσιν, facile intellexeris, ubi οὕτω ad praecedentem deorum mentionem pertinere diligenter observaveris. Nam sententia haec est: cupiunt puerum, quem amant, natura sic comparatum esse, ut est deus ille, quem ipsi sectati sunt. Quocirca οὕτω cohaeret cum πεφυκέναι. Usu autem isto verbi ζητεῖν apud Platonem nihil frequentius. v. ad Reip. II. p. 375. E. Apolog. Socr. p. 37. C. Protagor. p. 322. B. Euthyphr. p. 7. A. Menon. p. 74. B. al. Iam vero quid sibi velit istud, κατὰ τὸν θεὸν ἰόντες, nemini potest esse obscurum: est enim nihil aliud

ὅταν κτήσωνται, μιμούμενοι αὐτοί τε καὶ τὰ παιδικὰ πείθοντες καὶ ῥυθμίζοντες εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδευμα καὶ ἰδέαν ἄγουσιν, ὅση ἑκάστῳ δύναμις, οὐ φθόνῳ οὐδ' ἀνελευθέρῳ δυσμενείᾳ χρώμενοι πρὸς τὰ παιδικά,
C *ἀλλ' εἰς ὁμοιότητα αὐτοῖς καὶ τῷ θεῷ, ὃν ἂν τιμῶσι, πᾶσαν πάντως ὅ τι μάλιστα πειρώμενοι ἄγειν οὕτω ποιοῦσι. προθυμία μὲν οὖν τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων καὶ τελετή, ἐάν γε διαπράξωνται ὃ προθυμοῦνται, ἣν λέγω, οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ ὑπὸ τοῦ δι'*

C. *καὶ τελετή, ἐάν γε διαπρ.*] Bodl. et alii plurimi *τελευτή*, quod ortum e scioli emendatione. Deinde vulgo *ἐάν γ' ἐνδιαπράξωνται*. Recte Vind. 4. Flor. g. h. *θ* Mon. Hermias *ἐάν γε διαπρ.*, siquidem verba non sunt suppositicia, de quo vid. annot. Bodl. cum multis aliis; *ἐάν τ' ἐνδιαπρ.* Tum Vind. *α.* Flor. a. c. h. Mon. CDHNOP *δ' ἐγὼ λέγω*. Bodl. aliique *ἣ δ' ἐγώ*,

quam dei sui exemplum sectantes, ut post *οὕτως* illustrationis gratia sit interpositum. — *εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδ. καὶ ἰδέαν ἄγ.* h. e. *ποιοῦσιν ὡς δυνατὸν ὁμοιότατον τῷ σφετέρῳ θεῷ.*

C. *πειρώμενοι ἄγειν οὕτω ποιοῦσι*] Aptissime Heindorf. comparavit Gorg. p. 507. D. *καὶ πάντα εἰς τοῦτο καὶ τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν.*

προθυμία μὲν οὖν — ἐὰν αἱρεθῇ] Haec quum vulgo essent interpunctionis pravitate vehementissime deturpata; vereor, ut vel nunc careant vitio. Nam istud *ἣν λέγω* dici non potest quantopere frigeat, praesertim quum necessario ad praecedentia referatur. Neque enim fieri ullo modo potest, quod Astius duce Schleiermachero statuit, ut *ἣν λέγω* cum *οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ* connectatur. Hac enim ratione neque ad sententiam quidquam proficitur, neque structura verborum recte explicatur. Cod. Clarkianus cum nonnullis aliis *ἣν δ' ἐγώ*, omisso *λέγω*. Alii *ἣν δ' ἐγὼ λέγω*. Hinc vide, an vera prodeat lectio. Scriptum enim putamus olim fuisse: *ἣν δὴ ἐγὼ λέγω*. Cui lectioni interpretationis gratia appicta sunt verba: *ἐάν γε — ὃ προθυμοῦνται*, quae tanquam molestum glossema eiicienda arbitramur. Qua quidem ratione inita vide quam recte et leniter omnia decurrant. Cupiditas igitur, inquit, verorum amatorum atque initiatio, quam videlicet ego dico, isto modo pulcra et beata per amatorem contingit amasio, ubi hic captus fuerit. Enimvero *προθυμία* est studium illud amatorum amasium ad sui ipsorum atque dei sui similitudinem conformandi. Quam excipit deinde *τελετή*, quum voti sui fiunt compotes. Quod ipsum significare voluit, qui verba *ἐάν γε — προθυμοῦνται* apposuit. Ceterum Socrates cur *ἣν δὴ ἐγὼ λέγω* adiecerit, vix eget explicatione.

ἁλίσκεται δὲ δὴ ὁ αἱρεθείς] Dictum est per prolepsin quandam, cuius aliud exem-

ἔρωτα μανέντος φίλου τῷ φιληθέντι γίγνεται, ἐὰν αἱρεθῇ. ἁλίσκεται δὲ δὴ ὁ αἱρεθεὶς τοιῷδε τρόπῳ.

Cap. XXXIV. Καθάπερ ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ μύθου τριχῇ διειλόμην ψυχὴν ἑκάστην, ἱππομόρφῳ μὲν δύο τινὲ εἴδη, ἡνιοχικὸν δὲ εἶδος τρίτον, καὶ νῦν ἔτι ἡμῖν ταῦτα μενέτω, τῶν δὲ δὴ ἵππων ὁ μέν, φαμέν, ἀγαθός, ὁ δ' οὔ· ἀρετὴ δὲ τίς τοῦ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ κακία, οὐ διείπομεν, νῦν δὲ λεκτέον. ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὢν τό τε εἶδος ὀρ- D

omisso verbo λέγω. Idem γίγνται. Pro αἱρεθῇ et αἱρεθείς Heindorf. malebat εὑρεθῇ et εὑρεθείς, probante Schleiermachero. Cui sententiae Ast. ita adversatur, ut αἱρεῖσθαι moneat nunc non esse capi, sed eligi. sed v. annot.

D. καὶ νῦν ἔτι ἡμῖν ταῦτα μ.] V. ταὐτά. Illud permulti codd. habent, et placuit etiam Bekkero.

plum Schneiderus ad Reip. VII. p. 526. B. affert: Legg. IX. p. 369. A. Astius αἱρεθεὶς interpretatur electus.

ἱππομόρφῳ μὲν —] Accusativus post dividendi verbum de more infertur, ut non sit opus praepositione εἰς. v. ad Phileb. p. 60. et quae laudavit Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 683. Pro διειλόμην vero Heindorf. requirebat διείλομεν, quoniam deinceps numerus multitudinis in eadem ponitur oratione. Etiam Ficinus vertit: divisimus. Sed libri mss. cum vett. editt. constanter tuentur vulgatam lectionem. Nec vero διελέσθαι minus usitatum fuit quam διελεῖν, quam in rem Ast. comparat Phaedr. p. 265. B. p. 270. B. Phaedon. p. 99. B. Theaet. p. 181. D. 182. C. Sophist. p. 217. A. p. 219. E. p. 220. B. p. 248. A. p. 264. C. al. Quocirca unus ille scrupulus residet, quem numerorum iniicit variatio Nec tamen is est eiusmodi, ut non queat eximi commodissime. Quippe Socrates quum deinde addat, καὶ νῦν ἔτι ἡμῖν ταῦτα μενέτω, iam deinceps recte potuit dicere plurali numero φαμέν et διείπομεν, etiamsi antea de se uno erat locutus.

D. τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθ.] Haec non dubitamus quin e physiognomicis veterum Graecorum observationibus sint illustranda. In quo tamen tenendum universam hanc descriptionem ita esse compositam, ut simul varia hominum depingantur ingenia. In quo magna philosophi ars atque sollertia cernitur. Cum hoc loco contendas Pelagonium in Geoponicis T. IV. p. 1109. ed. Niclas, qui boni equi notas has esse vult, ut habeat πρόσωπον σιμὸν ἢ ἐπίγρυπον sitque ὑψαύχην, γλαυκός, δυσγαργάλιστος, praeterea prae se ferat ὀρθὸν τράχηλον, πλήθη τε καὶ παχύν, τουτέστιν οὐ βραχὺν τράχηλον, γαστέρα ὀνιπεπισμένην καὶ ταῖς λαγόσι συνεσταλμένην, τὸ μέγεθος ἱκανόν, τὰς δ' ὅλου τοῦ σώματος φλέβας εὐσήμους καὶ ἐπηρμένας, τὴν χροιὰν κατακόρως μέλανα. Cum his compares Xenophont. de equit. c. I. Absyrtum in Geopon. T. IV. p. 1102 sqq. Oppian. Cyneg. I. 173 sqq. Polluc. I. 11. 189. Albi colo-

θὸς καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος κελεύματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται· ὁ δ' αὖ
E *σκολιός, πολὺς εἰκῇ συμπεφορημένος, κρατεραύχην, βραχυτράχηλος, σιμοπρόσωπος, μελάγχρως, γλαυκόμματος, ὕφαιμος, ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος, περὶ ὦτα λάσιος, κωφός, μάστιγι μετὰ κέντρων μόγις ὑπεί-*

κελεύματι μόνον] V. *κελεύσματι*, quod e Bodl. *A. δ.* et pr. *ΓΠΒ* cum Bekkero et Astio mutavimus. v. Schneider. ad Polit. Vol. I. p. 289 sq. Codd. nonnulli *μόνῳ*; sed v. Heindorf. ad Euthyd. p. 389. Bremi ad Lys. Orat. Sel. Exc. XI. p. 450 sq.

E. *λάσιος, κωφός, μ.*] Bodl. *λασιο κωφοσ*, omisso ς finali, ris equos, Platoni probatos, laudat iam Homer. Iliad. κ, 437, ubi Rhesi equi praestantissimi dicuntur *λευκότεροι χιόνος, θείειν τ' ἀνέμοισιν ὄμοιοι.*

E. *εἰκῇ συμπεφορημένος*] Opponitur praecedenti *διηρθρωμένος*, sicuti *σκολιὸς* respondet *τῷ τὸ εἶδος ὀρθῷ*. Quid igitur iam sibi vult istud *πολύς*, quod nihil habet in praegressis, ad quod referatur? Fallor, aut recte scripsi commate post *πολὺς* deleto: *πολὺς εἰκῇ συμπεφορημένος*, ut *πολὺς* sit crassus. Quo facto neutiquam opus est, ut cum Astio Commentar. in Plat. T. X. p. 473. post *πολὺς* interseramus *καί*. Scribebatur *πολὺς, εἰκῇ συμπεφ.*

κρατεραύχην, βραχυτράχηλος] Dura vocatur equi pravi cervix et breve collum. Quae fuerunt etiam signa hominis stupidi et communi sensu paene carentis. Nam in libello Aristotelis, qui vulgo fertur, *φυσιογνωμικῶν* c. III. p. 1173. B. inter *ἀναισθήτων* notas sunt *τὰ περὶ τὸν αὐχένα σαρκώδη καὶ συμπεπλεγμένα καὶ συνδεδεμένα καὶ τράχηλος παχύς*, et c. VI. p. 1178. C. legimus: *οἷς τὰ περὶ τὰς κλεῖδας συμπεπιεφραγμένα, ἀναίσθητοι.* Praeterea alius etiam mali indicium facit ista naturae conformatio. Nam, *οἷς τράχηλος παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· οἷς δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι.* Polemo in Aristotele Sylburgiano, I. 14. p. 176. *παχὺς αὐχὴν, ὥσπερ λοφιά, ἀμαθῆ σὺν ὕβρει τὸν ἔχοντα μαρτυρεῖ.* Adamantius ibid. c. XVI. p. 207. *οἱ ὑπερφυῶς παχυτράχηλοι δυσόργητοι, σκαιοί, ἀμαθεῖς, ὑώδεις.*

σιμοπρόσωπος] Videtur Socrates iocose semet ipsum significare. v. Xenoph. Sympos. c. V. Plat. Sympos. c. XXXV. Theaetet. princip., ubi Theaetetus Socrati dicitur simillimus esse *τὴν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων.* Polemo l. c. p. 272. 9. *Οἱ δὲ σιμοὶ λάγνοι καὶ μοιχοὶ ἄνδρες. Ἡνιόχους ἀνεωγμένους οἱ ἔχοντες θυμώδεις καὶ δυνατοί, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ταύρων καὶ τῶν λεόντων.* Eadem fere habet Adamant. 2, 18. p. 210. 6. Zopyrus ap. Aristotelem l. c. p. 1179. B. *οἱ σιμὴν ἔχοντες ῥῖνα, λάγνοι.*

ὕφαιμος] Apud Aristot. Physiogn. II. iungitur *Θερμὸς καὶ ὕφαιμος*, ut significetur sanguineus, quem recentiores physiognomones appellare solent. Heindorf. et Ast. intelligunt

κων. Cap. XXXV. *ὅταν δ' οὖν ὁ ἡνίοχος ἰδὼν τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα, πᾶσαν αἰσθήσει διαθερμήνας τὴν ψυχὴν γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ, ὁ μὲν εὐπειθὴς τῷ ἡνιόχῳ τῶν ἵππων, ἀεί τε* 254
καὶ τότε αἰδοῖ βιαζόμενος, ἑαυτὸν κατέχει μὴ ἐπιπηδᾶν τῷ ἐρωμένῳ· ὁ δὲ οὔτε κέντρων ἡνιοχικῶν οὔτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται, σκιρτῶν δὲ βίᾳ φέρεται, καὶ πάντα πράγματα παρέχων τῷ σύζυγί τε καὶ ἡνιόχῳ

sed vacuo spatio relicto. Inde ortum quod nonnulli habent *λασιόκωφος*, quod nihili est.

ὅταν δ' οὖν ὁ ἡνίοχος] Codd. DNOP. alii *ὅταν δὴ οὖν*. male.

τὰ ὄμματα, quo non opus. Vana est etiam Astii suspicio, *γλαυκόμματος καὶ ὕφαιμος* scribendum arbitrantis.

περὶ ὦτα λάσιος] circa aures hirsutus. In hominibus hoc erat signum libidinis. Arist. Physign. p. 1174. C. *λάγνου οἱ κρόταφοι δασεῖς*. Male hinc Suidas: *Λασιόκωφος· ὁ λίαν κωφός, οἷον λάσια τὰ ὦτα ἔχων*. Recte locum legit Plutarchus Quaest. Platonn. p. 276. ed. Hutten. — *κωφὸς* est in universum hebes, obtusus, deinde non obtemperans, der nicht hört u. sieht, quam in rem Ast. laudat Valcken. ad Ammon. p. 133. et Wesseling. ad Diodor. Sic. III. 51. Quippe *ἀκούειν*, *κλύειν*, *ἀκροᾶσθαι* dicitur pro *ὑπακούειν καὶ ὑποπτεύεσθαι*, ut observat Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 366. 28. cf. Sophocl. Ai. v. 591. 1071. Oed. Col. v. 172. 1645 al.

ἰδὼν τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα] Recte Heindorfius: amatorium illud spectaculum, quo sensu *ὄμμα* apud poëtas quidem non infrequens esse docuit Valcken. ad Eurip. Phoen p. 152. et ad Ammon. p. 76. Sed quod idem vir doctus in *αἰσθήσει* haesit, mihi ea de re secus videtur iudicari oportere. Nam labes haeret potius in verbo *διαθερμήνας*. Quid enim? auriga non potest illius spectaculi perceptione universam calefecisse animam? Minime vero! Huius enim est equos ferocientes domare atque cohibere; ut profecto ineptum sit eum iam illos adeo inflammare dici. Legendum censemus *διαθερμῆναι*. Quo facto sententia neque absurda existit et clara atque perspicua

P. 254. *ἀεί τε καὶ τότε αἰδοῖ β.*] tunc ut semper, ut recte interpretatur Schaefer. ad Sophocl. Ant. 181. Sic Phileb. p. 60. C. *καὶ τότε καὶ νῦν*, nunc ut antea. Sophist. p. 239. B. *πάλαι καὶ τὰ νῦν*, nunc ut iam dudum. Gorg. p. 523. A. Phaedon. p. 58. B. Lysias adv. Theomn. §. 20. *νῦν τε καὶ πάλαι*. Ibid. *νῦν τε καὶ πρότερον*.

οὔτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται] *οὐκ ἐντρέπεσθαί τινος*, sich nicht an etwas kehren, i. e aliquid nihil curare, aliquid negligere. Ita Criton. p. 52. C. Sic etiam *στρέφεσθαι* ponitur. Sophocl. Ai. 1117. *τοῦ δὲ σοῦ ψόφου Οὐκ*

ἀναγκάζει ἰέναι τε πρὸς τὰ παιδικὰ καὶ μνείαν ποιεῖσθαι τῆς τῶν ἀφροδισίων χάριτος. τὼ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀντιτείνετον ἀγανακτοῦντε, ὡς δεινὰ καὶ παρά-
B νομα ἀναγκαζομένω· τελευτῶντε δέ, ὅταν μηδὲν ᾖ πέρας κακοῦ, πορεύεσθον ἀγομένω, εἴξαντε καὶ ὁμολογήσαντε ποιήσειν τὸ κελευόμενον. καὶ πρὸς αὐτῷ τ' ἐγένοντο καὶ εἶδον τὴν ὄψιν τὴν τῶν παιδικῶν ἀστράπτουσαν. ἰδόντος δὲ τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν. ἰδοῦσα δὲ ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία, καὶ
C ἅμα ἠναγκάσθη εἰς τοὐπίσω ἑλκύσαι τὰς ἡνίας οὕτω

P. 254. *ἀντιτείνετον ἀγανακτοῦντε*] *ΓΝ ἀγανακτοῦντες*. v. ad p. 256. C. Dein Bodl. cum *ΔΠG*T. *τελευτῶντες* et mox Ven. II. *ὁμολογήσαντες*. Item C. duo libri *ἀπελθόντες*.

ἂν στραφείη, *ἕως ἂν ᾖς οἷόσπερ εἶ*: nam sic ibi pro *ὡς ἂν ᾖς* scribendum censemus. Ceterum haec affert Priscianus XVIII. p. 1182. ed. Putsch. docens Atticis *ἐντρέπομαι τοῦτο* et *τούτου* in usu fuisse.

τὼ δὲ κατ' ἀρχάς —] Videl. equus iugalis et auriga. Verbum *ἀναγκάζειν* cum accusativo iunctum illustravit Matth. Gr. §. 419., qui nec huius loci fuit immemor. Atque ita Latine dicitur aliquis *aliquid* cogi, de qua loquendi ratione vid. Gronov. ad Liv. IV. 26.

B. *ἐγένοντο καὶ εἶδον*] V. ad p. 232. E.

πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν] h. e. absolutae ac coelestis pulcritudinis. — Tum *ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν* est in sancto quodam stantem fundamento. Locum qui imitatione expresserunt, fere *ἱδρυμένην* posuerunt pro *βεβῶσαν*, ut apparet ex iis, quae collegit Wyttenbach. Epist. Crit. p. 250. ed. Lips. Delect. Epigrammat. ed. Fr. Iacobs. p. 341. *Τίς ποχ' ἁπ' Οὐλύμποιο μετάγαγε παρθενεῶνα, Τὸν πάρος οὐρανίας ἐμβεβαῶτα δόμοις*; Aristid. Orat. in Iov. T. I. p. 4. ed. Dind. *ἄρχεται ἐκ θεμελίων καὶ ποιεῖ τὴν γῆν, ὅπως αὐτῷ τὰ πάντα ἐπὶ ταύτης βεβήκοι.*

καὶ σεφθεῖσα] Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 113. 31. *σεφθεῖσα, ἀντὶ τοῦ σεβασθεῖσα. Πλάτων Φαίδρῳ.* Photius p. 508 = 438. ed. Dind. *Σέφθησαν· καὶ οἱ τραγικοί, καὶ Πλάτων Φαίδρῳ, ἀντὶ ἐσεβάσθησαν.* Suidas s. v. *Ἐσέφθη· ἐσεβάσθη, ἐτίμησεν, ἐθαύμασεν, ἐξεπλάγη.* Hesychius T. I. p. 1456. *Ἐσέφθην· ἐσεβάσθην, ἡσύχασα, ἠρχύνθην. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ.* Pro *ἰδοῦσα* exspectabas *ἰδών*, sc. *ὁ ἡνίοχος*: sed feminino utitur in animo habens praegressum istud *τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη*. Atque hinc nunc defendimus quod legitur Reipubl. VI. p. 503. E. *δυναὶ ἔσται ἐνεγκεῖν*, licet remotius sit *ἡ φύσις αὐτοῦ*.

D. *μόγις συνεχώρησε* — *ὑπερβαλέσθαι*] vix iis concedit rogantibus, ut

σφόδρα, ὥστε ἐπὶ τὰ ἰσχία ἄμφω καθίσαι τῷ ἵππῳ, τὸν μὲν ἑκόντα διὰ τὸ μὴ ἀντιτείνειν, τὸν δὲ ὑβριστὴν μάλα ἄκοντα. ἀπελθόντε δὲ ἀπωτέρω, ὁ μὲν ὑπ' αἰσχύνης τε καὶ θάμβους ἰδρῶτι πᾶσαν ἔβρεξε τὴν ψυχήν, ὁ δὲ, λήξας τῆς ὀδύνης, ἣν ὑπὸ τοῦ χαλινοῦ τε ἔσχε καὶ τοῦ πτώματος, μόγις ἐξαναπνεύσας ἐλοιδόρησεν ὀργῇ, πολλὰ κακίζων τόν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὁμόζυγα ὡς δειλίᾳ τε καὶ ἀνανδρίᾳ λιπόντε τὴν τάξιν καὶ ὁμολογίαν. καὶ πάλιν οὐκ ἐθέλοντας προιέναι ἀναγκάζων μόγις συνεχώρησε, δεομένων εἰσαῦθις ὑπερβαλέσθαι. ἐλθόντος δὲ τοῦ συντεθέντος χρόνου, [οὖ] ἀμνημονεῖν προσποιουμένω D

B. *καὶ σεφθεῖσα*] Vitiose aliquot libri *στρεφθεῖσα*: alii *στεφθεῖσα*.

C. *ἑλκύσαι τὰς ἡνίας*] V. *ἀνελκύσαι*, praeter fidem codicum.

in posterum differatur. Genitivus absolutus pro dativo, qui a verbo penderet, illatus. v. Matthiae Gr. §. 561. Schaefer. ad Aesop. p. 137. et 149. ed. Heus. ad Lambert. Bos. p. 50. ad Demosthen. de Corona p. 272. 11. ed. R. = p. 202. Apparat. coll. not. ad Reip. VII. p. 518. A. VIII. p. 547. C. Videlicet genitivi tum fere ponuntur, quum alterum orationis membrum, quo magis eius vis et gravitas percipiatur, tanquam per se absolute enuntiatur. Ita hoc loco, si rem ad amussim velis exigere, proprie dicitur: vix concedit, quum illi rogant, ut etc., quod etsi idem fere quod dativus casus significat, tamen hoc habet discriminis, quod rogantium mentio per se seorsum fit, neque ii a contumacis equi venia pendere cogitantur. Huc pertinet etiam illud Thucydidis I. p. 562. ed. Bauer. *πολεμοῦνται — ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων*. Idem dictum velim de Latinorum ablativo absoluto, quem eodem modo poni solere docebunt Dukerus ad Flor. IV, 12, 28. interpp. ad Sueton. Tiber. 31. Ruddimannus Institutt. Grammat. T. II. p. 302 sq.

[οὖ] *ἀμνημονεῖν προσποιουμένω* —] Nondum mihi persuasi istud *οὖ*, quod facile potuit e praecedenti syllaba oriri, a Platonis manu esse profectum. Nam quod Ast. ait, levitatis esse hanc syllabam invitis codd. mss. delere; viderit ipse, quam saepe se istius scilicet levitatis in Platone suo expoliendo reum fecerit. Leve esset voculam sine causa extinguere. Nunc res aliter est comparata. Nam quam vir optimus excogitavit explicationem, eam si a Graecae linguae natura et indole abhorrere dico, nihil mihi videor affirmare, quod a vero alienum sit. Vult enim *οὖ* illatum esse, quia scriptor deinceps fuerit dicturus *ἀναμιμήσκει*, sed impetu quodam, quo scilicet equi urgentis cupiditas egregie depingatur, ad participiorum usum fuerit abreptus. In quo nihil inest verisimilitudinis; neque istius picturae

ἀναμιμνήσκων, βιαζόμενος, χρεμετίζων, ἕλκων ἠνάγκασεν αὖ προσελθεῖν τοῖς παιδικοῖς ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους. καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἐγκύψας καὶ ἐκτείνας τὴν κέρκον ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν μετ' ἀναιδείας ἕλκει. Ε ὁ δ' ἡνίοχος ἔτι μᾶλλον ταὐτὸν πάθος παθών, ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀναπεσών, ἔτι μᾶλλον τοῦ ὑβριστοῦ ἵππου ἐκ τῶν ὀδόντων βίᾳ ὀπίσω σπάσας τὸν χαλινόν, τήν τε κακηγόρον γλῶτταν καὶ τὰς γνάθους καθήμαξε καὶ τὰ σκέλη τε καὶ τὰ ἰσχία πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας ὀδύναις ἔδωκεν. ὅταν δὲ ταὐτὸν πολλάκις πάσχων ὁ πονηρὸς τῆς ὕβρεως λήξῃ, ταπεινωθεὶς ἔπε-

D. καὶ ἐκτείνας τὴν κ.] Flor. g. h. Vind. 4. 7. alii ἐντείνας.

E. ταὐτὸν πάθος π.] V. ταὐτό, praeter fidem plurimorum optimorumque librorum. Deinde aliquot libri ὑπὸ ὕσπληγος.

κακηγόρον γλῶτταν] Ita Bekk. e ΔΠDGT. Vulgo κατήγορον.

τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐρ.] V. ποτ' ἤδη, quod e Bodl. aliisque plurimis emendatum.

καὶ δεδοικυῖαν ἔπεσθαι] δεδιυῖαν ΠGT, quod receperunt

elegantia nobis unquam placuit. — ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους, de quibus antea p. 254. A.

καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν — ἕλκει] ἦσαν dixit, quia aoristum εἵλκυσε erat subiuncturus, quem Boeckhius in Min. p. 167. frustra desiderat, quandoquidem praesens saepe ita cum illo aoristo copulatur, v. infra ad p. 255. D. Multo minus cum Buttmanno εἶσιν reposuerim. Paullo aliter loci integritatem defendere studuit Astius. Deinde ἐγκύψας est caput demittens, ut positum sit intransitive. Quae res quia non satis diligenter observata est, factum videtur, ut in bona librorum parte scriptum exstet καὶ ἐντείνας, quod olim cum Bekkero suscepimus. At enimvero ἐγκύψας non cum τὴν κέρκον cohaeret, sed per se seorsum accipiendum est, ut recte Ast. observavit.

E. ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀναπεσών —] Recte Heindorfius: velut statim a carceribus retro relapsus: ut haec verbis ταὐτὸν πάθος παθών interpretationis gratia adiecta sint. Spectant autem haec ad praecedentia illa: ἰδοῦσα δὲ ἕδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία, quod neminem, opinor, latere potest. De ὕσπληγι carcerum repagulo v. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. 20. — πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας, quod supra p. 254. C. dicebatur ἐπὶ τὰ ἰσχία ἀμφω καθίσαι τὼ ἵππω. — πληγαῖς ἔδωκεν, ut Reip. IX. p. 574. C. πληγαῖς δοῦναι. vid. Ast. et Heindorf. ad h. l.

P. 255. ἆρ' οὖν πᾶσαν θεραπείαν — εἰς ὁμιλίαν] Turpissimo glossemate expulso totius loci sententia haec est: Quum igitur omni cultu tanquam deus aliquis colatur ab amatore, non simulante amorem, sed revera illo affecto, ipseque natura amicus sit cultori (nam uterque eidem deo est quasi

ται ἤδη τῇ τοῦ ἡνιόχου προνοίᾳ, καὶ ὅταν ἴδῃ τὸν καλόν, φόβῳ διόλλυται. ὥστε ξυμβαίνει τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐραστοῦ ψυχὴν τοῖς παιδικοῖς αἰδουμένην τε καὶ δεδοικυῖαν ἕπεσθαι. Cap. XXXVI. *ἅτε οὖν πᾶσαν* 255
θεραπείαν ὡς ἰσόθεος θεραπεύομενος οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου τοῦ ἐρῶντος, ἀλλ' ἀληθῶς τοῦτο πεπονθότος, καὶ αὐτὸς ὢν φύσει φίλος [εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν] τῷ θεραπεύοντι, ἐὰν ἄρα καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ὑπὸ ξυμφοιτητῶν ἢ τινῶν ἄλλων διαβεβλημένος ᾖ, λεγόντων, ὡς αἰσχρὸν ἐρῶντι πλησιάζειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθῇ τὸν ἐρῶντα, προϊόντος δὲ ἤδη

Bekkerus et Astius. v. Buttm. Gr. Ampl. T. I. P. II. p. 103.

P. 255. *οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου* —] Bod. *οὐχ ὑποσχημένου*, quod a pr. man. mutatum in *οὐχ ὑποσχηματιζομένου*. Et sic scriptum in septem Florr.

εἰς ταὐτὸν ἄγει τ. φιλίαν] Omittunt haec verba Bodl. *ΓΣΦCDGHT.* quinque Florr. alii; recte. v. ann. Tum Steph. coni. *καὶ ἐὰν ἄρα*, vel *ἐὰν δ' ἄρα*.

ἀπωθῇ τὸν ἐρῶντα] V. *ἀπωθεῖ*, quod e duobus Florr., cod. H. et corr. *Γ* mutatum. Alii *ἀπωθοίη*.

dedicatus); etiamsi forte superiore tempore a condiscipulis et aliis quibusdam in rei odium et invidiam adductus fuerit, dictitantibus amanti appropinquare turpe esse, ideoque amatorem repudiet, tamen tempore iam procedente tum aetatis robur tum necessitas eum illuc perducunt, ut ipsum (amatorem) ad suam admittat consuetudinem. Quibus postremis haud scio an verba *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν* interpretationis gratia adscripta fuerint. Nihil vero iam in his inesse putamus, quod ullo modo molestum sit. Nam quod post *ἐὰν ἄρα καὶ* in apodosi *δὲ* infertur, de eo vide Hermannum ad Viger. p. 846 sq. annot. 544. Herodot. VII, 103. *εἰ γὰρ κεῖνον ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον.* Verbum *διαβάλλεσθαί τινι* ad Phaedon. p. 67. E. illustravimus. Male Heindorfius, Astius, alii, hoc loco deceptum esse interpretantur.

οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου — πεπονθότος] *τοῦτο*, videl. *τὸ ἐρᾶν*. Quod alii legunt *οὐχ ὑποσχηματιζομένου*, probantibus Ruhnkenio ad Tim. p. 245., Heindorfio, aliis, id etsi per se recte habet, quandoquidem *ὑποσχηματίζεσθαι* pro *προσποιεῖσθαι καὶ πλάττεσθαι* dici consuevit; tamen vulgatae lectioni nolim praeferre. Nam primum praepositione *ὑπὸ* aegre carnerim. Deinde facile potuit accidere, ut *ὑπὸ* cum sequenti *σχηματίζεσθαι* connecteretur, quia post *ἀλλὰ* non est repetitum. Quod tamen eiusmodi est, nihil ut habeat offensionis. Conf. infra p. 273. E. Demosthen. Olynth. I. p. 10. 32. Reisk. *ὅτε νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ.* Id. De Corona §.

τοῦ χρόνου ἥ τε ἡλικία καὶ τὸ χρεὼν ἤγαγεν εἰς τὸ
B προσέσθαι αὐτὸν εἰς ὁμιλίαν. οὐ γὰρ δή ποτε εἵμαρται κακὸν κακῷ φίλον οὐδ' ἀγαθὸν μὴ φίλον ἀγαθῷ εἶναι. προσεμένου δὲ καὶ λόγον τε καὶ ὁμιλίαν δεξαμένου, ἐγγύθεν ἡ εὔνοια γιγνομένη τοῦ ἐρῶντος ἐκπλήττει τὸν ἐρώμενον, διαισθανόμενον, ὅτι οὐδ' οἱ ξύμπαντες ἄλλοι φίλοι τε καὶ οἰκεῖοι μοῖραν φιλίας οὐδεμίαν παρέχονται πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον. ὅταν δὲ χρονίζῃ τοῦτο δρῶν καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἅ-
C πτεσθαι ἔν τε γυμνασίοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις, τότ' ἤδη ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγή, ὃν ἵμερον Ζεὺς Γανυμήδους ἐρῶν ὠνόμασε, πολλὴ φερομένη

εἰς τὸ προσέσθαι] V. *προέσθαι*, quod Heindorf. mutandum vidit. Multi libri *προεύσθαι*. Unus *Γ προσέσθαι*. Flor. i. *προσέσται*: unde recepta lectio confirmatur.

B. *μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι*] Bodl. et multi alii *μετὰ τοῦτο*

91. p. 264. B. *οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμετέροις ἤθεσιν ὥρισται.* Plat. Theaet. p. 149. C. *γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων.* Denique *σχηματίζεσθαι* simulandi significatione positum sicuti non ab usu loquendi abhorret, ita ab librariis facile postponi potuit usitatiori illi *ὑποσχηματίζεσθαι*.

B. *οὐ γὰρ δή ποτε — ἀγαθῷ εἶναι*] nunquam enim fato est constitutum, ut malus malo amicus sit, aut bonus non sit amicus bono. Illustrant haec verba quod modo dixerat *καὶ τὸ χρεὼν ἤγαγεν*. De sententia conf. Symp. p. 195. B. Lys. p. 214. A.

πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον] si ad amicum numine plenum comparentur.

ὅταν δὲ χρονίζῃ —] Subiectum, quod vocant, non esse amatorem, sed amasium, satis docent quae sequuntur: *καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι*, et *φερομένη πρὸς τὸν ἐραστήν*. Quocirca Ast. parum recte observavit *τοῦτο δρῶν* referri ad superiora illa *ἐγγύθεν ἡ εὔνοια γιγνομένη* et *φιλίαν παρέχονται*, quum intelligatur potius *τὸ προσέσθαι αὐτὸν καὶ λόγον τε καὶ ὁμιλίαν δέξασθαι*, ut iam Heindorf. et Schleiermach. animadverterunt. Ceterum de amore adolescentium in gymnasiis orto v. Sympos. p. 409. C. et Theag. p. 234. C.

C. *ὃν ἵμερον — ὠνόμασε*] Lepide Iupiter ipse, amoris philosophi auctor, fingitur *τοῦ ἱμέρου* nomen posuisse, de quo supra p. 251. C. Quod *ὃν ἵμερον* dictum est, pronomine relativo sequenti nomini accommodato, de eo iam olim praeter Heindorfium ad h. l. conferri iussimus Schaeferum ad Viger. p. 708. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. XLV. Hodie addes quae de hac loquendi forma, utriusque linguae scriptoribus communi, subtiliter disseruit G. T. A. Krüger De Attractione Linguae Lat. p. 122 sqq. §. 53.

τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα — διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν] De pulcritudinis effluvio (*κάλλους ἀποῤῥοή*) v. Aeschyl. Agam. 419. Sophocl. Antig. 795.

πρὸς τὸν ἐραστήν, ἡ μὲν εἰς αὐτὸν ἔδυ, ἡ δ' ἀπομεστουμένου ἔξω ἀπορρεῖ· καὶ οἷον πνεῦμα ἢ τις ἠχὼ ἀπὸ λείων τε καὶ στερεῶν ἀλλομένη πάλιν ὅθεν ὡρμήθη φέρεται, οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν, ᾗ πέφυκεν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἰέναι, ἀφικόμενον καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς διόδους τῶν πτερῶν ἄρδει τε καὶ ὥρμησε πτεροφυεῖν D τε, καὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου αὖ ψυχὴν ἔρωτος ἐνέπλησεν. ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δέ, ἀπορεῖ· καὶ οὐθ' ὅ τι πέπονθεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι, ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει, ὥσπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν

ἅπτεσθαι.

C. ἁλλομένη πάλιν] V. ἁλωμένη, quod e Bodl. Flor. a. b. c. g. h. θ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. α. al. et Euseb. Praep. Evang. XIII. 20. p. 709. C. emendatum.

Eurip. Hippolyt. 527. ibique Valcken. p. 224. Mox quod vulgo scribebatur ἀφικόμενον, καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς διόδους, id Heindorfium in eum induxit errorem, ut ἀναπτερῶσαν, quippe incommode neque usitato significatu positum, in ἀναπληρῶσαν mutandum putaret. At enim vero recte observavit Astius τὰς διόδους cum sqq. ἄρδει cohaerere, ut ad ἀναπτερῶσαν intelligendum sit αὐτόν. — De praesentis ἄρδει cum aoristo ὥρμησε coniunctione vide Heindorf. ad Phaedon. p. 84. D. Matth. Gr. §. 504.

D. καὶ οὐθ' ὅ τι πέπονθεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι] Hic locus non caret offensione. Nam etiamsi concesseris non praeter usum rectamque rationem post οὔτε hoc loco in altero membro οὐδέ inferri, de quo loquendi genere alibi explicavimus, tamen nemo erit quin facile largiatur ita hunc potius requiri verborum collocationem: καὶ ὅ τι πέπονθεν οὔτ' οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι. Quocirca haud scio an Buttmanno accedendum sit οὐδ' ὅ τι πέπονθεν emendanti. Nam ita haec emergit verborum sententia: ne hoc quidem novit, quid sit illud, quo affectus sit, neque eloqui illud potest. Quippe ita prius οὐδέ est ne quidem; alterum autem copulandi vim et potestatem habet.

ἀλλ' οἷον — λέληθε] sed quasi per alium lippitudine affectus causam rei nullam afferre potest, sed tanquam in speculo in amatore suam ipsius imaginem inscius conspicit: hoc est, amatoris adspectu ipse quoque amoris affectu movetur atque concitatur. Elegans comparatio ducta a veterum opinione, qua credebant morbos oculorum per ipsum adspectum communicari; qua de re Heindorf. conferri iussit Gessnerum ad Orat. de Haruspicum Respons. p. 345. ed. Wolf. Loco genitivi ὀφθαλμίας etsi accusativus expectabatur ὀφθαλμίαν, quia ἀπολαύειν τινος est fructum ex aliqua re percipere; tamen genitivum partitionis lo-

ὁρῶν λέληθε. καὶ ὅταν μὲν ἐκεῖνος παρῇ, λήγει κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ τῆς ὀδύνης· ὅταν δὲ ἀπῇ, κατὰ ταὐτὰ αὖ ποθεῖ καὶ ποθεῖται, εἴδωλον ἔρωτος ἀντέρωτα
E ἔχων· καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἴεται οὐκ ἔρωτα, ἀλλὰ φιλίαν εἶναι. ἐπιθυμεῖ δὲ ἐκείνῳ παραπλησίως μέν, ἀσθενεστέρως δὲ ὁρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι. καὶ δή, οἷον εἰκός, ποιεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ταχὺ ταῦτα. ἐν οὖν τῇ συγκοιμήσει τοῦ μὲν ἐραστοῦ ὁ ἀκόλαστος ἵππος ἔχει ὅ τι λέγει πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ
256 ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι· ὁ δὲ τῶν παιδικῶν ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, σπαργῶν δὲ καὶ ἀπορῶν περιβάλλει τὸν ἐραστὴν καὶ φιλεῖ, ὡς σφόδρ' εὔνουν ἀσπαζόμενος, ὅταν τε συγκατακέωνται, οἷός ἐστι μὴ ἂν ἀπαρνηθῆναι τὸ αὑτοῦ μέρος χαρίσασθαι τῷ ἐρῶν-

D. ἀντέρωτα ἔχων] V. ἀντ' ἔρωτος ἔχων. Veram lectionem codd. fere omnes servarunt. Bodl. ἀντ' ἔρωτα, unde erroris causa apparet. v. Cens. in Ephemer. Ienens. a. 1824. n. 208. p. 213.

E. ἔχει ὅ τι λέγει] V. λέγοι. Codd. omnes λέγει. Bekkerus

cum habere posse, etiamsi accipiendi notio verbo sit attributa, plane nobis persuasimus. Vide quae scripsimus ad Reipubl. III. p. 395. C. coll. Matth. Gr. §. 327. Dein poterat etiam dici: ὥςπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἐρῶντι, praepositione secundo loco omissa: sed vide annot. ad Euthyphron. p. 9 sq. ad Phaedon. p. 58. — κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ, pariter atque ille.

ἐν τῷ τοῦ Διὸς —] Leniter Phaedrum increpat, quod narrationi adhuc expositae ideo nihil tribuat, quia ea ex Aegypto repetita sit. Prisci illi Graeci, inquit, vel quercus et rupes audiendas putarunt, si modo vera proderent; tu curabis, qua natione vel gente sit oriundus qui quid dixerit, nec illud potius perpendes, vere an secus ille iudicaverit? De quercu Dodonaea v. Herod. II. 52. Quod autem addit *καὶ πέτρας*, ob oculos habuit illud *ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας*, Odyss. XIX, 163. Iliad. XXII, 126., quod abierat in proverbium, de qua re primus monuit Heindorf. [Conf. Goettling. ad Hesiod. Theog. 35. V. C. F. R.].

ΦΑΙ. Ὀρθῶς ἐπέπληξας· καί μοι δοκεῖ περὶ γραμμάτων ἔχειν ἥπερ ὁ Θηβαῖος λέγει.

Cap. LX. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τέχνην οἰόμενος ἐν γράμμασι καταλιπεῖν καὶ αὖ ὁ παραδεχόμενος, ὡς τι σαφὲς καὶ βέβαιον ἐκ γραμμάτων ἐσόμενον, πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι καὶ τῷ ὄντι τὴν Ἄμμωνος μαντείαν
D ἀγνοοῖ, πλέον τι οἰόμενος εἶναι λόγους γεγραμμένους τοῦ τὸν εἰδότα ὑπομνῆσαι περὶ ὧν ἂν ᾖ τὰ γεγραμμένα;

ΦΑΙ. Ὀρθότατα.

ΣΩ. Δεινὸν γάρ που, ὦ Φαῖδρε, τοῦτ' ἔχει γραφὴ καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίᾳ. καὶ γὰρ τὰ ἐκείνης ἔκγονα ἕστηκε μὲν ὡς ζῶντα, ἐὰν δ' ἀνέρῃ τι, σεμνῶς πάνυ σιγᾷ. ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ λόγοι· δόξαις μὲν ἂν ὥς τι φρονοῦντας αὐτοὺς λέγειν, ἐὰν δέ τι ἔρῃ τῶν λεγομένων βουλόμενος μαθεῖν, ἕν τι σημαί-
E νει μόνον ταὐτὸν ἀεί. ὅταν δὲ ἅπαξ γραφῇ, κυλινδεῖται μὲν πανταχοῦ πᾶς λόγος ὁμοίως παρὰ τοῖς

C. πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι] Bodl. ἄν om. cum *ΑΠ*D NOP. Flor. g. h. Vind. 4. 7. *a*. Tum *γέμει* praebent Parr. DNP. Vind. 4. 7. *a*, Flor. g. h. Pro vulg. *ἀγνοεῖ* e Bodl. *ΓΑΠ*BCH. Flor. a. c, *θ*. Vind. 1. *ἀγνοοῖ* recepimus.

E. κυλινδεῖται μὲν] καλινδεῖται *Σ*Φr. Recte Fischer. ad

C. Ὀρθῶς ἐπέπληξας] ἐπιπλήττειν saepe poni vel de lenissima reprehensione docuit Heindorf. ad Theaet. p. 158. A. Ceterum compares Charmid. p. 155. A. ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, καὶ καλοῦμεν αὐτόν, Hipp. Mai. p. 291. D. πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἵππια, καὶ καλῶς γε νῦν ὑπολαμβάνεις. Gorg. p. 463. C. ἐρωτῶ δή, καὶ ἀπόκριναι. Conf. ibid. p. 462. B. p. 449. C. Supra p. 269. C. Theaet. p. 161. B.

πλέον τι οἰόμενος —] Erravit Ast. πλέον εἶναι hic prodesse explicans, quam significationem non nisi ubi dativus personae adiectus est locum obtinere exploratum habemus. Quocirca ego quidem verba sic interpretor: quum sibi persuaserit orationes literis consignatas pluris esse faciendas, quam si quis ipsarum rerum peritus in memoriam revocare queat ea, quae scripta sint. Quippe ostendit Socrates scriptionem ipsi scientiae esse postponendam. Neque quidquam offensionis habet locutio πλέον εἶναι, plus pretii habere, pluris aestimandum esse; in qua nescio cur Heindorf. adeo haeserit.

ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ λόγοι] eademque ratio est orationum. De hoc ταὐτὸν dictum est ad Reipubl. VII. p. 535. D. Sympos. p. 178. E. Deinde ad ση-

ἐπαίουσιν, ὡς δ' αὕτως παρ' οἷς οὐδὲν προσήκει, καὶ οὐκ ἐπίσταται λέγειν οἷς δεῖ γε καὶ μή. πλημμελούμενος δὲ καὶ οὐκ ἐν δίκῃ λοιδορηθεὶς τοῦ πατρὸς ἀεὶ δεῖται βοηθοῦ· αὐτὸς γὰρ οὔτ' ἀμύνασθαι οὔτε βοηθῆσαι δυνατὸς αὑτῷ.

ΦΑΙ. Καὶ ταῦτά σοι ὀρθότατα εἴρηται.

ΣΩ. Τί δ'; ἄλλον ὁρῶμεν λόγον, τούτου ἀδελ- 276
φὸν γνήσιον, τῷ τρόπῳ τε γίγνεται, καὶ ὅσῳ ἀμείνων καὶ δυνατώτερος τούτου φύεται;

ΦΑΙ. Τίνα τοῦτον, καὶ πῶς λέγεις γιγνόμενον;

ΣΩ. Ὃς μετ' ἐπιστήμης γράφεται ἐν τῇ τοῦ μανθάνοντος ψυχῇ, δυνατὸς μὲν ἀμῦναι ἑαυτῷ, ἐπιστήμων δὲ λέγειν τε καὶ σιγᾶν πρὸς οὓς δεῖ.

ΦΑΙ. Τὸν τοῦ εἰδότος λόγον λέγεις ζῶντα καὶ ἔμψυχον, οὗ ὁ γεγραμμένος εἴδωλον ἄν τι λέγοιτο δικαίως.

Cap. LXI. ΣΩ. Παντάπασι μὲν οὖν. τόδε δή μοι εἰπέ. ὁ νοῦν ἔχων γεωργός, ὧν σπερμάτων κή- B

Phaedon. p. 341. et ad Xenoph. Cyr. I. 4. 5. praetulit formam κυλινδεῖται. cfr. Bornem. ad Xenoph. Symp. p. 208.

P. 276. τῷ τρόπῳ τε γ.] τε nuper revocatum est ex optimis plurimisque codicibus.

μαίνει e praegressis intell. ὁ λόγος, ut oratio a plurali ad singularem numerum transisse existimanda sit.

E. πλημμελούμενος δὲ καὶ —] Demosthen. De Coron. p. 279. 4. ed. Reisk. τὸν θεὸν πλημμελούμενον, ubi Schaeferus huius loci non immemor fuit, laudans praeterea Stephani Thes. c. 7720. A.

P. 276. τούτου ἀδελφὸν γνήσιον] Intelligitur vivus sermo, h. e. colloquium, institutio, doctrina. Eo utebatur Socrates, ideoque nunc opponitur vanae illi et iactabundae rhetoricae, quae omni philosophia orbata sibi unice in inanibus orationis ornamentis ac lenociniis captandis placebat.

B. ὧν σπερμάτων κήδοιτο —] Relativum positum fere pro εἴ τινων. Menon. p. 92. B. πῶς οὖν, ἄν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἶης. Ibid. p. 89. E. οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὐ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι; Ibid. p. 96. C. Hipp. Mai. p. 284. A. Charmid. p. 171. E. Xenoph. Anab. I. 3, 17. Cyrop. I. 6, 19. Ad καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι pronomen ἃ accusandi casu repetendum, quae pervulgaris est loquendi ratio.

δοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν χαίροι θεωρῶν καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους, ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἄν, ὅτε καὶ ποιοῖ, ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἂν τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα;

C *ΦΑΙ. Οὕτω που, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ ὡς ἑτέρως ἄν, ἢ λέγεις, ποιοῖ.*

ΣΩ. Τὸν δὲ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμας ἔχοντα τοῦ γεωργοῦ φῶμεν ἧττον νοῦν

B. *τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἂν τέχνῃ*] V. *τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τ.* Prius *ἂν* omittunt libri fere omnes; posterius Bodl. Flor. *θ. ΔΠΟΤ.* post *τέχνῃ* collocant.

C. *φῶμεν ἧττον νοῦν ἔχειν*] V. *ἥττω*, quod e Bodl. *ΓΑΦ* BCEFGH. septem Florentinis, aliis, correctum.

εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν] De hortis Adonidis multi multa scripserunt, veluti Meursius in Graecia Feriata, in Gronov. Thes. VII. p. 706. Zornius ad Hecataeum Abderit. p. 167. Valcken. ad Theocrit. Adoniazus. v. 132. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 79. Bast. Epist. Crit. p. 153 — 159. Böttiger. in Sabina, p. 225 sq. Creuzer. in Annal. Heidelberg. a. 1801. fasc. I. p. 43 sqq. Breviter rem complexus est Wüstemann. ad Theocrit. Id. XV. 135, quem vide. Nos Suidam audiamus: *Ἀδώνιδος κῆποι*, inquit, *ἐκ Θριδάκων καὶ μαράθρων, ἅπερ κατέσπειρον ἐν ὀστράκοις. χρῶνται δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιπολαίων καὶ κούφων τῇ παροιμίᾳ*, et mox: *Ἀδώνιδος κῆπος, ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐμμενόντων.* Verbum arandi de tota agricultura adhibitum bene defendit Buttmannus. Est igitur hoc loco idem quod inserere. Nam aratio proprie dicta in Adonidis hortis sane nulla intelligi potest. v. Schneider. Lex. s. v. Sententia verborum haec est: Prudens agricola, num semina, quae ipsi curae cordique sint, quaeque velit esse frugifera, studiose aestatis tempore inarabit, gaudebitque ea videns intra octo dies propullulantia, an istud quidem ludi festaeque oblectationis gratia faciet, si quando faciat, illa vero, quae serio tractet, ubi agri colendi arte usus, in solum suum immiserit, satis habebit, si mense octavo quae severit ad maturitatem pervenerint? Absurde scribebatur *τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ — ἀγαπῴη ἄν.* Neque enim duae hic notiones sunt, sed una, *χρῆσθαι γεωργικῇ*. v. Hermannum de *ἂν* particula p. 189. libr. IV. c. 5., qui huius loci non fuit immemor.

C. *τὰ δὲ ὡς ἑτέρως*] Saepe *ὡς ἑτέρως*, quod dicitur ut *ὡς αὔτως*, apud optimos quosque scriptores reperitur. v. Sophist. p. 266. A. Tim. p. 63. E. Demosth. pro Coron. p. 252. 7.

ἔχειν εἰς τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα;

ΦΑΙ. Ἥκιστά γε.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλανι σπείρων διὰ καλάμου μετὰ λόγων ἀδυνάτων μὲν αὐτοῖς λόγῳ βοηθεῖν, ἀδυνάτων δὲ ἱκανῶς τἀληθῆ διδάξαι.

ΦΑΙ. Οὔκουν δὴ τό γ' εἰκός.

ΣΩ. Οὐ γάρ· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν σπερεῖ τε καὶ γράψει, ὅταν γράφῃ, ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται, καὶ παντὶ τῷ ταὐ- D

Οὔκουν δὴ τό γ' εἰκός] Bodl. Flor. g. h. οὐκ οὖν. Paullo ante vulgo ἀδυνατῶν, quod ex codd. nonnullis emendatum.

D. γράψει, ὅταν γράφῃ] Editt. vett. et codd. mss. ὅταν δὲ γράφῃ. Recte Bekker. δὲ abiecit.

298. 21. al. conf. Kön. ad Gregor. Corinth. p. 76. Atque hinc prudenter Schoemannus ad Isaeum p. 368. defendit, quod ibi legitur, καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι.

ἐν ὕδατι γράψει] Proverbium ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων, ut ait Suidas. vid. intpp. ad Lucian. Catapl. §. 21. Gatak. Opp. Critt. p. 527. Huschk. Anal. Critt. p. 62., qui iam ab aliis sunt laudati. Loci utique paullulum obscuri sensum hunc putamus esse: Non igitur illa (τὰ ὄντα, καλά, ἀγαθά, quae cognovit) studiose in aqua inscribet, atramento ea per calamum spargens atque per orationes, quae sibimet ipsis non valeant ratione et oratione succurrere, neque vera satis explicare possint: h. e. non inanem perdet operam scribendo, quandoquidem quae chartis mandantur non tantum valent ad alios instituendos et erudiendos, quantum viva magistri vox, quae et dubitationibus, si quae oriantur, facile occurrat, et in illustranda rerum veritate plurimum efficere possit. Superest, ut de singulis moneamus. Itaque μέλανι est atramento, usu frequenti. Verba μετὰ λόγων non cum σπείρων connectenda sunt, quod putabat Heindorf., sed cum διὰ καλάμου, ut διὰ καλάμου μετὰ λόγων idem fere sit, quod διὰ καλάμου καὶ λόγων. Supra p. 253. E. μάστιγι μετὰ κέντρων, h. e. καὶ κέντροις. Ibid. D. τιμῆς ἐραστὴς μειὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς. Legg. X. p. 906. A. B. Denique facete dictum, λόγοι ἑαυτοῖς λόγῳ βοηθεῖν ἀδύνατοι, in quibus λόγῳ per dilogiam intellexerim de ratione pariter atque oratione.

D. ὅταν γράφῃ] h. e. si quando scribat. Antea B. δρυὸς ἄν, ὅτε καὶ ποιοῖ. Vitiosum est quod vulgo edebatur ὅταν δὲ γράφῃ, recte a Bekkero correctum.

ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα —] Locus quantopere a posterioris aetatis scriptoribus celebratus sit, docebunt quae docte collegit Ast. Commentar. ad h. l. p. 602. Pro εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται Kusterus ad Suid. T. II. p. 438. corrigebat εἰς τὴν τοῦ γή-

τὸν ἴχνος μετιόντι, ἡσθήσεταί τε αὐτοὺς θεωρῶν φυομένους ἀπαλούς· ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς ἄλλαις χρῶνται, συμποσίοις τε ἄρδοντες αὐτοὺς ἑτέροις τε ὅσα τούτων ἀδελφά, τοτ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει.

E ΦΑΙ. Παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν, ὦ Σώκρατες, τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν, δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις πέρι μυθολογοῦντα.

ΣΩ. Ἔστι γάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, οὕτω. πολὺ δ', οἶμαι, καλλίων σπουδὴ περὶ αὐτὰ γίγνεται, ὅταν τις τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ χρώμενος, λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν, φυτεύῃ τε καὶ σπείρῃ μετ' ἐπιστήμης λόγους,
277 οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ ἄκαρποι, ἀλλ' ἔχοντες σπέρμα, ὅθεν ἄλλοι ἐν ἄλλοις ἤθεσι φυόμενοι τοῦτ' ἀεὶ ἀθάνατον παρέχειν ἱκανοί, καὶ τὸν ἔχοντ' εὐδαιμονεῖν ποιοῦντες, εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα.

ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς] Hic quoque vulgo δὲ post ὅταν inserfum legebatur. Abiecimus illud nunc auctoritate Bodl. Flor. a. b. g. h. i. Θ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. et reliquorum librorum omnium praeter Paris. E. Stephan. coni. ὅταν τε ἄλλ.

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω π.] V. λέγων, quod e Vind. 4. 7. α. et marg. Par. F. mutatum. Aliquot libri λέγοι.

P. 277. ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ ἄκαρποι] Omisimus τε vulgo post ἱκανοὶ interpositum cum Flor. c. g. Vind. 7. α. ΔΠΝΡ. Delevit

ρως λήθην. Quem prudenter refellit Toupius Emendatt. in Suid. T. II. p. 254. ed. Lips. Nimirum intelligitur senectus, quae oblivionem sibi propriam habet. — ὑπομνήματα, commentarios, quibus memoriae infirmitas sublevetur. — ταὐτὸν ἴχνος μετιόντι, item ad senectutem provecto.

ὅταν, ἄλλοι παιδιαῖς —] Nulla particula opus, quum haec praecedentium verborum explicationem contineant, ut Ast. acute pervidit. Usum verbi ἄρδειν illustravit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 117. et Sept. Sap. Conviv. p. 151. E. Cum universa sententia Victor. Varr. Lectt. XII, 18. comparat Cic. pro Arch. c. 13. quare quis me tandem reprehendat — si, quantum ceteri ad res quas obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates — conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumsero?

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει] h. e. loco istarum delicarum tempus transiget iis ludens rebus, quas dico, h. e. scriptionibus illis. Heindorf. malebat ἐν οἷς λ. π., sed prae-

ΦΑΙ. Πολὺ γὰρ τοῦτ' ἔτι κάλλιον λέγεις.

Cap. LXII. *ΣΩ. Νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤδη, ὦ Φαῖδρε, δυνάμεθα κρίνειν, τούτων ὡμολογημένων.*

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Ὧν δὴ πέρι βουληθέντες ἰδεῖν ἀφικόμεθα εἰς τόδε, ὅπως τὸ Λυσίου τε ὄνειδος ἐξετάσαιμεν τῆς τῶν λόγων γραφῆς πέρι, καὶ αὐτοὺς τοὺς λόγους, οἳ B *τέχνῃ καὶ ἄνευ τέχνης γράφοιντο. τὸ μὲν οὖν ἔντεχνον καὶ μὴ δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι μετρίως.*

ΦΑΙ. Ἔδοξέ γε δή. πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς.

ΣΩ. Πρὶν ἄν τις τό τε ἀληθὲς ἑκάστων εἰδῇ περὶ ὧν λέγει ἢ γράφει, κατ' αὐτό τε πᾶν ὁρίζεσθαι δυνατὸς γέγηται, ὁρισάμενός τε πάλιν κατ' εἴδη μέχρι τοῦ ἀτμήτου τέμνειν ἐπιστηθῇ· περί τε ψυχῆς φύσεως διιδὼν κατὰ ταὐτὰ τὸ προσαρμόττον ἑκάστῃ φύσει C *εἶδος ἀνευρίσκων οὕτω τιθῇ καὶ διακοσμῇ τὸν λόγον, ποικίλῃ μὲν ποικίλους ψυχῇ καὶ παναρμονίους*

etiam Bekker.

B. *πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς*] Haec verba, vulgo una cum sequentibus *πρὶν ἄν κ. τ. λ.* Socrati tributa, Phaedro adscribenda esse primus vidit Schleierm. Et sic codices aliquot.

κατ' αὐτό τε πᾶν ὁρ.] Sic codd. optimi atque plurimi loco vulg. *κατ' αὐτό γε π.*, quod Steph. mutatum volebat in *καθ' αὐτά γε π.*

διιδὼν κατὰ ταὐτά] V. *κατὰ ταῦτα*, quod correxit Bekker.

positione sermonem facile carere recte Buttm. admonuit. Nec probo I. Bekium ad Cleomed. p. 440 conicientem οἷς *λέγω π. ἐνδιάξει.*

K. *Παγκάλην λέγεις*] Feminina huius adiectivi forma legitur etiam Hipp. Mai. p. 288. C. Legg. IV. p. 722. C. De Republ. I. p. 338. A. al. Disputavit de hoc genere nonnulla Lobeck. ad Aiac. v. 175. — *μυθολογεῖν* nunc dicitur is, qui in eiusmodi rebus rimandis veluti ingenio suo indulget animumque tanquam narrationibus et fabulis oblectat, libere in earum tractatione versans neque dialectica utens severitate. Mox ad *λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν* contendas Gorg. p. 486. A. *εἴ τις εὑρὼν λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἤθηκε χείρονα.*

P. 277. *βοηθεῖν ἱκανοί*] Intell. *εἰσί*, quod post *ἱκανὸν* omitti solere ostendit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 334. Hinc deinceps *ἀλλ' ἔχοντες* dicitur, quod eo minus offendet, quo frequentius legitur *εἰμὶ ἔχων*, v. ad Reip. X. p. 602. C. Phaedon. p. 69. B. al. — *ἄλλοι*, inl. *λόγοι*. — *τοῦτ' ἀεὶ ἀθ. παρ.*, sc. *τὰ ἀπέρματα ἐκείνων τῶν λόγων*. — Pro *φυόμενοι* fortasse *φύονται* scribendum, nisi demum ad *ἱκανοὶ* intelligas *εἰσί*, quae tamen ratio paullo durior.

B. *κατὰ ταὐτά*] itidem, pariter.

διδοὺς λόγους, ἁπλοῦς δὲ ἁπλῆ, οὐ πρότερον δυνατὸν τέχνῃ ἔσεσθαι καθ' ὅσον πέφυκε μεταχειρισθῆναι τὸ λόγων γένος, οὔτε τι πρὸς τὸ διδάξαι οὔτε τι πρὸς τὸ πεῖσαι, ὡς ὁ ἔμπροσθεν πᾶς μεμήνυκεν ἡμῖν λόγος.

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν τοῦτό γε οὕτω πως ἐφάνη.

Cap. LXIII. *ΣΩ. Τί δ' αὖ περὶ τοῦ καλὸν*
D *ἢ αἰσχρὸν εἶναι τὸ λόγους λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ ὅπῃ γιγνόμενον ἐν δίκῃ λέγοιτ' ἂν ὄνειδος ἢ μή, ἆρα οὐ δεδήλωκε τὰ λεχθέντα ὀλίγον ἔμπροσθεν —*

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

D. *ἢ μή, ἆρα οὐ δεδήλωκε*] Vulgatum *εἰ μὴ ἄρα* correxerunt Cornar. et Heindorf. Et *ἢ* in Parr. DF. superscriptum exstat. *ἢ γράψει ἰδίᾳ*] V. *γράφει*, quod e Bodl. *ΔΞΠ*DNOPT.

D. *εἴτε Ἀνύτου ἢ τις ἄλλος*] Sic *ἢ* post *εἴτε* illatum De Rep III. p. 533. B. Legg. V. p. 739. D Aristoph. Nubb. 272 sqq. Alia dabunt Schaefer. Melett. p. 5. Lobeck. ad Aiac. p. 245 sq. Iacobs ad Achill. Tat. p. 946. Habet autem Lysiae commemoratio plurimum ponderis, ut *ἤ τις ἄλλος* veluti obiter adiiciatur. Intelligitur vero alius aliquis, Lysiae similis, id quod ex ipsa sententiae ratione facile intelligitur. Tum *νόμους τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων* adiectum est ad explicandam vocabuli *δημοσίᾳ* vim et potestatem. Quippe *τὸ δημοσίᾳ γράφειν* cernitur in eo, ut quis legum formulas componat coque scriptionem *πολιτικὴν* exhibeat. Nam leges sunt *συγγράμματα πολιτικά*, ut p. 258. A. Itaque non haerendum in isto *νόμους τιθείς*, quod Schleierm. pro glossemate habebat, non dissentiente Heindorfio. Nam prius participium, id quod nuper Ast monuit prudentissime, modum et rationem alterius indicat: indem er Gesetze gebend eine Staatsschrift verfasst. Proxima verba, in quibus omnem sententiae vim positam esse liquet, proprie de omni scriptionis genere valere debent. Nam ego si quid video, ipsa res hanc fere postulat sententiam: ita ut sibi persuadeat scriptionibus suis insignem quandam inesse constantiam et perspicuitatem, quum tamen in iis veri desideretur scientia et cognitio. Itaque rem si ad amussim exigimus, hoc fere modo scriptum esse oportuit: *σύγγραμμὰ πολιτικὸν γράφων, μεγάλην τινὰ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἡγούμενος βεβαιότητα καὶ σαφήνειαν ἐνεῖναι.* Atque hoc ipsum sentiens Heindorf. *καὶ* delendum censuit. Veruntamen huic rationi illud officit, quod *καὶ* in libris omnibus constanter servatum est. Quocirca praestat fortasse Astii explicatio, qui orationem censet, interpositis post *δημοσίᾳ* verbis *νομοὺς τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων* ita esse mutatam, ut sequentia proxime praegressis annexa sint et ad ea conformata. At enim etsi hoc satis speciosum est, tamen ad persuadendum non sufficit. Residet enim alius scru-

ΣΩ. Ὡς εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ; νόμους τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, καὶ μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν, οὕτω μὲν ὄνειδος τῷ γράφοντι, εἴτε τίς φησιν εἴτε μή. τὸ γὰρ ἀγνοεῖν ὑπαρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι καὶ κακῶν καὶ ἀγαθῶν οὐκ ἐκφεύγει τῇ ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι, οὐδὲ ἂν ὁ πᾶς ὄχλος αὐτὸ ἐπαινέσῃ. E

ΦΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἑκάστου παιδιάν τε ἡγούμενος πολλὴν ἀναγκαῖον εἶναι,

Flor. g. h. θ. Vind. 7. Mon. correctum. Mox *A* habet *ἑαυτῷ* pro *ἐν αὐτῷ*. Par. P. *ἐν ἑαυτῷ*.

pulus, quem miror neminem dum sensisse. Quid enim? num probam censes locutionem esse: *ἡγεῖσθαι βεβαιότητα καὶ σαφήνειαν ἐν συγγράμματί τινι*, putare in aliqua scriptione inesse firmitatem atque perspicuitatem? Mihi vero ea a Graecitate aliena esse videtur. Quod si vere statuimus, locum apparet graviorem suscepisse maculam. Sed quid multa? Totus locus ita refingendus videtur: *γράφων, εἶναι μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν.* Iam quod sequitur *οὕτω μέν*, ista quidem conditione, significat: si tam temerariam de scriptis suis opinionem susceperit. Quod autem *ἐν αὐτῷ* dixit, fecit hoc vel propter antegressum *σύγγραμμα*, vel quia ad *ἔγραψεν* et *γράψει* sponte intelligitur *τι* pronomen infinitum.

E. *Ὕπαρ τε καὶ ὄναρ*] h. e. omnino. Dictio proverbialis, ut *οὔτ' ὄναρ οὔθ' ὕπαρ*, quo Plato Phileb. p. 36. E. al. utitur, v. Lobeck. ad Phryn. p. 422 sq. Dein *ἀγνοεῖν* cum *περὶ* et genitivo iunctum, quemadmodum *ἐπίστασθαι*, *εἰδέναι*, *ἐπαίειν*, de quibus dictum est supra. Ad *οὐκ ἐκφεύγει* sequente *μὴ οὐκ ἐπ. εἶναι* contendas Isaeum De Apollodor. heredit. §. 3. *οὐ διαφεύγει μὴ οὐ — γιγνώσκεσθαι.* Plat. Sophist. p. 235. B. *οὐκέτ' ἐκφεύξομαι — τὸ μὴ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τῶν θαυμασιοποιῶν* εἷς. v. Wex ad Sophocl. Antig. p. 142.

Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ —] Qui vero in scripto de quacunque re sermone necessario multum lusum inesse arbitratur, nec unquam ullum sermonem versibus vel sine versibus multo dignum studio scriptum putat aut dictum esse, sicuti *ῥαψῳδούμενοι* illi sermones nulla adhibita disquisitione et explicatione persuadendi causa recitari consueverunt; sed revera optimos eorum scientibus recordationi inservisse etc. In his verba: *ὡς οἱ ῥαψῳδούμενοι — εἴρηται*, nescio cur interpretibus tam multum negotii crearint. Continet enim explicationem praecedentis *οὐδὲ λεχθῆναι.* Nam quum Socrates nega-

καὶ οὐδένα πώποτε λόγον ἐν μέτρῳ οὐδ' ἄνευ μέτρου μεγάλης ἄξιον σπουδῆς γραφῆναι οὐδὲ λεχθῆναι, ὡς οἱ ῥαψῳδούμενοι ἄνευ ἀνακρίσεως καὶ διδαχῆς πει-
278 θοῦς ἕνεκα ἐλέχθησαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτῶν τοὺς βελτίστους εἰδότων ὑπόμνησιν γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς διδασκομένοις καὶ μαθήσεως χάριν λεγομένοις καὶ τῷ ὄντι γραφομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν [ἐν] μόνοις τό τε ἐναργὲς εἶναι καὶ τέλεον καὶ ἄξιον σπουδῆς· δεῖν δὲ τοὺς τοιούτους λόγους αὐτοῦ λέγεσθαι οἷον υἱεῖς γνησίους εἶναι, πρῶτον μὲν τὸν ἐν ἑαυτῷ, ἐὰν εὑρεθεὶς ἐνῇ, ἔπειτα εἴ
B τινες τούτου ἔκγονοί τε καὶ ἀδελφοὶ ἅμα ἐν ἄλλαις ἄλλων ψυχαῖς κατ' ἀξίαν ἐνέφυσαν· τοὺς δὲ ἄλλους χαίρειν ἐῶν — οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει,

E. ὡς οἱ ῥαψῳδ.] Schleierm. coni. ὅσοι.

P. 278. ἐν μόνοις τό τε ἐναργὲς] V. ἐν μόνοις ἡγούμενος τό τε ἐν. Participium non iterant *A.* et pr. *H.* cum Bodl. Delevit etiam Bekker.; irrito conatu nuper defendit Buttm. Mox cum Heindorfio correxi αὐτοῦ pro αὖτοῦ.

B. οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κ.] δὴ ΞDNOP. Flor. g. Vind. 4. Male.

καὶ οὔ τε ἑλθών] Flor. g. h. Vind. 4. 7. *a.* NP. καὶ οὔ γε, quod iam non probaverim. Nam τε ponit significaturus se et ipsum amasio suo aliquid esse dicturum: unde mox Phaedrus: τί δὲ σύ;

visset ullam unquam orationem magno dignam studio scriptam esse aut dictam, alterum hoc accuratius erat explicandum. Monet igitur hoc non nisi de iis valere orationibus, quae sine accurata rerum pervestigatione recitarentur eo tantum consilio, ut efficeretur aliqua persuasio. Quod nemo est quin videat de orationibus sophisticis et forensibus esse accipiendum. Quippe hae necessario erant ab iis sermonibus discernendae, qui μαθήσεως χάριν, ut deinceps ait, instituuntur atque philosophis digni sunt. Quae si probabiliter disputavimus, nemo iam erit, qui vel cum Astio totum hoc comma tanquam ingenii male sani foetum abiiciendum, vel cum Schleiermachero et Heindorfio ὅσοι pro ὡς οἱ legendum censeat. Ceterum ἀνάκρισις, quae proprie in iudicio habebat locum, cum Heindorfio intelligenda de disquisitione et censura orationum. Διδαχὴ autem haud dubie refertur ad eos, qui docent, qua quidque de causa dixerint et explicaverint.

P. 278. μαθήσεως χάριν λεγομένοις —] h. e. in philosophis orationibus. Mox aut ἐν ταύτοις μόνοις cum Heindorfio corrigendum, aut ἐν funditus delendum putamus, quandoquidem in eiusmodi repetitionibus sola praepositio sine pronomine stare non potest. Ceterum τὸ ἐναργὲς respondet τῇ σαφηνείᾳ, τὸ τέλεον autem τῇ βεβαιότητι, quam antea

ὦ Φαῖδρε, εἶναι οἷον ἐγώ τε καὶ σὺ εὐξαίμεθ' ἂν σέ τε καὶ ἐμὲ γενέσθαι.

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν ἔγωγε βούλομαί τε καὶ εὔχομαι ἃ λέγεις.

Cap. LXIV. ΣΩ. Οὐκοῦν ἤδη πεπαίσθω μετρίως ἡμῖν τὰ περὶ λόγων· καὶ σύ τε ἐλθὼν φράζε Λυσίᾳ, ὅτι νῷ καταβάντε εἰς τὸ Νυμφῶν νᾶμά τε καὶ μουσεῖον ἠκούσαμεν λόγων, οἳ ἐπέστελλον λέγειν C Λυσίᾳ τε καὶ εἴ τις ἄλλος συντίθησι λόγους, καὶ Ὁμήρῳ καὶ εἴ τις ἄλλος αὖ ποίησιν ψιλὴν ἢ ἐν ᾠδῇ συντέθεικε, τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅστις ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ὀνομάζων συγγράμματα ἔγραψεν· εἰ μέν εἰδὼς ἦ τἀληθὲς ἔχει συνέθηκε ταῦτα καὶ ἔχων βοηθεῖν, εἰς ἔλεγχον ἰὼν περὶ ὧν ἔγραψε, καὶ λέγων

inquit, πῶς ποιήσεις; De hoc voculae usu diximus ad Reip. VII. p. 322. B. Deinde Vett. editt. *καταβάντες*, quod est in uno Par. G. ideoque recte mutatum. Pro vulg. *ἐς τὸ* N. e Bodl. *ΑΠΣΔΟΡ. εἰς* recepi. Porro vett. editt. *καὶ Μουσῶν ἠκούσαμεν* λ. Sed Bas. 2. cum Flor. a. b. c. g. h. i. Θ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. alii *μουσεῖον*. Bodl. Λ. et pr. *Π μούσιον*. Vulgatam lectionem ne unus quidem liber tuetur.

C. *ἦ τἀληθὲς ἔχει συνέθηκε ταῦτα*] V. *συντέθεικε*, quod est in solis Parr. EF.

commemorabat.

ἐὰν εὑρεθεὶς ἐνῇ] h. e. ab ipso inventus.

B. *οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἂν ἦρ*] Post longiorem verborum ambitum subiectum denuo indicatur pronomine *οὗτος* iterata *δὲ* particula, de qua ratione v. Heindorf. ad Protagor. p. 313. D. ad Phaedon. p. 81. B. al. Non igitur *δὲ* debebat in *δὴ* commutari.

ὅτι νῷ καταβάντε — ἠκούσαμεν λόγων] Quanquam neutiquam spernendum est, quod legebatur vulgo, *καταβάντες*, de qua ratione v. ad p. 256. C., tamen dualem codicum fide recipiendum duximus. Gorg. p. 481. D. *τυγχάνομεν ταὐτὸν πεπονθότε*. Eurip. Helen. 828. *πείσαντε δ' ἐκ γῆς διορίσαιμεν ἂν πόδα*; ubi vel metrum prohibet, quominus *πείσαντες* scribatur.

καὶ μουσεῖον] Intelligitur Nympharum illud *καταγώγιον*, cuius mentio iniecta est p. 238. C. et p. 241. E.

C. *ποίησιν ψιλήν*] h. e. musicis carentem modis. v. Ast. ad Legg. II. p. 669. D. Dorvill. ad Charit. p. 411. Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 136. Itaque additur *ἢ ἐν ᾠδῇ*.

ὅστις ἐν πολιτικοῖς λόγοις —] Acuta est Schleiermacheri coniectura, scribendum putantis *συλλόγοις*. Vulgatum ita tuetur Ast, ut *λόγοι* concretum dicat pro orationum vel scriptionum genere poni: in civili dicendi ac scribendi genere.

αὐτὸς δυνατὸς τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι, οὔτι τῶνδε ἐπωνυμίαν ἔχοντα δεῖ λέγεσθαι τὸν τοιοῦτον,
D ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐσπούδακεν ἐκείνων.

ΦΑΙ. Τίνας οὖν τὰς ἐπωνυμίας αὐτῷ νέμεις;

ΣΩ. Τὸ μὲν σοφόν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον ἢ τοιοῦτόν τι μᾶλλόν τε ἂν αὐτῷ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι.

ΦΑΙ. Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα τιμιώτερα ὧν συνέθηκεν ἢ ἔγραψεν ἄνω κάτω στρέφων ἐν χρόνῳ,
E πρὸς ἄλληλα κολλῶν τε καὶ ἀφαιρῶν, ἐν δίκῃ που

D. ἢ τοιοῦτόν τι μ.] V. τι τοιοῦτον, praeter fidem codicum optimorum. Pro τε unus Steph. γε dedit. Dein vett. editt. αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι: sed recte Bodl. ΔΞΠDNOPT. Flor. g. h. θ. Vind. 7. α. καὶ omittunt.

ἄνω κάτω στρέφων] Sic optimi et plurimi libri. Vulgo ἄνω καὶ κάτω στρ.

τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι] Sympos. p. 179. C. ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους ὄντας. Gorg. p. 516. A. ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα. Ibid. C. ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἷος παρέλαβε. Theaet. p. 164. D. οὐκ εἰδότα ἀπεδείξαμεν καὶ ἅμα μεμνημένον. Ibid. p. 166. A γέλωτα δῆτα ἐμὲ — ἀπέδειξεν. Phaedon. p. 72. C. τελευτῶντα πάντα λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειεν, ubi v. Wyttenbach. Plutarch. C. Graccho p. 835. B. ἀπέδειξε τοὺς ἄλλους ῥητορὰς παίδων μηδὲν διαφέροντας. Lucian. Nigrin. §. 3. T. I. p. 42. τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, ubi plura Hemsterh. notavit. Deinde non est cur scribatur ἔχοντα δεῖν λέγεσθαι, sicut olim Heindorf. volebat, qui tamen postea ipse suam retractavit sententiam ad Phaedon. p. 154. Videlicet inde a verbis εἰ μὲν εἰδὼς recta orditur oratio, ut Nymphae ipsae loquentes introducantur. Mox ne quis tentet οὔτοι τῶνδε, conferatur Hipp. Mai. p. 297. E. Theaet. p. 156. E. p. 161. B. Cratyl. p. 393. B. De Rep. II. p. 373. E. IV. p. 438. E. collat. annot. ad Phileb. p. 13. C. et Rückert. ad Sympos. p. 189. B. Hinc iam De Republ. I. p. 331. B. ex Par. A. pro ἀλλ' οὔτοι πάντι ἀνδρὶ legendum puto ἀλλ' οὔτι π. ἀ. Superest, ut sensus horum verborum paucis declarandus sit. Est igitur hic: Si quis oratorum, poëtarum, legislatorum, eorum quae scripserunt reddere potest rationem idoneam, is non orator aut poëta aut legislator est appellandus, sed alio dignus videtur nomine. Nam etsi sapientis quidem nomen maius est et excelsius, quam quod in humanam conveniat imbecillitatem, tamen philosophi nomine erit ornandus, quippe qui incensus sit sapientiae studio. Philosophi nomen primum a Pythagoreis inventum et frequentatum esse docebunt quae disputarunt intpp. ad Cic. Tuscul. V. 3. et Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol.

ποιητὴν ἢ λόγων συγγραφέα ἢ νομογράφον προσερεῖς;

ΦΑΙ. *Τί μήν;*

ΣΩ. *Ταῦτα τοίνυν τῷ ἑταίρῳ φράζε.*

ΦΑΙ. *Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν.*

ΣΩ. *Τίνα τοῦτον;*

ΦΑΙ. *Ἰσοκράτη τὸν καλόν. ᾧ τί ἀπαγγελεῖς, ὦ Σώκρατες; τίν' αὐτὸν φήσομεν εἶναι;*

ΣΩ. *Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης· ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω.* 279

ΦΑΙ. *Τὸ ποῖον δή;*

É. *ἐν δίκῃ που*] *ἐν* Bodl. aliique non pauci om. Male. *που* autem nuper e Bodl. *ΑΠΝΟΡΤ.* Flor. g. Vind. 4. 7. *a.* adiectum.

Τί δὲ σύ; π. π.] *σὺ δὲ τί ΠΝΟΡΤ.* Vind. 2. 7. in Vind. *a.* est *σὺ δὲ τί ποιήσεις;*

Ἰσοκράτη τὸν καλόν] V. *Ἰσοκράτην.* Alteram formam praebuerunt Bodl. *ΓΔΠDGOP.* Vind. 1.

II. T. IV. p. 118 sq.

D. *οὐδέν γε ἄπο τρόπου*] Retracto accentu scripsi ex regula veterum grammaticorum, quam illustravit Schaefer. Melett. critt. p. 51 sq. Legitur formula etiam Tim. p. 25. E. Theaet. p. 143. C. p. 179. C. de Republ. p. 470. B. Phileb. p. 34. A. Contrarium est *πρὸς τρόπον.*

Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα —] Eum, qui omnes ingenii vires exhauserit in consarcinandis scriptionibus suis, neque quidquam praeterea in promtu habeat, quod iisdem de rebus disputet, non philosophi, sed poëtae, rhetoris et legislatoris nomine ornandum esse arbitratur. — *ἄνω κάτω στρέφειν* nunc dicitur qui prae consilii inopia rem huc et illuc versat, ut tandem aliquando aliquid extricet et perficiat. Cetĕrum modo *ἄνω καὶ κάτω*, modo *ἄνω τε καὶ κάτω*, modo *ἀνωθέτως, ἄνω κάτω*, dici, Platonis lectoribus non erit ignotum, v. Phileb. p. 43. A. Sophist. p. 242. A. Gorg. p. 481. D. E. p. 495. A. 511. A. De Rep. VI. p. 508. D. Phaedon. p. 90. C. Protagor. p. 356. D. Cratyl. p 386. D. E. Theaet. p. 153. D. p. 195. C. Lachet. p. 196. A. Ion. p. 541. E. — *ἐν χρόνῳ*, diu.

Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις] Ita malui distinguere cum Stephano, quam cum Ald. et Bass. uno tenore legere *τί δὲ σὺ πῶς ποιήσεις*: quanquam non sum nescius non tantum *πῶς τί*, sed etiam *τί πῶς* ita dici, ut duplex eiusdem sententiae ambitu interrogatio concludatur. Phileb. p. 58. A. *σὺ δὲ τί πῶς, ὦ Πρώταρχε, διακρίνοις ἄν*; Eurip. Helen. 873. *Ἑλένη, τί ταμὰ πῶς ἔχει θεσπίσματα*; Quippe maior cernitur in pronomine *σὺ* vis oppositionis facta aliqua recitationis interstitione. Deinde *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ* ita accipiendum, ut prius ad universam sententiam sive ad verbum, posterius ad *τὸν σὸν ἑταῖρον* referatur. v. ad Protagor p. 331. E.

Ἰσοκράτη τὸν καλόν] Isocratem fuisse familiarem ac di-

ΣΩ. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι τε ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι· ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν, προϊούσης τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων, ἔτι τε, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. B φύσει γάρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. ταῦτα δὴ οὖν ἐγὼ μὲν παρὰ τῶνδε τῶν θεῶν ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ, σὺ δ' ἐκεῖνα ὡς σοῖς Λυσίᾳ.

P. 279. ἔτι τε ἤθει γεννικωτέρῳ] V. δέ, quod e Bodl. aliisque multis nuper emendatum.

B. Ταῦτ' ἔσται. ἀλλ' ἴωμεν] Vulgo elisio neglecta. εὐξαμένω πρέπει] V. εὐξαμένῳ errore.

sepulcum Socratis praeter alios testatur Anonymus in Vita Isocrat. editioni Guil. Dindorfi praemissa p. VIII. Nec profecto negari potest eum Socraticae disciplinae documenta in scriptis suis satis manifesta reliquisse. Quocirca Plato iuvenem oratorem, de quo optima quaeque propter philosophiae studium speraret, non dubitavit opponere Lysiae, qui quod ille habere videbatur in se utique desiderari passus est. Legas etiam Dionysii de Isocrate iudicium in Isocr. c. 4. Natus autem Isocrates est Olymp. 86. 1., h. e. a. 436. a. Chr. n., duobus et viginti annis Lysia minor. Iam quum Olymp. 94. 1., h. e. 404. a. Ch. n. triginta tyrannis regnantibus, amissis bonis suis, Chium migraverit ibique ludum aperuerit, neque proximo anno, quo Thucydides, Andocides, Lysias in patriam reversi sunt, rediisse videatur, mihi quidem vel hinc verisimile fit colloquium ante triginta tyrannorum dominationem a Platone habitum fingi, quo tempore Isocrates circiter triginta annos habebat. Atque hanc rationem non mediocriter confirmat illud, quod p. 257. B. Polemarchus, Lysiae frater, quem Olymp. 94. 1. supplicio affectum esse constat, tanquam adhuc vivus memoratur. Quid quod etiam Sophoclis et Euripidis, qui Olymp. 93. 3. diem supremum obierunt, supra ita mentio facta est, ut eos tum adhuc vixisse facile suspiceris. Ceterum totum hunc locum Latinum fecit Cicero Orator. c. 1.

P. 279. ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λ.] Cicero l. c. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum Lysiae orationibus comparetur. De κατὰ ita usurpato hodie nota sunt omnia. v. Matthiae Gr. p. 813 sq. Non minus notum τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους per periphrasin poni pro Lysiae orationibus. Quod vero Isocrates dicitur non esse cum Lysiae scriptionibus comparandus, quum proprie dici oporteret, tantum esse in Isocrate ingenium, ut eius orationes neutiquam cum Lysiae orationibus componere liceat, miramur sane Stephanum in hoc

ΦΑΙ. Ταῦτ' ἔσται. ἀλλ' ἴωμεν, ἐπειδὴ καὶ τὸ πνῖγος ἠπιώτερον γέγονεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εὐξαμένῳ πρέπει τοῖσδε πορεύεσθαι;

ΦΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· ἔξωθεν δὲ ὅσα ἔχω τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομί- C ζοιμι τὸν σοφόν. τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

Ἔτι ἄλλου του δεόμεθα, ὦ Φαῖδρε; ἐμοὶ μὲν γὰρ μετρίως ηὖκται.

ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί] ΞΣΦr. Flor. g. h. Clem. Alex. Strom. II. p. 368. A. ed. Sylb. *ὅσοι ἄλλοι.*

ἔξωθεν δὲ ὅσα] *τἄξωθεν*, quod e Bodl. Flor. a. c. Θ. ΓΔΒ CEFGH. Clemente, mutatum. Nonnulli *ἔξω* habent.

genere loquendi haesisse, quod vel Latini magnopere frequentarunt. cfr. Matthiae Gr. §. 453. p. 848 sq. Thiersch. Gr. §. 281. 10. p. 490. ed. 3. et nostra ad Protagor. p. 358. D. Sympos. p. 218. E. de Rep. VIII. p. 554. D. De Latinis praeter alios disputavit Heusinger. ad Cicer. Offic. I. 22, 7., qui cum hoc loco apte contendit Cic. de Orat. I. 44. si cum illorum Lycurgo et Dracone nostras leges conferre voluerit.

πλέον ἢ παίδων διενέγκοι] Cicero l. c. si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis praestet omnibus. Apte Stephan. comparat Epist. IV. p. 320. C. *προσήκει πλέον ἢ παίδων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν.* — *ἔτι τε*, intell. *οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν.*

B. *ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει*] Ad *οὐ δ' ἐκεῖνα* apparet *ἐξαγγελεῖς* esse intelligendum.

εὐξαμένῳ πρέπει] Verbum *πρέπειν* cum accusativo et infinitivo iunctum, ut Protagor. p. 312. B. Sympos. p. 196. E. Phaedon. p. 61. D. Sophist. p. 230. quos locos indicavit Astius. Unde orta sit lectio vulgata *εὐξαμένῳ*, vix est cur moneamus. — *τοῖσδε* „est digito monstrantis simulacra deorum.“ Heindorf.

Ὦ φίλε Πάν τε — σώφρων] Egregie hae preces accommodatae sunt ad argumentum, quod adhuc Socratis sermone illustratum est. Quod enim orat, ut intus in pectore gerat pulcritudinem, eique concordent externa bona, si quae possideat; id significat, nisi fallor, non externum splendorem inanemque speciem captari oportere, sed veram animi virtutem esse comparandam. Quo ipso carpitur Lysias, quem antea indicavit inanem artis oratoriae laudem aucupari, vera sapientia esse destitutum. — *ἄγειν καὶ φέρειν* nunc simpliciter est ferre, portare. v. Heindorf. ad h. l.

ΦΑΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

ΣΩ. Ἴωμεν.

κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων] Schol. ad h. l. *κοινὰ τὰ τῶν φίλων, ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἔπειθε τοὺς αὐτὴν κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτῆσθαι.* κ. τ. λ. Pythagoricam proverbii originem agnoscunt etiam alii. v. Rittershus. ad Porphyr. de Vit. Pythag. p. 199 sq. ed. Kiessl. Beier. ad Cic. Offic. T. I. p. 124. Ceterum Schneider. ad Polit. IV. p. 424. A. Scholiastam ait hoc loco legisse *τὰ φίλων*, ut est Lysid. p. 207. C. Legg. V. p. 739. C. de Rep. V. p. 449. C. Et sane ita apud Ruhnkenium scriptum exstat. Veruntamen codd. hic utrumque articulum abunde tuentur.

Excursus ad p. 267. A. = p. 155.

Duplici conditione *ἀνὴρ* potest articulo carere, vel si loco est praedicati, vel si aliquo modo ponitur generaliter. Et prioris quidem generis exempla quoniam non raro sunt ambigua, factum est, ut quid verum esset, saepius dubitaretur. Nam talibus quidem locis, qualis est Phaedon. p. 57. A. *τί οὖν δὴ ἐστιν ἅττα εἶπεν ὁ ἀνὴρ πρὸ τοῦ θανάτου*; et p. 58. E. *εὐδαίμων γάρ μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων*, Protagor. p. 341. A. *ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ*, et quae sunt id genus centena alia, nemo ambigat, utrum articulus sit necessarius, necne. Sed alia est ratio eorum locorum, in quibus anceps iudicium esse possit, num *ἀνὴρ* cum adiectivo iunctum praedicati locum obtineat. Quorsum pertinet Reipubl. I. p. 331. E. *Σιμωνίδη γε οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν· σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ*, ubi multi codd. articulum asperuantur. Protagor. p. 316. A. *καίπερ λιπαρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Πρωδίκου, πάνσοφος γάρ μοι δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος*, ubi et *ἀνὴρ* scribere licet, et *ὁ ἀνὴρ* nonnulli suppeditant libri. De Rep. X. p. 595. C. *φιλία γέ τίς με καὶ αἰδὼς ἐκ παιδὸς ἔχουσα περὶ Ὁμήρου ἀποκωλύει λέγειν. — ἆλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ*, ubi tamen nullus liber articulum tuetur. Nimirum talibus locis ex ipsa oratione iudicandum est, utrum *ἀνὴρ* cum adiectivo iunctum sit praedicati instar, an subiecti vices sustineat. Quod iudicium etsi saepenumero fluctuat nec nisi ex cuiusque sensu pendet; tamen, quoniam Graeci *ὁ ἀνὴρ* dixerunt, sicubi enuntiati subiectum cum quadam vi et gravitate indicare vellent, quando *ὁ ἀνὴρ* vel *ἀνὴρ* simplici *ἀνὴρ* sit praestabilius, plerisque certe locis sentiri potest, etsi non semper ad iustam explicari perspicuitatem. Et illud quidem, quod enuntiati subiectum diximus saepenumero cum vi quadam *τοῦ ἀνδρός* vocabulo indicari clarius huiusmodi exempla docent: Phaedon. p. 58. C. *τίνες (ἦσαν) οἱ παραγενόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἀνδρί*; Ibid. p. 61. C. *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύγκηκα τῷ ἀνδρί*;

Gorg. p. 470. D. *οὐ γάρ πω ξυγγέγονα τῷ ἀνδρί.* Hipp. Mai. p. 300. A. *ἀληθῆ φήσομεν λέγειν τὸν ἄνδρα ταῦτα λέγοντα*; Ibid. p. 288. D. *ἀλλ' ὅμως ἀποκριτέον τῷ ἀνδρί*: quibus locis etsi *ἐκείνῳ* dici poterat, tamen *τῷ ἀνδρὶ* gravius quiddam sonare nemo non sentiet. Itaque sicubi apta est aut commoda subiecti cum quadam gravitate commemoratio, quod certe persaepe accidit, minime dubitamus, quin *ὁ ἀνὴρ* vel crasi admissa *ἀνὴρ* scribi oporteat. Et ad hanc quidem normam praeter locos modo commemoratos iudicari velim quae leguntur infra p. 266. C. *βασιλικοὶ μὲν ἄνδρες*, ubi Bekkerus *ἄνδρες* scripsit. p. 267. C. *δεινὸς ἀνὴρ γέγονε*, ubi Bekk. *ἀνήρ*. Lysid. p. 204. A. Sophist. p. 236. C. Theaet. p. 162. A. Eurip. Med. v. 686. al. Progredimur ad alterius generis locos, in quibus *ἀνὴρ* etsi subiecti vel obiecti vice fungitur, tamen carere articulo solet. Ea vero exempla apud prosae quidem orationis scriptores omnia ita sunt comparata, ut *ἀνὴρ* ponatur generaliter et infinite: quem usum nihil habere insolentiae facile largientur qui etiam alia nomina ita usurpari meminerint. Sed enim hic latuisse videtur viros doctos duplicem huius usus rationem discerni oportere. Aut enim *ἀνὴρ* sine articulo ponitur pro viro in universum spectato vel pronomine infinito; aut rhetorica quadam arte adhibetur, quum is, qui loquens inducitur, sese de certo aliquo homine cogitare quamcunque demum ob causam dissimulat. Ad illud genus refero Gorg. p. 484. A. *ἐὰν δέ γε — φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ.* Ibid. p. 475. C. *ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυράννιδι ἐπιβουλεύων.* Phaedon. p. 239. C. *ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα*, alia innumera: nec non huc pertinent *ἀνὴρ πολίτης, ἀνὴρ δικαστής, ἀνὴρ αὐλητής, ἀνὴρ ἄρχων* et quae alia id genus commemorari possunt. Multum autem discrepant talia: Sophocl. Aiac. 8. *ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει.* Ibid. 979. *ἔλωλεν ἀνήρ.* Oed. Col. 1486. *ἆρ' ἐγγὺς ἀνήρ*; in quibus *ἀνήρ* admissa crasi scribendum esse vel illud arguit, quod de uno eoque certo homine, nec infinite, sermo est. Venimus ad alterum genus, cui hoc est proprium, quod rhetoricam aliquam ob causam de certo homine *ἀνὴρ* ponitur infinite. Quorsum pertinet Theaet. p. 155. D. *χάριν οὖν μοι ἔσει, ἐάν σοι ἀνδρὸς, μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας τὴν ἀλήθειαν — συνεξερευνήσωμαι*, ubi quamquam de Protagora eiusque amicis cogitandum est, tamen infinite dicitur *ἀνδρός*. Sophocl. Philoct. 1228. *ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών*, ubi Neoptolemus, priusquam clarius eloquitur quem velit intelligi, in universum dicit *ἄνδρα*. Similis ratio obtinet Phaedon. p. 98. B, quo loco etsi de Anaxagora agitur, tamen Socrates dicit *ὁρῶ ἄνδρα*, quod contemtim dictum, perinde ac si vernacule dixeris: da sehe ich einen Mann, sive iemanden, der etc. Ibi plura eiusdem generis exempla posuit Wyttenbach., qui veram rei extricandae rationem acute perspexit. Et haec quidem de prosae orationis scriptoribus. A quorum usu poëtae tragici eatenus discrepant, quod *ἀνήρ*, in casibus obliquis certe, ita sine articulo posuerunt, ut pronominis *αὐτὸς* vicem sustineat. De qua re Reisig. ad Oed. Col. v. 32. monuit, ita tamen, ut eundem usum etiam ad pedestris sermonis scriptores traduci vellet; in quo erravisse virum eximium nobis plane persuasimus. Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 476. *πρῶτον μὲν Ὄγκα Παλλάς, ἥτ' ἀγχίπτολις, Πύλαισι γείτων, ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν, Εἴργει νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον*, quanquam ibi *ἀνδρὸς* aliquis dixerit universe capiendum esse, ut fere idem valeat, quod *ἀνθρώπου*. Certiora haec sunt: Sophocl. Ai. v. 59. *ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μαινάσι νόσοις ὤτρυ-*

γον. Ibid. v. 1135. τοιαῦτ' ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών: ubi ἄνδρα liquet idem valere quod αὐτόν. Quod vero hunc usum nonnisi casibus obliquis proprium esse diximus, eius rei ratio si investiganda sit, optime comparabitur ipsum αὐτὸς pronomen, cuius aliam in nominativo, aliam in ceteris casibus rationem esse inter omnes constat. Sed haec veluti in transcursu, ne quod tragici sibi indulserunt, idem ad scriptores pedestres pertinere iudicetur. Superest, ut eos locos commemoremus, in quibus οὗτος ἀνήρ cum contemtu et indignatione de eo, qui praesens est, ponitur, sermone ad ceteros converso, de quibus diximus ad Gorg. p. 467. B. Eos vero minime sollicitandos putamus, quum οὗτος sit positum δεικτικῶς, et ἀνήρ infinite cum contemtu vel similem ob causam subiiciatur. Quanquam nondum investigavimus exemplum casus obliqui ita positi, veluti tale: τούτου ἀνδρὸς οὐ παυσομένου φλυαροῦντος, nisi illa huc revocare volueris, quae supra ad p. 268. C. posuimus, ubi de ἄνθρωπος ita posito diximus. Nam usum illum tragicorum, de quo vide Sophocl. Aiac. v. 421. v. 446. Oed. Col. v. 29. Antig. 1034. al., nolim comparare, cuius aliam esse causam et rationem nobis persuasimus.

CORRIGENDA.

Pag. 81. lin. 7. post πλάττομεν commate distinguendum.
— — annot. col. 1. lin. 11. pro cursus lege currus.
— 82. annot. col. 1. lin. 2 a fin. pro puam lege quam.
— 83. annot. col. 2. lin. 16. pro volumus lege nolumus.
— 84. annot. col. 2. lin. 4. pro illi lege illic.
— 85. annot. col. 1. lin. 2. a fin. pro Quacirca lege Quocirca.
— 86. annot. col. 1. lin. 9. pro statuit lege statuerit.
— 87. lin. 11. pro μέλλη lege μέλλῃ.
— — not. crit. lin. 8. pro qro lege pro.
— 89. annot. col. 1. lin. 9. pro re lege se.
— 92. lin. 9. et pag. 93. lin. 8. pro ἑκάστη lege ἑκάστῃ.
— 95. annot. col. 2. lin. 11. pro sic ut lege sicut.
— — — — — lin. 19. pro deprecamus lege deprecamur.

Ankündigung.

Homeri Ilias. Recensuit et commentariis instruxit Franc. Spitzner. Vol. I. continens Verba Graeca adjecta potiore lection. variet. et annotat. critica. — Vol. II. Commentarii.

So oft auch in der neuesten Zeit die Homerischen Gedichte neu gedruckt und nach grammatischen Grundsätzen geändert ans Licht gestellt worden sind, so macht doch keine dieser Ausgaben auf einen höhern Werth Anspruch, als auf den eines korrekten und in grammatischen Kleinigkeiten berichtigten Abdrucks der Wolfischen Textesrecension. Die Wolfische Ausgabe selbst aber bietet dem Kritiker, der nach dem Grunde der aufgenommenen Lesarten fragt, nirgends eine andere Auskunft, als die zerstreuten und nicht alles Einzelne umfassenden Bemerkungen der Vorrede. Wer weitere Belehrung sucht, ist, wenn ihm nicht die kostbaren und schwer zu benutzenden Schätze des Eustathius und der Scholien zu Gebote stehen, auf Heyne's Observationes verwiesen, die bei kostspieligem Umfang doch nur für die Ilias und selbst für diese weder ausreichende, noch überall zuverlässige Aushülfe gewähren.

Eine vollständige Ausgabe der Homerischen Gesänge mit einem hinlänglichen kritischen Apparate und einem auf Wort- und Sacherklärung gleichmäßig Rücksicht nehmenden Kommentare war daher ein Hauptbedürfniß für die gelehrte Welt. Den Anfang einer solchen liefern wir hier, indem wir die erste Abtheilung des ersten Bandes, enthaltend die sechs ersten Bücher der Ilias, vorlegen. Unmittelbar unter dem Texte ist eine reiche Auswahl der var. lect. und außerdem noch über Punkte, die einer Prüfung und Besprechung bedurften, eine ausführliche annotatio critica beigegeben. Wo diese letztere den Weg ausführlicherer Untersuchung einschlagen mußte, ist sie in besondere Excurse verwiesen, welche für die ersten zwölf Bücher dem Ende der zweiten, für die letzten zwölf Bücher dem Ende der vierten Abtheilung des Textes angehängt werden sollen. Da der Druck unausgesetzt fortschreitet, so werden die Excurse zu den ersten sechs Büchern den Besitzern dieser Ausgabe nicht lange vorenthalten werden.

Der Kommentar folgt in einem besonderen Bande, getrennt von dem Texte, und soll zur Bequemlichkeit der Käufer ebenfalls in einzelnen Abtheilungen ausgegeben werden.

Außerdem erscheint noch ein Textabdruck mit var. lect., aber ohne annotat. crit. Dieser jedoch wird erst, wenn das Ganze vollendet ist, als geschlossener Band ausgegeben.

Für die Herrn Subscribenten auf die Bibl. Graeca gilt auch bei diesem Werke der anfänglich festgesetzte höchst billige Subscriptionspreis (12 ggr. für diese erste Abtheilung), welchen sich jeder zu Nutze machen kann, der noch jetzt als Subscribent auf die ganze Sammlung sich anmeldet und die bereits gedruckten Bände der Bibl. Gr. gegen baare Zahlung übernimmt. Für alle anderen Käufer des Homer aber setzen wir den ebenfalls sehr billigen Ladenpreis von 20 ggr. für diese erste Abtheilung; Sammlern aber werden die Buchhandlungen, bei denen die Bestellungen eingehen, auf sechs Exemplare ein siebentes gratis liefern, und bei Bestellungen von 20 Exemplaren und drüber noch andere Vortheile gewähren.

Die Odyssee erscheint später in gleicher Art bearbeitet vom Hr. Prof. Nitzsch.

Platonis Opera omnia. Recensuit et commentariis instruxit God. Stallbaum.

Den anfänglichen Plan, blos eine Auswahl von Platonischen Dialogen der Bibl. Gr. einzuverleiben, haben wir, veranlaßt durch manche gewichtige Aufforderung und ermuntert durch die erfreuliche Aufnahme, welche die drei ersten Bände gefunden haben, dahin abgeändert, daß wir nun in einer Reihe von etwa 12 Bänden die sämmtlichen Schriften des großen Philosophen in derselben Art der Bearbeitung liefern werden. Die erste Abtheilung des neuen vierten Bandes, enthaltend den Phaedrus, ist bereits versendet, und wird jedem, der auf den ganzen Plato subscribirt und die drei fertigen Bände baar bezahlt, zu dem anfänglichen Subscriptionspreis von 18 ggr. für das Alphabet von allen Buchhandlungen Deutschlands überlassen.

Gotha im August 1832.

Hennings'sche Buchhandlung.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XIX. SECT. II.

CONTINENS

PLATONIS MENEXENUM, LYSIDEM, HIPPIAM UTRUMQUE, IONEM.

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXIII.

PLATONIS

OPERA OMNIA

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV. SECT. II.

CONTINENS

MENEXENUM, LYSIDEM, HIPPIAM UTRUMQUE, IONEM.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXIII.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1832.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

PRAEFATIO AD MENEXENUM.

Inter praeclara Atheniensium instituta, quae patriae amorem mirifice excitabant alebantque, etiam illud fuisse novimus, quod in honorem eorum, qui pro patria mortem oppetiissent, quotannis publicae sollemnitates sunt habitae, quibus iis, qui in proeliis occisi essent, iusta persolverentur. Et has quidem sollemnitates, quarum originem Anaximenes rhetor apud Plutarch. Poplic. §. 9. p. 102. A. a Solonis humanitate repetit, alii cum Diodor. Sicul. XI. 33. Dionysio Archaeolog. II. 291. Sylb. ad tempora belli Persici referunt *), accurate descripsit Thucydides II, 34. τὰ μὲν ὀστᾶ, inquit, τῶν ἀπογενομένων προτίθενται πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει τῷ αὐτοῦ ἕκαστος ἤν τι βούληται. ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν. ἔνεστι δὲ καὶ τὰ ὀστᾶ ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, οὓς ἂν μὴ εὑρεθῶσιν εἰς ἀναίρεσιν. ξυνεκφέρει δὲ ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. καὶ γυναῖκες πάρεισιν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον ὀλοφυρόμεναι. τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὃ ἔστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πό-

*) V. quae de hac re docte exposuit Weberus; Ueber des Pericles Standrede im Thucydides, quae commentatio inserta est libro: Allgemeine Schulzeitung, Abth. II. a. 1827. N. 74 — 78.

λεως *). καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι· ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρχονται. Solis Atheniensibus hunc morem proprium fuisse recte iudicavit Demosthenes adv. Leptin. p. 499. R., quandoquidem Romani privatas tantum nec vero publicas defunctorum laudationes noverunt **), de alia autem Graeciae natione nusquam simile quidquam memoriae proditum leginus. v. Wolf. ad Leptin. p. 362. Videtur autem ab oratoribus funebribus iam mature hic mos esse observatus, ut cum eorum, qui sepultura ornandi essent, praedicatione maiorum praeconia coniungerent, ideoque in universas Athenarum laudes exspatiarentur. Quod quidem non temere colligas e verbis Periclis apud Thucyd. II. 36. Itaque postea rhetores ac sophistae egregium sane campum nacti sunt, in quo artis suae facultatem et praestantiam iactarent: id quod ex eo potissimum tempore factum videtur, quo Gorgias Leontinus publice laudationem funebrem habuit, de qua Philostratus Vit. Sophist. I. 9. coll. Fuss. De Gorgia Leontin. p. 64 sqq. Quum enim orationum illarum argumentum quamvis amplum haud sane magnam haberet rerum varietatem, artis illecebrae et ornamenta eo studiosius ab oratoribus expetita sunt, quo magis viderentur orationi aliquam novitatis gratiam conciliare. Ex quo evenit, ut iam ipsa rerum gestarum historia artis oratoriae ministra quaedam atque famula duceretur. Nam si usquam alias, certe hac opportunitate a populo laudis suae avidissimo rhetoribus est concessum ementiri in historiis, ut aliquid dicere possent argutius vel luculentius. Quocirca illi audientium gratiam captantes non dubitaverunt multa, quae minus grata viderentur, callido transmittere silentio; levia extollere et amplificare; veris falsa admiscere;

*) In Ceramico. v. Meurs. de pop. Attic. in *Κεραμεικός*. Conf. Harpocration et Timaeus s. v. *Κεραμεικός*. Suidas T. II. p. 297. Schol. ad Aristoph. Equitt. v. 784.

**) De his conf. A. G. Ernesti de panegyrica eloquentia Romanorum aureae aetatis in Opuscul. Orat. et philol. p. 175 sqq.

plurima ad speciem veritatis verborum calamistris exornare; denique ita tractare omnia atque illustrare, ut audientium studiis atque voluntatibus quam maxime satisfieret. Exempla rhetoricae huius libertatis haud dubie collegerat iam Caecilius rhetor, de quo Vossius De Histor. Gr. p. 178 sq. Scripserat enim hic teste Suida et Eudocia *Περὶ τῶν κατὰ ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι.* Sed huius opus quum magno historiae damno interciderit, sententiae nostrae fidem faciunt quae adhuc superstites sunt oratoriae Athenarum laudationes. Nam nec Isocratem novimus ab ipsa rerum veritate nunquam recessisse *), nec Lysiam quisquam contenderit in Epitaphio adeo fuisse diligentem, ut sibi nusquam oratorii artificii gratia aliquid indulserit **). Taceo de laudatione funebri vulgo Demostheni tributa, quam iam olim obelis criticorum confossam esse docet Taylor. Lectt. Lysiacc. c. III. De Lysiana enim, ut hoc in transcursu moneam, iudicio Valckenaerii Oratt. p. 218. atque Wolfii ad Leptin. p. 363. minime assentior, multoque lubentius probo sententiam Schlegelii Musei Attic. a Wielandio editi Vol. I. P. II. p. 261 sq. Iacobsii Praefat. ad Attic. p. VIII. Schönbornii: Ueber das Verhältniss v. Platons Menexenos zu dem Epitaphios des Lysias. Guben. 1830. 4. p. XXIX sqq.

Atque orationem eiusmodi funebrem complectitur etiam hic liber Platonis, qui Menexeni nomine inscriptus est. Persequitur enim orator gloriosa Atheniensium facta inde a primordiis fere rerum Atticarum usque ad pacem Antalcidae, quam factam esse constat Olymp. 98. 2. 387. a. Chr. n., et eo quidem modo, ut aliorum more oratorum rerum gestarum narratio talis exhibeatur, qualem laudandi gloriandique consilium maxime postulare videretur. Quid, quod nec lenocinia illa atque ornamenta artis oratoriae repudiantur, quibus diximus rhetores inde a Gorgiae potissimum aetate vehementer esse delectatos. Nam habet haec laudatio utique plurimas dicendi figuras, crebras vocum concursiones, antitheta, *παρισώσεις, παρομοιώσεις, ὁμοιοκατάληκτα*, et id genus alia: habet

---

*) De hoc monuit nonnulla Benseler. Opp. Isocrat. German. Vers. T. I. p. 13 sqq. Praefat.

**) Nonnulla ex hoc genere notavit Schönborn. p. XIV.

item dictiones poëticas, qualis est πόνων ἀρωγὴ de oleo, πηγαὶ τροφῆς de lacte, μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει, ut alia taceam.

Quocirca vehementer dubitatum est, quidnam tandem illud esset, quod Platonem in hoc libro scribendo secutum esse affirmare liceret. Qua de re missis aliorum iudiciis statim profiteri licebit mihi quidem eorum sententiam unice probari, qui Platonem censuerunt ludendo ostendere voluisse, quam non esset difficile, siquidem ipsam rerum veritatem pervertere et in historiis ementiri liceret, ac praeterea Atheniensis, laudum suarum cupidissimi, iudices sederent, aliquam orationem vulgaribus illis atque multum celebratis praestantiorem componere, modo sententiarum ordo atque partium descriptio paullo prudentius institueretur quam fieri ab illis soleret, qui unice in rhetoricis istis artificiis suis haererent, veram artis rationem, maxime in sententiarum ordine et partium distributione conspicuam, negligerent *). Quae si vera sunt, inter hanc Platonis orationem atque alias superiores prorsus eadem ratio intercedere existimanda est, quae obtinet in Phaedro inter priorem Socratis declamatiunculam atque Lysiae sermonem amatorium. Quod enim Plato in Phaedro fecit, ut Socratem introduxerit primum eam orationem declamitantem, quae etsi idem argumentum habet, tamen Lysianam illam plurimum antecellit; idem egit etiam in Menexeno, in quo libro funebrem orationem, ab Aspasia scilicet cum Socrate communicatam, opposuit laudationibus rhetorum funebribus, ita quidem, ut quanquam eandem materiam simili orationis ornatu tractat, tamen ipsa sententiarum ratione atque descriptione demonstret, quid sit quod in illis maxime possit vel desiderari vel reprehendi.

Nec vero dubitari ullo modo potest etiam in hoc libro Lysiam potissimum peti atque notari, cuius oratio funebris quum item res Atheniensium usque ad Olymp. XCVIII. sive ad exitum belli Corinthii persequatur, sane non ita multo ante Menexenum Platonis in lucem edita esse videtur, ut omnibus, qui Platonis librum legerent, in recenti memoria haereret. Quam quidem coniecturam, primum, quantum scio, a Köppenio, deinde a Schleiermachero et A. Boeckhio in Annalibus Heidelberg. a. 1808. Vol. I. p. 97. proditam, nuper instituta subtili

*) Hanc sententiam optime defendit Schönborn. l. c. Alii plus minusve erroris admiscuerunt.

utriusque orationis comparatione confirmare studuit Carol. Schönborn, quem iam antea laudavimus. Ac fortasse Menexenus Phaedro tanquam cumulus accessit, quo clarius appareret Lysiam toto hoc dicendi genere ἐπιδεικτικῷ patefecisse, quantopere ipsius ingenium a philosophia esset alienum. Certe quidem facile potuit accidere, ut quod Plato in sermonibus eius amatoriis reprehendendum vidisset, idem exsisterent qui in aliis viri scriptionibus vituperari recte posse negarent. Hos igitur, ut confutaret, philosophus ad Menexenum scribendum sese contulit *). Sed hoc utut est, illud quidem certe consecutus est Plato, quod maxime voluit, ut eiusmodi orationem melius atque prudentius quam a vulgo rhetorum fieri soleret facili negotio componi posse evinceret. Narrat enim Cicero Orator. c. 44. extr. eam Athenis quotannis in populi concione in honorem eorum, qui in proeliis interfecti essent, publica auctoritate esse recitatam **). Nimirum Athenienses posterioris aetatis, laudum suarum avidissimi, in eaque re maioribus suis simillimi, vim irrisionis in ea latentem non amplius animadverterunt, ideoque unice in Platonis pariter atque sui ipsorum admiratione defixi haeserunt. Quanquam concedendum putamus Platonem in summa oratorum irrisione simul etiam hoc egisse, ut civium animos ad virtutem et patriae amorem incenderet atque inflammaret.

Atque haec si vere disputavimus, quae in hoc libro viros doctos gravissime offenderunt, ea ipsa talia esse apparebit, ut ad universum scriptionis consilium prudentissime attemperata esse iudicari debeant.

Primum enim iam mirari desinent viri docti, quod Plato rerum gestarum narrationem non ubique ad veritatis normam atque regulam composuit. Enimvero ipse pro consilio suo noluit splendida illa oratorum mendacia abolere, sed ea potius studiose imitatione sua notare atque exaggerare. Idem iudicandum est de artificiosis rhetorum ornamentis, quae, quum ipse in Phaedro p. 266 sqq. acerbo sale perfricuerit, in hac oratione non sine irrisione quadam ad rem suam traduxisse putandus est. Quippe propositum ei fuit ostendere, vel in summa cum rhetoribus illis consensione ac similitudine tamen effingi aliquid posse atque elaborari praestantius et luculentius.

---

*) Idem fere suspicatus est Socherus De Scriptis Platonis p. 328 sq.

**) Conf. Dionys. II. p. 49. Hermogenes De Id. II. 10.

Atque hoc si Dionysius Halicarnasseus perspectum habuisset, certe non tam inclementer in Platonem erat invecturus, quam T. VI. p. 1027 sqq. fecit; ubi quae acerba notavit censura, ea philosophus per risum iocumque in orationem suam suscepit. Sed quam iniquum Platonis censorem Dionysius omnino egerit, dudum a viris doctis observatum est, veluti a Wyttenbachio Biblioth. Crit. Part. XI. p. 73. et ad Plutarchum De puer. educat. p. 82.

Deinde nec illud nunc cuiquam ineptum aut absurdum videbitur, quod Socrates ait orationem, quam recitaturus sit, secum ab Aspasia esse communicatam. Quippe is non tanquam aliquam eloquentiae magistram eam laudat *), sed ut mulierem ea ingenii indole instructam, ut quo ordine et ratione tale argumentum tractari vel posset vel deberet, facile perviderit. Etenim hoc ipsum erat, in quo Plato Lysiam aliosque rhetores maxime reprehendendos existimabat, quod negligerent subtilem argumenti descriptionem lucidumque sententiarum ordinem, in quo mens philosophiae non expers maxime conspicua est. Scitum autem atque lepidum est commentum, quod eandem dicit etiam Pericli olim mortuis parentanti affuisse **), ut mirum non sit, si in ea ipsa, quam recitaturus sit, oratione quaedam *περιλείμματα ἐξ ἐκείνου* insint. Nimirum non improbavit Plato Periclis apud Thucydidem orationem funebrem, sed, ut par est, magni aestimavit, propterea quod aptam singularum partium descriptionem magnamque sententiarum et veritatem et sublimitatem non poterat non in ea vehementer admirari. V. eius de Pericle oratore iudicium Phaedr. p. 270 sqq. Quod igitur p. 236. B. legimus: *ἔπειτα τὰ μὲν ἐκ τοῦ παραχρῆμά μοι διήει, οἷα δέοι λέγειν, τὰ δὲ πρότερον ἐσκεμμένη, ὅτε συνετίθει τὸν ἐπιτάφιον λόγον, ὃν Περικλῆς εἶπε, περιλείμματ' ἄττα ἐξ ἐκείνου συγκολλῶσα*, id mirandum est neminem dum vidisse quorsum potissimum referri oporteret. Etenim fecit Plato, si rem diligenter perpendas, eandem fere partium distri-

*) De Aspasiae facundia v. Fr. Jacobs. Vermischte Schriften Tom. IV. p. 383 sqq. Groen van Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 124 sq. et p. 141.

**) Weberus l. c. p. 605. „Vielleicht dass P. auch andern das Aufgezeichnete zur Durchsicht mittheilte, wie der geistreichen Aspasia, worauf Socrates bei Platon hinzudeuten scheint."

butionem, quam habet Periclis apud Thucydidem oratio. Pericles enim lib. II. c. 36. posteaquam verbis paucissimis maiorum virtutem praedicavit, deinde addit haec: *ἀπὸ δὲ οἵας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον.* Cum his contendas locum Menexeni p. 237. A. *δοκεῖ μοι χρῆναι κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο, οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς. ἀγαθοὶ δέ γ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο*: quae quantam habeant cum illis similitudinem, neminem semel commonefactum praeterire poterit. Lepide igitur ac facete philosophus isto commento suo significavit vel mulierculam aliquam, modo nativa ingenii elegantia esset instructa, in concinnanda ordinandaque tali laudatione melius esse versaturam, quam ab ista rhetorum natione fieri soleat, eoque nomine Periclis orationem laudandam esse imitandamque, ut in qua nativus quidam recti verique sensus expressus cernatur. Itaque tantum abesse videmus, ut Plato hanc orationem suam Thucydideae opposuerit, quod olim multi opinati sunt *), ut eam voluerit illi hac quidem ex parte esse quam simillimam.

Atque haec si recte disputata sunt, quam apte ea libri particula, quae dialogum complectitur, cum oratione funebri sit copulata, nemini obscurum fore putamus, ac sanequam miramur Schleiermacherum eam ab universi operis quasi corpore avellendam censuisse tanquam vestem aliquam posteriore demum aetate ab inepto aliquo homine temere superiniectam. Etenim quum ea nihil quidquam contineat, quod Platonis ingenio vel arte indignum videatur **), tum demta eadem ac reiecta vix quisquam suspicari possit, quidnam illud sit, quod Plato in componenda sua laudatione potissimum spectaverit.

---

*) Ita iam Proculus statuit Tom. IV. p. 22. ed. Cousin. nec aliter Wieland. Historisch. Calender für Damen von Archenholz u. Wieland. a. 1790. pag. 272.

**) Nam quae a Schleiermachero et Astio vituperata sunt, ea quomodo vel excusanda vel defendenda sint, et Loersius V. Cl. in Prolegomm. ad hunc librum exposuit, et nos ipsi suo loco in Commentariis docere conati sumus.

Nunc autem e faceto illo atque eleganti prooemio facile intelligimus voluisse eum rhetorum pariter ineptias atque Atheniensium vanitatem ridere ac perstringere. Quod vero Schleiermacherus miratur, Lysiam in eo non acrius vel manifestius notari, imo ne significari quidem, id eiusmodi est, ut nullo modo opus fuerit. Nam quod Plato Socratem fecit in oratione funebri ea narrantem, quae tredecim demum annis inde ab ipsius obitu gesta sunt, est hic anachronismus eiusmodi, ut unumquemque gravissime admoneat totam hanc scriptionem pertinere maxime ad Lysianam laudationem, quae et ipsa illarum rerum commemoratione terminatur.

Atque hinc iudicari licet, quid de iis statuendum sit, qui Platonem putarunt talia vel rerum ignorantia vel negligentia quadam atque levitate admisisse, veluti de Aristide Tom. II. p. 286. ed. Iebb. Quis enim sibi persuadeat Platonem res sua ipsius aetate gestas adeo neglexisse, ut ne illud quidem meminerit, utrum eae Socrate adhuc vivo an post eius mortem evenissent? Nimirum qui nihil usquam inepte molitus est ac semper et ubique artis rationisque normam ac regulam ob oculos habuit, is ne in his quidem nihil secutus esse utique iudicari debet. Nam insignis hic anachronismus quum ab ipsa arte habeat excusationem, tum eo consilio est admissus, ut legentes commonerentur totum hunc librum non ad superioris aetatis oratores spectare, sed ad unum aliquem ex iis, qui nuper demum eiusmodi laudationem funebrem scripsissent, hoc est ad Lysiam. Quod igitur in Praefatione ad Symposium diximus, non temere a Platone usquam neglectam esse temporum rationem, idem de Menexeno quoque statuendum arbitramur, in quo philosophus ista scilicet inertia sua hoc effecit, ut et quo tempore liber scriptus sit et quodnam sit eius consilium ac propositum, facili negotio intelligere possimus.

Superest, ut de Astii dicendum sit iudicio, qui hunc librum in numerum scriptorum Platoni per fraudem subiectorum retulit, maxime propterea, quod nihil in eo inesset, quod ad elegantiam et sublimitatem aliorum Platonis sermonum comparari posse videretur. *)

*) Uti poterat vir doctissimus ad sententiam suam confirmandam etiam loco Athenaei XI. p. 506. F. ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ οὐ μόνον Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος χλευάζεται, ἀλλὰ καὶ ὁ Ῥαμνούσιος Ἀντιφῶν καὶ ὁ μουσικὸς Λαμπρός. Nam Hippiae nomen in Menexeno nusquam reperitur. At vero Athe-

Cui quidem viri acutissimi sententiae quominus accedamus, plura sunt quae impediant. Nam primum quidem ex una sententiarum sublimitate vel subtilitate non putamus certo iudicari posse, quid Platoni tribuendum abiudicandumve sit. Deinde neutiquam videtur sublime illud philosophi ingenium dedecere, quod pravas artes rhetorum a philosophia alienorum risit ac perstrinxit, praesertim quum de artis oratoriae vi et efficacia tam magnifice sentiret et quantum damni per eam civium animis afferri posset, optime perspectum haberet; v. Sympos. p. 198. D. E sqq. Tim. p. 87. B. al. Quocirca in hac ipsa irrisione oratorum conspicua est excelsa viri indoles atque philosophia. Tum quanta inter hunc librum atque Phaedrum intercedat coniunctio ac necessitudo reputantes admodum veremur, ut qui Phaedrum censeat germanum esse ingenii Platonici foetum, is satis sibi constet, si Menexenum continuo obelo critico confodiendum esse statuat. Ad haec denique accedit auctoritas veterum scriptorum, qui hunc librum sine ulla fraudis suspicione vel memoraverunt vel laudaverunt, veluti Aristotel. Rhetor. I. 9. III. 14. *ὃ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ.* Dionys. Hal. T. VI. p. 1027 sqq. et De Compos. Verb. p. 116. Athen. XI. p. 506. Plutarch. Vit. Pericl. T. I. p. 638. Reisk. Longin. c. 28. Cicer. Tusc. V. 12. Synes. p. 37. ed. Petav. Aristid. T. II. p. 85. ed. Iebb. Procl. T. IV. p. 22. ed. Cous.; quae testimonia maximam partem iam a Gottlebero in medium allata sunt. His enim veterum testimoniis etsi non semper omnia sunt tribuenda, tamen nunc quoniam cum longiorum libri partium commemoratione coniuncta sunt, magnum sane pondus inesse arbitramur ad fidem auctoritatemque Menexeni stabiliendam atque confirmandam.

INDEX CODICUM AD MENEXENUM COLLATORUM.

Contulit Imman. Bekkerus libros duodecim: Coislinianum (*Γ*), Vaticanum (*Θ*), Venetos *ΞΣ*, Vin-

---

naeus fortasse aliunde noverat Hippiam hos praeceptores habuisse, id quod sagacissime suspicatus est Geelius Act. Societ. Traiect. Part. II. p. 182. Itaque ex illo loco nihil satis tuto colligere licet, praesertim quum Athenaeus Platonis mentem non perceperit, ut suo loco videbimus.

dobonensem Φ, qui est nobis Vind. 6. Parisienses B C E F Z. Ambrosianum r. Angelicum w. Nos usi sumus undecim libris, ex quibus Vindobonenses 1. 4. 6. a Bastio, Florentini a. b. c. d. q. v. x. z. a viro Cel. del Furia ad fidem editionis Stephan. collati sunt. Quem nos diximus Vind. 6., eum excussit etiam Bekkerus et litera Φ notavit.

Editiones Menexeni peculiares hac factae sunt.

Platonis Menexenus et Lysiae oratio funebris cum versione Philelphi et brevibus notis. ed. Mich. Busteed. Cantabrigiae. 1696. 12. Hunc ego librum nunquam vidi.

Platonis Menexenus et Periclis Thucydidei oratio funebris. Recensuit et animadversionibus illustravit Ioh. Chr. Gottleber. Lipsiae. 1782. 8. mai. Editio pro illis temporibus sanequam egregia, cui plurima debemus, quae ad rerum gestarum memoriam illustrandam referuntur.

Platons Menexenus im Grundriss, nebst Anmerkungen von I. H. Iust. Köppen. Berlin u. Stettin. 1790. 8. min. Librum mihi non contigit esse tam felici ut videre liceret. Quantum autem suspicor, non ille continet ipsum Menexenum, sed complectitur tantum eius epitomen Germanice scriptam subiunctis annotationibus.

Platonis Menexenus. Recensuit, e Graeco in Latinum convertit et commentariis illustravit Vitus Lörs. Inest de Fr. Astii sententia, Menexenum non a Platone scriptum esse, commentatio. Coloniae ad Rhen. 1824. 8.

Platonis Dialogi quatuor, Laches, Euthyphro, Apologia Socratis, Menexenus. Annotatione perpetua illustravit Fr. Guil. Engelhardt. Berolin. 1825. 8. mai.

Ab his editionibus quibus in partibus nostra recedat, quoniam prudentes lectores facile sua sponte animadvertent, fusius exponere supervacaneum putamus. Illud tamen grati profitemur, nos ipsis quoque non sine fructu usos esse. Nonnulla vero ipse iam occupaveram Commentar. Critt. T. XI. Opp. Platon. p. 131 sqq.

Convertit hunc librum Germanice Schleiermacherus Opp. Platt. Volum. II. P. III. p. 365 sqq. et edit. II. p. 378 sqq.

ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

Cap. I. Ἐξ ἀγορᾶς ἢ πόθεν Μενέξενος; 234

ΜΕΝ. Ἐξ ἀγορᾶς, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου.

ΣΩ. Τί μάλιστα σὺ πρὸς βουλευτήριον; ἢ δῆλα δή, ὅτι παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ τέλει ἡγεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἱκανῶς ἤδη ἔχων ἐπὶ τὰ μείζω ἐπινοεῖς τρέπεσθαι, καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὦ θαυμάσιε, ἐπιχειρεῖς

P. 234. A. ἢ πόθεν Μενέξενος] ἢ π. ὦ Μενέξενος Flor. v.

ἡγεῖ εἶναι] Sic Flor. b. et Angel. pro vulg. ἡγῇ, quam formam etiamnum apud Platonem ubique abiiciendam censemus.

Cap. I. P. 234. A. ἢ πόθεν Μενέξενος;] Nominativus hoc loco, recte monente Loersio, non pro vocativo ponitur, sed ita, ut verbum tertiae personae intelligendum sit. Horat. Serm. II, 4, 1. Unde et quo Catius? Itaque male vulgo ante Μενέξενος commate distinguebatur. conf. annot. ad Hipp. mai. p. 281. A.

ἢ δῆλα δή, ὅτι —] an id quidem manifestum est, te iam tibi videri ad perfectam et consummatam eruditionem ac doctrinam pervenisse? Nam φιλοσοφία nunc eo sensu dicitur, ut omnino de artibus et literis humanitatis cogitari oporteat, quibus imbuti et exercitati esse debebant qui ad rem publicam vellent accedere. Isocrat. ad Demonic. p. 4. ed. Bekk. σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· καὶ σοὶ μὲν ἀκμὴ φιλοσοφεῖν, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. Sed optime de hac re exposuit Morus ad Isocrat. Panegyr. c. I. extr. Ruhnken. ad Hesych. s. v. Ernesti De philosophia vitae Opusc. Oratt. p. 159.

ἐπὶ τὰ μείζω] Non dixit ἐπὶ μείζω, sed ἐπὶ τὰ μείζω, ad ea quae maiora sunt, quia haec τῇ παιδεύσει καὶ φιλοσοφίᾳ opponuntur.

τῶν πρεσβυτέρων τηλικοῦτος ὢν, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ὑμῶν
B ἡ οἰκία ἀεί τινα ἡμῶν ἐπιμελητὴν παρεχομένη;

MEN. Ἐὰν σύ γε, ὦ Σώκρατες, ἐᾷς καὶ συμβουλεύῃς ἄρχειν, προθυμήσομαι· εἰ δὲ μή, οὔ. νῦν μέντοι ἀφικόμην πρὸς τὸ βουλευτήριον πυθόμενος, ὅτι

B. καὶ συμβουλεύῃς] Sic Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. q. v. X. ΕΣΣ Ambr. Ang. Vulgo συμβουλεύῃ.

τηλικοῦτος ὢν] tantula aetate. Nam iuvenes Athenienses posteaquam iis artibus erant instituti, quibus aetas puerilis impertiri solebat, anno aetatis octavo decimo inter ephebos recepti sunt, hoc est in τὸ ληξιαρχικὸν curialium relati. Ex quo tempore sui iuris facti sunt, ut iis liceret matrimonia inire, in iudiciis versari, adire haereditates, alios accusare, et quae sunt id genus alia. Nec tamen ante annum aetatis vigesimum videntur comitiis populi interfuisse, ut inde ab hoc demum tempore plenam civitatem acceperint. v. Platneri Symboll. ad ius Attic. p. 172 sqq. et Boeckhius De Ephebia Attica, Indic. Lectt. Berol. aestat. a. 1819., quae commentatio repetita exstat in Seebodii Horreo a. 1828. III. p. 78 sqq. Atque ex his facile intelligitur, quot annos Menexenus natus fuisse putari debeat.

ὑμῶν ἡ οἰκία —] Fuit Menexenus Demophontis Paeaniensis filius, ut patet e Lysid. p. 206. D., ubi frater patruelis Menexeni Ctesippus fuisse perhibetur. Et una cum hoc Ctesippo Menexenus Socratis sermonibus interfuit eo die, quo venenum hausit in carcere: de qua re v. Phaedon. p. 59. B. ibique annot. Itaque quum inter Socratis discipulos fidelissimos referendus videatur, nos quidem minime offendit, quod deinde dicit, se ita tantum ad rempublicam velle accedere, si Socrates hoc consilium non improbet. Ceterum quinam ex eius familia reipublicae praefuerint, id iuxta cum ignarissimis ignoramus.

B. καὶ συμβουλεύῃς ἄρχειν] Verissime vir quidam doctus in Diario Classico Angl. a. 1815. n. 24. συμβουλεύῃς scribendum censuit; quod ego olim ex codd. nonnullis revocavi. Nam συμβουλεύῃ, forma media, ab hoc loco plane aliena est. Quippe συμβουλεύεσθαι est consultare, consilium petere, consulere aliquem: συμβουλεύειν vero consilium dare, auctorem esse, suadere alicui. v. Thom. Mag. p. 819. Phaedr. p. 243. D. συμβουλεύω δὲ καὶ Λυσίᾳ ὅ τι τάχιστα γράψαι. Lysid. p. 206. C. συμβούλευε, τίνα ἄν τις λόγον — διαλεγόμενος — προςφιλὴς παιδικοῖς γένοιτο; Legg. VIII. p. 841. A. τίνα δὴ συμβουλεύεις αὐτοῖς τίθεσθαι νόμον; Ibid. IX. p. 860. E. τί συμβουλεύεις ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας; al.

ὅτι ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι] Cave μέλλοι scribendum opineris. v. Rost. Gr. §. 122. 6.

ἐρεῖ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι] Observes dictionem λέγειν ἐπί τινι, hac in re sollemnem, unde etiam λόγοι ἐπιτάφιοι nomen acceperunt. Enimvero λέγειν ἐπί τινι proprie nihil aliud est quam super aliquo stantem dicere. Lysias in. πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ' αὐτοῖς εἰρη-

ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι ὅστις ἐρεῖ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι· ταφὰς γὰρ οἶσθα ὅτι μέλλουσι ποιεῖν.

ΣΩ. Πάνυ γε. ἀλλὰ τίνα εἵλοντο;

MEN. Οὐδένα, ἀλλὰ ἀνεβάλοντο εἰς τὴν αὔριον. οἶμαι μέντοι Ἀρχῖνον ἢ Δίωνα αἱρεθήσεσθαι.

Cap. II. ΣΩ. Καὶ μήν, ὦ Μενέξενε, πολλαχῇ κιν- C

C. πολλαχῇ κινδυνείει] Sic codd. omnes tribus Parr. EFZ exceptis, qui tenent vulgatum πολλαχοῦ.

κόταις. et paullo ante: ἐπὶ τῷ τάφῳ λόγῳ δηλῶσαι.

ταφὰς γὰρ οἶσθα ὅτι μ. ποιεῖν] Qui consilio suo efficiunt, ut sepultura instituatur, hi dicuntur ταφὰς ποιεῖν, sepulturae esse auctores: sed qui mortuos ipsi sepeliunt (θάπτουσιν), ii dicuntur ταφὰς ποιεῖσθαι. Recte igitur Thucyd. II. 34. οἱ Ἀθηναῖοι ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων: nam populus mortuis iusta persolvisse narratur. Nec minus recte Plato: ταφὰς μέλλουσι ποιεῖν, quum de senatoribus cogitari oporteat, qui publicae illius sollemnitatis auctores fuerunt. Fallitur igitur Gottleberus, qui ποιεῖν hic pro ποιεῖσθαι positum existimat. Nec iam defendam quae olim scripsi ad Phileb. p. 177. Prorsus a vero aberravit Engelhardtus, qui verbo medio vim iubendi inesse statuit.

τίνα εἵλοντο;] Se. οἱ βουλευταί. Nam senatus atque populus elegit oratores. Demosth. de Coron. p. 320. extr. ed. Reisk. χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα — ἀλλ' ἐμέ. Conf. Schoemannus De Comitiis Ath. p. 307.

Ἀρχῖνον ἢ Δίωνα] „Mentionem horum oratorum etiam Dionysius De admir. vi Demosth. p. 1027. facit, sed paullo aliter. Auctor est enim Platonem imitatum esse Thucydidem, vel, ut ipse dicit, Archinum et Dionem: quod tamen philosophus non profitetur. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 309. T. VIII. eius meminit, ubi legitur Ἀρχίνοον: quod male mutavit Taylor Vol. VI. Oratt. p. 271.; nam in his verbis triplex forma usitata est, Ἀρχίνους, Ἀρχίνους et Ἀρχῖνος, ut docuit Ruhnken. Histor. Crit. Oratt. p. 127. T. VIII. Oratt. Reisk. (Adde nunc Buttmann. Grammat. Ampl. Vol. I. p. 156.). De hoc Archino cfr. Valesius ad Harpocration. p. 101. et quos laudat, et Taylor Lectt. Lysiac. p. 256. T. VI. Ex Archini Epitaphio multa Panegyrico suo intulit Isocrates, ut auctor est Photius Cod. CCLX. p. 794. cfr. p. 490. Bkk. v. Ruhnk. l. c. et quos laudat. — Dionem a Ruhnkenio et Fabricio Bibl. Gr. silentio praetermissum video." GOTTLEBER. — Momorat Dionem Dionys. T. VI. p. 1027., sed ita, ut Platonem sequutus videatur.

C. πολλαχῇ κινδυνεύει] multis partibus s. rationibus videtur pulcrum esse etc., in vieler Hinsicht scheint es schön zu sein. Sic infra p. 237. C. Male igitur vett. editt. πολλαχοῦ, quod esset multis locis. De voculis καὶ ἐάν v. ad Gorg. p. 509. A. Hermann. ad Viger. p. 832. Aoristi usum in verbis καὶ ἐπαίνου αὖ τύχοιεν, h. e. pro-

δυνεύει καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν. καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει, καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχε, καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ, ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν τε καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων, οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥστε καὶ
235 *τὰ προσόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς, καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες κατὰ πάντας τρόπους καὶ τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν ἅπαντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς τοὺς ἔτι ζῶντας ἐπαινοῦντες, ὥστ'*

P. 235. B. *ἐν τῷ παραχρῆμα γίγνομαι*] V. *γίνομαι*, invitis codd. omnibus.

tenus consequitur, iam saepe attigimus, veluti ad Phaedrum c. 3. p. 254. B. ad Phaedon. p. 73. D.

οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων] h. e. non sic temere, nulla praevia meditatione. Laus plena irrisionis. Nam solebant qui ad publice dicendi gloriam aspirabant orationes suas multo ante componere, quam habendae essent. Quod fieri sane poterat eo facilius, quod illae fere in laudibus Atheniensium celebrandis atque in locis communibus versabantur. Accedebat, quod oratores laudare solebant *καὶ τὰ προσόντα καὶ τὰ μή*, omnemque orationis virtutem in verborum ornatu inesse arbitrabantur. Id quod Plato ipse satis perspicue significavit. conf. p. 235. C. D.

P. 235. *γοητεύουσιν ἡμ. τ. ψ.*] veluti praestigiis fallunt. Acerbe hoc verbo notantur oratores, qui inanibus artificiis suis audientium animos delenire studebant.

γενναίως πάνυ διατίθεμαι] Ita *πάνυ* saepe postponitur, quo vis et gravitas eius vocabuli, cui additum est, augeatur. Plat. Parmenid. p. 129. E. *ἀνδρείως πάνυ*. Phaedr. p. 252. B. *ὑβριστικὸν πάνυ*. Ion. p. 533. E. *μακρὸς πάνυ*. Hipp. Maior. p. 282. E. *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ*. Aristoph. Ran. 615. *πρᾶγμα γενναῖον πάνυ*. Ibid. 768. *πολλὴ πάνυ*. Ibid. 1134. *πολλοὺς πάνυ*. De *οὕτως* ita postposito v. ad Phaedr. p. 256. E.

Ἕστηκα ἀκροώμενος] Valckenaerius in Callimachi Eleg. p. 244. legendum arbitratur *αἰωρούμενος*, laudans hanc in rem Menex. p. 248. A. Longin. VII. 4. Bergler. ad Alciphron. p. 251. Dorvill. ad Charit. p. 342. et sua in Theocrit. Adoniaz. p. 246. B. Nec tamen invitis codicibus vel literulam loco movendam putamus. Nam *ἀκροώμενος* est auscultans: cui recte subiicitur *κηλούμενος*, delinitus, quod verbum de oratione audientium animos mulcente ac deleniente frequentatum iam ad Protagor. p. 315. A. attigimus. *Ἕστηκα* autem est attonitus sto. Sed quod caput rei est, vide-

ἔγωγε, ὦ Μενέξενε, γενναίως πάνυ διατέθεμαι ἐπαινούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα ἀκροώμενος καὶ κηλούμενος, ἡγούμενος ἐν τῷ παραχρῆμα μείζων καὶ γενναιότερος καὶ καλλίων γεγονέναι. καὶ οἷα B δὴ τὰ πολλὰ ἀεὶ μετ' ἐμοῦ ξένοι τινὲς ἕπονται καὶ ξυνακροῶνται, πρὸς οὓς ἐγὼ σεμνότερος ἐν τῷ παραχρῆμα γίγνομαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσίμοι πάσχειν καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς τὴν ἄλλην πόλιν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον, ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἀναπειθόμενοι. καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς· οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος C

πλείω ἢ τρεῖς] Σ. Vind. 6. Flor. v. x. *πλείους*, e male sedula correctione.

tur Valckenaerius neglexisse quod deinde additur: ἕπονται καὶ ξυνακροῶνται.

μείζων καὶ γενναιότερος καὶ καλλίων γεγονέναι] Ita Xenophon. Cyrop. IV. 4, 3. ὅλλοί τοι ἐστὲ, ὡς ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένεσθε, καὶ γὰρ μείζους φαίνεσθε καὶ καλλίους, καὶ γοργότεροι ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Ibid. V. 2, 36. ἡμεῖς δὲ καὶ μείζονες νῦν, ἐπεὶ νενικήκαμεν.

B. *καὶ οἷα δὴ τὰ πολλὰ ἀεὶ μ. ἐ.*] Dupliciter in his erravit Engelhardtus, qui et connectit τὰ πολλὰ ἀεί, ut sit meistentheils immer, et οἷα δὴ interpretatur quippe qui, quo facto apodosis desideratur. Tertium autem admisit errorem in Addendis p. 303., ubi pristina sententia retractata orationem ait sic construendam esse: ἀεὶ οἷα δὴ τὰ πολλά. Nimirum οἷα τὰ πολλὰ est ut plerumque: ἀεὶ autem cohaeret cum verbis μετ' ἐμοῦ ξένοι τινὲς ἕπονται. Structuram verbi ἕπεσθαι, quam Dobree ad Aristoph. Plut. v. 824. Matthiae Gr. §. 398., alii, illustrarunt, etiam infra habes p. 249. B. ἀκολούθει μετ' ἐμοῦ. conf. Phaedr. p. 250. B. p. 253. A.

θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι] Epexègesis haec est praecedentium verborum ταὐτὰ ταῦτα πάσχειν. v. ad Apolog. Socrat. p. 22. A. Phaedon. p. 68. E. Gorg. p. 513. A. Phaedr. p. 251. C.

ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς] Σολοικοφανὲς est hoc πλείω. Sed compares Diodor. XX. 82. p. 1532. ed. Dind. εἶχε δὲ ναῦς μακρὰς μὲν παντοίας μεγέθει διακοσίας, ὑπηρετικὰς δὲ (male Dindorf. ὑπηρετικὰ) πλείω τῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. Ibid. XII. 46. p. 651. ἀποβεβληκὼς τῶν στρατιωτῶν πλείω (alii πλείους) τῶν χιλίων. Nec multum abludunt talia; Platon. Legg. XI. p. 917. C. μὴ ἔλαττον ἢ τριάκοντα γεγονὼς ἔτη. Sympos. p. 175. E. ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις. Nimirum etiam πλείω adverbialiter ponitur. De Rep. III. p. 417. B. πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες. Crit. p. 53. A. ἔλαττω ἐπεδήμησας. Xenoph. Hier. I. 8. πολὺ δὲ πλείω — λυποῦνται.

C. *οὕτως ἔναυλος ὁ λό-*

ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ καὶ αἰσθάνομαι οὗ γῆς εἰμί, τέως δὲ οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρων νήσοις οἰκεῖν· οὕτως ἡμῖν οἱ ῥήτορες δεξιοί εἰσιν.

Cap. III. *MEN. Ἀεὶ σὺ προσπαίζεις, ὦ Σώκρατες, τοὺς ῥήτορας. νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν· ἐξ ὑπογυίου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν, ὥστε ἴσως ἀναγκασθήσεται ὁ λέγων ὥσπερ αὐτοσχεδιάζειν.*

D *ΣΩ. Πόθεν, ὦ γαθέ; εἰσὶν ἑκάστοις τούτων λόγοι παρεσκευασμένοι, καὶ ἅμα οὐδὲ αὐτοσχεδιάζειν*

D. *οὐδὲν μέγα δοκεῖν*] V. *δοκεῖ*, quod e Coisl. Vat. Ven. *Σ*. Vind. 6. Par. B. C. Ambros. Angel. mutatum.

γος] Vocabulum de sermone, quo tanquam tibiae sono aures personant, et vero etiam de qualibet re, cuius recens adhue memoria est, eleganter usurpatum illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 100. Adde locum Aeschinis adv. Ctesiphont. §. 62. T. III. p. 580. ed. Reisk. *ἔκπυλον γὰρ ἦν ἔτι τότε πᾶσιν, ὅτι τηνικαῦτα ὁ δῆμος κατελύθη.* — Voc. *τέως* proprie est demonstrativum, cui respondet *ἕως* relativum. Saepe autem sine relatione ponitur, ut sit tum, tandem. v. Ruhnken. ad Tim. p. 256. et Buttmann. Indic. ad Demosth. Midian. s. h. v. — *μόγις ἀναμίμνήσκομαι ἐμαυτοῦ*, aegre mei conscius sum. v. ad Phaedrum p. 228. A. Apolog. Socr. p. 17. A. — De insulis beatorum v. ad Gorg. p. 523. B.

δεξιοί εἰσιν] h. e. sciti. Apte Gottleber. contulit Aristoph. Nubb. v. 832. *ἄνδρας δεξιοὺς καὶ νοῦν ἔχοντας.*

Ἀεὶ σὺ προσπαίζεις] Veluti in Gorgia et, quem eodem fere tempore Plato scripsit quo Menexenum, in Phaedro. Ad hunc potissimum respici arbitramur. Structuram verbi illustravit Lobeck. ad Phryn. p. 463., nec huius immemor loci. Eundem usum habes Aristid. Orat. Plat. II. p. 135. *κἂν με προσπαίζων οὕτωσὶ πείθῃ μὴ πάνυ τούτου φροντίζειν.*

ἐξ ὑπογυίου γὰρ π.] Grammaticus Bekkeri Anecdot. I. p. 313. 15. *Ὑπόγυον: τὸ παραυτίκα μέλλον γίγνεσθαι.* Eustath. ad Iliad. *τ*, 61. p. 920. 32. ed. Rom. *δῆλον δέ, ὅτι παρὰ τὰ γυῖα, ὃ τὰς χεῖρας ἰδίᾳ δηλοῖ πολλαχοῦ, γίγνεται καὶ ἡ ἐγγύη, ἡ ὡσανεὶ ἐν χερσὶ τιθεῖσα τὸ κατεγγυηθέν, καὶ — τὸ ὑπόγυον, ὃ καὶ ἐξ ὑπογύου λέγεται, τὸ ἐγγύς, φασί, προσδόκιμον, ἢ παραυτίκα γεγονὸς καὶ ὡς ἐλπὶν πρόχειρον, ἢ μᾶλλον, ὑποχείριον.* Etymol. Magn. *Ὑπόγυιον, παρὰ τὸ γυῖον, ὃ σημαίνει τὸ μέλος, οἷον τὸ ἐγγὺς τῶν μελῶν. ἢ ἀπὸ τοῦ γυῖα, ὃ σημαίνει τὰς χεῖρας.* Schol. ad h. l. *ἐκ τοῦ σύνεγγυς, ἀπερισκέπτως, παραυτά* (l. *παραυτίκα*). — *ἡ αἵρεσις γέγονεν*, h. e. ad electionem ventum est, s. oratoris eligendi consilium captum est. Nam p. 234. D. ipse dicebat: *οὐδέτα εἵλοντο, ἀλλ' ἀνεβάλοντο εἰς τὴν αὔριον.* Germanice dixeris: die Wahl ist

τά γε τοιαῦτα χαλεπόν. εἰ μὲν γὰρ δέοι Ἀθηναίους ἐν Πελοποννησίοις εὖ λέγειν ἢ Πελοποννησίους ἐν Ἀθηναίοις, ἀγαθοῦ ἂν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος· ὅταν δέ τις ἐν τούτοις ἀγωνίζηται, οὕσπερ καὶ ἐπαινεῖ, οὐδὲν μέγα δοκεῖν εὖ λέγειν.

ΜΕΝ. Οὐκ οἴει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ μέντοι μὰ Δία.

ΜΕΝ. Τίς οἴει οἷός τ' ἂν εἶναι αὐτὸς εἰπεῖν, εἰ δέοι καὶ ἕλοιτό σε ἡ βουλή;

ΣΩ. Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μενέξενε, οὐδὲν θαυ- E

E. *Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μ.*] Schol. Arist. T. II. p. 131. *ἐμοὶ μὲν γάρ.* Idem mox *περὶ τὴν ῥητορικήν.*

gekommen. Frustra Astius in his verbis haesitavit.

ὥσπερ αὐτοσχεδιάζειν] Verissime Eustathius ad Iliad. π. p. 1081. 6. *Αὐτοσχεδιάζειν τὸ ἀσκέπτως καὶ ἀμελετήτως λαλεῖν ἢ γράφειν παρὰ τὸ ἀληθὲς ἢ ἄλλως ἀκριβές.* Quanquam etiam omnino dicitur de iis, qui aliquid ex tempore vel temere faciunt. Ceterum *αὐτοσχεδιάζειν* est verbum Atticis proprium, ceteris Graecis *σχεδιάζειν* dicentibus. v. Pierson. ad Moer. p. 46 sq. Wernsdorf. ad Himer. p. 21. Ernesti Lex. Technol. Gr. v. *σχεδιάζειν*. — *ὥσπερ* ita ponitur Phaedr. p. 270. E. *ἡ γοῦν ἄνευ τούτων μέθοδος ἐοίκοι ἂν ὥσπερ τυφλοῦ πορεία.* Phaedon. p. 88. D. *ὁ λόγος οὗτος — ὥσπερ ὑπέμνησέ με.* Cratyl. p. 384. C. *ὥσπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν*, ubi v. Heindorf.

D. *Πόθεν, ὦ ᾽γαθέ;*] Haec interrogatio habet vim negandi, ut Lat. Quid ita! v. ad Gorg. p. 471. D. De proximis conf. annot. ad p. 234. C.

ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος] Infra p. 247. C. *οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προσδεήσονται.* Lachet. p. 124. D. *ὥσπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή.* Parmenid. p. 135. A. *δεῖ ἀνδρὸς πάνυ μὲν εὐφυοῦς τοῦ δυνησομένου μαθεῖν κ. τ. λ.* De Rep. VII. p. 524. E. *τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἄν*, ubi plura. Xenoph. Mem. III. 3, 2. *ἐάν τι ἐνοχλῇ ἡμᾶς δεόμεθα τοῦ παύσοντος.* Soph. Antig. 260. *οὐδ᾽ ὁ κωλύσων παρῆν.* Plutarch. De divitiar. cupidit. in. *Ἀρίστιππος μὲν εἰώθει λέγειν — οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος καὶ δείξοντος, ὑφ᾽ ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν.* Vide de hoc articuli usu Rost. Gr. §. 98. 3. B. b. p. 454. ed. IV. Respexit haec Aristotel. a Gottlebero comparatus, Rhetor. III. 14. *ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, ἀληθές, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλὰ ἐν Λακεδαιμονίοις.* Item libr. I. 9. *ὥσπερ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις εἰπεῖν.* Verbum *ἀγωνίζεσθαι* de oratoribus coram populo dicentibus frequentius est, quam ut explicatione indigeat.

μαστὸν οἴῳ τ' εἶναι εἰπεῖν, ᾧ τυγχάνει διδάσκαλος οὖσα οὐ πάνυ φαύλη περὶ ῥητορικῆς, ἀλλ' ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πεποίηκε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων, Περικλέα τὸν Ξανθίππου.

ΜΕΝ. Τίς αὕτη; ἢ δῆλον, ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις;

ΣΩ. Λέγω γάρ, καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου·
236 *οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι, ὁ μὲν μουσικῆς, ἡ δὲ ῥητορικῆς. οὕτω μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα οὐ-*

P. 236. *Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις*] *τι* Vind. 1. 4. 6.

E. *διδάσκαλος οὖσα — περὶ ῥητορικῆς*] Eodem modo Lachet. p. 186. B. C. *ὅτι διδάσκαλός μοι οὐ γέγονε τούτου πέρι.* Menon. p. 90. B. *δίκαιον δὴ μετὰ τοιούτων ζητεῖν ἀρετῆς πέρι διδασκάλους.* Iam nemo cum Gottlebero desiderabit *περὶ ῥητορικήν.* Idem vir doctus se profitetur semper in isto *καὶ* ante *ἄλλους πολλοὺς* illato haesisse. Quod ne tirunculo alicui accidat, optime monuit Boeckh. in Min. p. 86. eodem modo post *καὶ* inferri *δὲ* Eryx. p. 393. E. *ὁσοίπερ καὶ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν —, τὰ δὲ πλεῖστα κατορθοῖεν.* conf. nostra ad Phileb. p. 36. Honorificentissimum Platonis de Pericle oratore iudicium legimus Phaedr. p. 270. A. Ceterum Plutarch. Vit. Per. T. I. p. 638. R. *ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ τῷ Πλάτωνος εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται, τοσοῦτόν γε ἱστορίας ἔνεστιν, ὅτι δόξαν εἶχε τὸ γύναιον ἐπὶ ῥητορικῇ πολλοῖς Ἀθηναίων ὁμιλεῖν.*

ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις;] „Huius elegantissimae feminae, quae Periclem et Socratem eruditisse dicitur, meminit Xenophon. Mem. II. 6. Max. Tyr. XXIV. p. 461. XXXVIII. p. 225. T. II. Harpocrat. p. 79. Conf. Aristid. T. II. p. 131. ed. Iebb., qui respexit ad h. l. item Plutarch. in Pericl. p. 638. Ei non modo haec oratio tribuitur, sed etiam plures aliae. v. fin. Menexeni.“ GOTTLEBER. Plura dabunt Wernsdorf. ad Himer. p. 357. Fr. Schlegel in libro: Griechen u. Röm. p. 263 sqq. Iacobs Vermischte Schriften Th. III. p. 379 sqq. Groen v. Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 124 sq. p. 141. Ceterum Weiskius ad locum Xenophontis laudatum pluribus docere conatus est meram esse ironiam, qua Socrates apud Platonem Aspasiam tanquam magistram suam laudibus extollat. Verissime.

καὶ Κόννον γε] Hunc Socrates etiam Euthydem. p. 272. C. suum appellat in arte musica magistrum. Quod quidem hoc loco ineptissime factum esse Schleiermacherus censuit, propterea, quod de arte rhetorica sermo sit, non de arte citharistica, quam sane Connus maxime professus est. v. Cicer. Epistol. I. 9, 22. Max. Tyr. XXXVIII. p. 225. Neque enim hanc cum numero oratorio quidquam commune habere. Itaque hoc quoque magno argumento esse dicit priorem hanc libri partem non a Platone esse profectam, sed inepto alicui homuncioni acceptam re-

δὲν θαυμαστὸν δεινὸν εἶναι λέγειν. ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.

Cap. IV. *ΜΕΝ.* Καὶ τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, εἰ δέοι σε λέγειν;

ΣΩ. Αὐτὸς μὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἴσως οὐδέν, Ἀσπασίας δὲ καὶ χθὲς ἠκροώμην περαινούσης ἐπιτάφιον **B**

Flor. a. b. c. d. q. Cois. Vat. Ven. Σ. Parr. BCF. Angel.

ferri. Mihi vero quemadmodum de tota hac causa aliter iudicandum videtur, ita etiam in hoc loco explicando multum a viri acutissimi sententia discedo. Nam primum quidem hoc loco diserte *μουσικῆς* in universum mentio iniicitur. Deinde etiamsi Connus Socratem fidibus potissimum docuerit; tamen ne hoc quidem nihil cum numero oratorio habebat commercii. Sed alia est causa eaque satis idonea, quamobrem Socratem putemus istum potissimum fidicinem ut magistrum suum laudavisse. Videlicet iocose eum comparat cum Lampro, cuius nomen per omnem Graeciam erat nobilitatum. v. Nepos Epaminond. c. 2. Plutarch. de Music. T. II. p. 1142. Athen. II. 6. Ex quo apparet Connum cum irrisione quadam et ioco huic anteponi. Quod si ita est, quid de Aspasia cum Antiphonte collata statuendum sit, nemo temere dubitabit. Atque haec quum ita sint, totum hunc locum arbitramur Socratis ironia explicari oportere, qua illi institutioni, qua se usum esse simulat, optimam Antiphontis et Lampri disciplinam postposuit. Etenim ne Aspasia quidem a Socrate serio summis Atticae eloquentiae principibus accensetur, quanquam deinde etiam illa oratio ei tribuitur, quam Socrates habiturus est. Quippe ne hoc quidem lepida quadam et urbana caret ironia. Idem fere censuit Prinsterer Prosopogr. p. 141.

P. 236. *ὅστις ἐμοῦ — οὗτος οἷός τ' εἴη*] Ineptus est Athenaeus XI. p. 506., qui Platonis accusans malignitatem hoc loco Antiphontem et Lamprum ab eo acerbe perstringi arbitratur. Videlicet prae nimio Platonem reprehendendi studio Deipnosophista non animadvertit huius loci urbanitatem et leporem. Nam tantum abest, ut Antiphon et Lamprus reprehendantur, ut eorum disciplina et institutio plurimi aestimetur. Quod quidem non tantum cum Thucydidis de Antiphonte iudicio, libr. VIII. c. 68. exprompto, praeclare convenit, sed etiam ipsius concinit Platonis de eo sententiae. Nam Phaedr. p. 269. A. *τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα*; dubium non est quin Antiphon Rhamnusius significetur. Sed multo etiam magis quam Athenaeus ineptiunt qui ipsum Thucydidem putarunt hic a Platone notari, quippe qui Antiphontis et Lampri institutione ac disciplina usus sit. Nam quanquam eum non pauci Antiphontis discipulum faciunt;

λόγον περὶ αὐτῶν τούτων. ἤκουσε γὰρ ἅπερ σὺ λέγεις, ὅτι μέλλοιεν Ἀθηναῖοι αἱρεῖσθαι τὸν ἐρροῦντα· ἔπειτα τὰ μὲν ἐκ τοῦ παραχρῆμά μοι διῆει, οἷα δέοι λέγειν, τὰ δὲ πρότερον ἐσκεμμένη, ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει τὸν ἐπιτάφιον λόγον, ὃν Περικλῆς εἶπε, περιλείμματ' ἄττ' ἐξ ἐκείνου συγκολλῶσα.

ΜΕΝ. Ἦ καὶ μνημονεύσαις ἂν ἃ ἔλεγεν ἡ Ἀσπασία;

ΣΩ. Εἰ μὴ ἀδικῶ γε· ἐμάνθανόν γέ τοι παρ' αὐτῆς, καὶ ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον, ὅτι ἐπελανθανόμην.

C ΜΕΝ. Τί οὖν οὐ διῆλθες;

B. *συνετίθει τὸν ἐ. λ.*] Bekk. *συνετίθη* ex Par. EF. et pr. Ven. Z.

de qua re conf. Ruhnken. Disputat. de Antiphont. Opuscul. T. I. p. 147 — 49. ed. Bergm., tamen num Lampri usus sit disciplina, recte poterit dubitari. Sed ut hoc quoque verum sit, tamen nec Thucydides vel obscuro aliquo indicio significatur, nec si significaretur, cum reprehensione commemoraretur, sed potius cum laude. De Lysia cogitari oportere nuper Schönborn. censuit I. c. p. XXVII sq.

B. *Ἐκ τοῦ παραχρῆμα*] ex tempore, nulla praevia rerum meditatione.

ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει] Non corrigam nunc cum Heindorfio ad Cratyl. p. 323. *ὅτ', ἐμοὶ δοκεῖ, συνετίθει*, quandoquidem etiam encliticam ita praemitti multis exemplis evicit Fritschius Quaestt. Luciann. p. 27 sq. v. ad Remp. V. p. 467. E. Euthydem. p. 278. C. In huiusmodi autem locis quia parenthesis cum primaria enuntiati parte quasi in unum coalescit, interpunctionem tollendam iudicavimus. Dein *συνετίθει* quod servavimus, eadem forma saepius apud Platonem in codd. plurimis exstat, ut De Rep. VI. p. 497. D. VII. p. 528. D. Legg. I. 630. E. p. 631. A. al. Euthydem. p. 293. A. *ἠφίειν*. Lysid. p. 222. B. Cratyl. p. 420. E. Lach. p. 183. E. conf. Hemsterhus. ad Thom. Magistr. p. 428. Matthiae Gr. §. 210. Ceterum Socrates quod se simulat orationem suam Aspasiae acceptam referre, quae tamen e Periclis funebri laudatione, item ab muliere sapientissima profecta illa, nonnulla repetierit, significat *εἴρων* callidissimus eam, quam recitaturus sit, orationem ad exemplum et similitudinem Pericleae laudationis esse compositam. De qua re in Prolegomenis dictum est.

Εἰ μὴ ἀδικῶ γε] h. e. *δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ μνημονεύειν*. Vide de hac formula Heindorf. ad Charm. p. 64. et nostra ad Remp. X. p. 608. D.

ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον] Latine item dixeris: paene plagas acceperam. Germanice interpreteris: beinahe hätte ich Schläge bekommen. Scilicet Aspasia revera tergo eius pepercit. Lysid. p. 210. E. *ὀλίγου ἐξήμαρτον*. Theaet. p. 180. D. *ὀλίγου δ' ἐπελαθόμην*. Menon. p. 80. B.

ΣΩ. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον.

ΜΕΝ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπέ, καὶ πάνυ μοι χαριεῖ, εἴτε Ἀσπασίας βούλει λέγειν εἴτε ὁτουοῦν· ἀλλὰ μόνον εἰπέ.

ΣΩ. Ἀλλ' ἴσως μου καταγελάσει, ἄν σοι δόξω πρεσβύτης ὢν ἔτι παίζειν.

ΜΕΝ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπὲ παντὶ τρόπῳ.

Cap. V. *ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι σοί γε δεῖ χαρίζεσθαι, ὥστε κἂν ὀλίγου, εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρ-* D

Ἔλεγεν ἡ Ἀσπασία] Sic Coisl. Ven. Σ. Vind. 1. 6. Flor. b. d. q. v. x. Ceteri libri *ἡ* om.

ὀλίγου ἐξηπάτησας. Euthydem. p. 279. D. *ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα.* Ibid. p. 303. B. *ὀλίγου παρετάθησαν.* Symp. 198. B. Thucyd. VIII. 35. *ὀλίγου εἶλον.* Id. II. 77. *ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι.* Xenoph. Cyrop. I. 4, 8. *μικροῦ κἀκεῖνον ἐξεπαιδαγώγησεν.* Lucian. Hermotim. §. 81. *ὀλίγου δίκην ἔφυγεν.* Non opus est, ut cum Schleiermachero corrigas *ὅτε* (quando) *ἐπελαθόμην.* Ceterum hocioco Socrates videtur notare oratores, qui orationes ab aliis compositas tanquam pueri in ludo summo cum labore ediscerent, quae scita est Socheri observatio.

C. *Τί οὖν οὐ διῆλθες;*] Quin tu mihi narras; s. quantocius recita. v. ad Phileb. p. 54. B. Protagor. p. 310. A. Sympos. p. 173. B. al. Dein *ἐκφέρειν τι* est divulgare, ausplaudern, bekannt machen, ut apud Isocrat. Or. de Pace §. 3. conf. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 294.

Μηδαμῶς, ὦ Σώκρ.] Recte Engelhardt. *τοῦτο δείσῃς* intelligendum censet. v. ad Phaedr. p. 234. E.

πρεσβύτης ὢν ἔτι παίζειν] Videlicet recitanda eiusmodi oratione.

D. *ἀποδύντα ὀρχήσασθαι*] *Ὀρχεῖσθαι* non tantum saltationem, sed omnino numerosos corporis motus ideoque etiam luctam complectitur. v. Iacobs ad Achill. Tat. 44. 15. Ex quo perspicuum est, quid sit *ἀποδύντα ὀρχήσασθαι.* Suidas: *Ἀποδύντες ἀντὶ τοῦ ἀποδυσάμενοι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, οἳ ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολήν, ἵνα εὐτόνως χορεύσωσιν.* Quippe utcunque *ὀρχεῖσθαι* intelligitur, *ἀποδῦναι* certe nunc non est nudare corpus, sed capiendum videtur de exuendo vestitu artificiosos atque faciles corporis motus impediente. Idem censuit Loersius, qui bene refutavit Astium De Vita et Scriptis Platonis p. 449. ita scribentem: „Wie kindisch u. albern ist es, wenn Sokr. sagt, dem Menexenus zu Gefallen wolle er selbst nackt tanzen!“ Apte Gottleber. comparat Cicer. Offic. III. 19. In foro, mihi crede, saltavit (Crassus). Ibid. c. 24. ut luce palam in foro saltet. Sententia haec est: tibi gratificaturus

χήσασθαι, χαρισαίμην ἄν, ἐπειδή γε μόνω ἐσμέν. ἀλλ' ἄκουε. ἔλεγε γάρ, ὡς ἐγῷμαι, ἀρξαμένη λέγειν ἀπ' αὐτῶν τῶν τεθνεώτων οὑτωσί.

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδε ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν, προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων· λόγῳ δὲ δὴ τὸν λειπόμενον κό-
E σμον ὅ τε νόμος προστάττει ἀποδοῦναι τοῖς ἀνδράσι καὶ χρή· ἔργων γὰρ εὖ πραχθέντων λόγῳ καλῶς ῥηθέντι μνήμη καὶ κόσμος τοῖς πράξασι γίγνεται παρὰ τῶν ἀκουσάντων. δεῖ δὴ τοιούτου τινὸς λόγου, ὅστις τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἱκανῶς ἐπαινέσεται, τοῖς δὲ ζῶσιν εὐμενῶς παραινέσεται, ἐγκόνοις μὲν καὶ ἀδελφοῖς μιμεῖσθαι τὴν τῶνδε ἀρετὴν παρακελευόμενος, πατέρας δὲ καὶ μητέρας καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι

D. *οἵδε ἔχουσι*] V. *οἵδ' ἤ ἔχουσι*, quod ex codd. Vindd. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. q. v. x. z. et Bekkerianis correctum.

vel id facerem, quod hominem id aetatis dedeceat. Pro *ὥστε* autem, quod valde displicet, corrigendum censeo *ᾧ γε*. Denique *ἄν* post *κἄν* ita repetitum De Republ. VII. p. 515. E. Protagor. p. 318. B. Sophist. p. 256. B. Gorg. p. 465. C. p. 514. D. ubi v. ann. Xenoph. Sympos. II. 20. al.

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν —] Gravem et acerbam de hoc orationis principio censuram egit Dionys. De Comp. Verb. T. V. p. 116 sq. et inprimis De adm. vi Demosth. T. VI. p. 1028 sqq. ed. Reisk. Qua in re quam imprudenter versatus sit, diu est ex quo subtiliter ostendit Arnaldus in libro: Memoires de l' Academie des Inscript. Vol. XXXVII. p. 138 sqq. Nimirum non sensit Dionysius Platonem rhetorum artificia facete ridentem eorundem dicendi rationem imitando expressisse. — *ἔργῳ*, sollemnibus funebribus institutis. Thucyd. II. 46. a Gottl. laudatus: *εἴρηται — λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόσφορα· καὶ ἔργῳ οἱ Θαπτόμενοι τὰ μὲν ἤδη κεκόσμηνται κ. τ. λ.* — Mox *προπέμπειν* est prosequi.

ὅ τε νόμος προστάττει —, *καὶ χρή*] h. e. et leges hoc fieri iubent, et pietas postulat. Errat Dionysius *καὶ χρή*, praeterquam quod numerum pessumdet, etiam abundare existimans. Infra p. 239. D. *ὧν καὶ δίκαιον καὶ χρὴ πρῶτον μεμνημένους ἐπαινέσαι αὐτῶν τὴν ἀρετήν.*

E. *τούτους δὲ παραμυθούμενος*] Hoc *τούτους δὲ* cum vi et efficacia illatum est, ut Hipp. min. p. 364. E. Phaedon. p. 81. B. Phaedr. p. 277. E. Protagor. p. 313. D., ubi v. ann.

P. 237. *ἀντὶ τ. τῶν ζ.* — *ἠλλάξαντο*;] V. Matthiae Gr. §. 365. 1. Mox *κατὰ φύσιν* explicatur adiectis verbis *ὥσπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο*.

τὴν εὐγένειαν οὖν πρ.] Ante *εὐγένειαν* posuit articulum,

προγόνων λείπονται, τούτους δὲ παραμυθούμενος. Τίς οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη; ἢ πόθεν ἂν 237
P. 243. *πολλοὶ μὲν ἀμφὶ Σικελίαν* —] His verbis respondent quae sequuntur infra. *πολλοὶ δ' ἐν ναυμαχίαις ταῖς καθ' Ἑλλήσποντον*. Itaque haec: *οἷς βοηθοῦντες — ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι*, explicationis gratia et quasi per parenthesin quandam interposita sunt. Quod autem ii, qui in Siciliam missi sunt, dicuntur *πλεῖστα τρόπαια στῆσαι*, id ego omnino referam ad illas victorias, quas Athenienses inde ab huius belli initio in Sicilia reportarunt. Nam primo in proelio ad Mylas, non sine magna hostium clade, victoria potiti sunt. v. Thucyd. III, 90. Diod. XII. p. 515. Tum Athenienses rursus Syracusanos proelio navali vicerunt. v. Wesseling. ad Diodor. l. c. coll. Iustin. IV, 4. Non ita multo post Leontini cum Atheniensibus oppugnarunt Messanam. Sed Messanenses facta eruptione magnam Leontinorum partem in fugam dederunt. Quo facto Athenienses hostes repulerunt et intra moenia urbis suae concluserunt. Ex quo certamine ut superiores discessisse viderentur, tropaeo posito, Rhe-

τες ἰδίᾳ. Cap. XIV. Τρίτος δὲ πόλεμος μετὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἀνέλπιστός τε καὶ δεινὸς ἐγένετο, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τελευτήσαντες ἐνθάδε κεῖνται, πολλοὶ μὲν ἀμφὶ Σικελίαν πλεῖστα τρόπαια στήσαν- 243
τες ὑπὲρ τῆς Λεοντίνων ἐλευθερίας, οἷς βοηθοῦντες διὰ τοὺς ὅρκους ἔπλευσαν εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, διὰ δὲ μῆκος τοῦ πλοῦ εἰς ἀπορίαν τῆς πόλεως καταστάσης καὶ οὐ δυναμένης αὐτοῖς ὑπηρετεῖν, τούτῳ ἀπειπόντες ἐδυστύχησαν· ὧν οἱ ἐχθροὶ καὶ προσπολεμήσαντες πλείω ἔπαινον ἔχουσι σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι· πολλοὶ δ' ἐν ταῖς ναυμαχίαις ταῖς καθ' Ἑλλήσποντον, μιᾷ μὲν ἡμέρᾳ πά-

annot. 6. Etiam ap. Demosth. c. Aphob. I. §. 15. c. Apatur. §. 21. al. haec forma sedem habet satis certam.

gium reverterunt. Et ad postrema quidem haec Platonem respexisse arbitratus est Gottleberus.

διὰ τοὺς ὅρκους] Erat enim Atheniensibus cum Leontinis *παλαιὰ ξυμμαχία*, ut ait Thucyd. III, 86, i. e. foedus, quod, ut notum est, Graecis etiam ὅρκος ob interpositum iusiurandum dicitur.

τῆς πόλεως καταστάσης] Intelligitur civitas Atheniensium.

τούτῳ ἀπειπ. ἐδυστ.] ideo, quia civitas auxilium ferre non posset, animum desponentes. De verbo *ἀπειπεῖν* laudant Abreschium Dilucc. Thucyd. T. II. p. 178. Intelliguntur autem illi, qui ab Atheniensibus in Siciliam missi sunt. De infelici expeditionis in Siciliam susceptae eventu in vulgus nota sunt omnia. v. Thucyd. VI, 1 sqq. — VII, 87 sqq.

ὧν οἱ ἐχθροὶ — οἱ φίλοι] Haec quorsum pertineant, iuxta cum ignarissimis ignoramus. Nam sive *ὧν* referimus ad *οἱ πολλοί*, ut intelligantur Athenienses; nescimus sane, quomodo hostibus eorum moderationis ac virtutis laus tribui ab oratore potuerit: sive pronomen cum Gottlebero ad Leontinos pertinere iudicamus, ne illud quidem compertum habemus, quaenam fuerit Messanensium in eos humanitas. Sed quod caput rei est, nullo modo potest intelligi, cur orator Athenienses laudaturus hostes vel ipsorum vel Leontinorum laudibus ornaverit: quod sane perabsurdum est. Itaque totum hoc comma tanquam alienae manus additamentum abiiciendum censemus, in quam sententiam video etiam Loersium disputavisse.

πολλοὶ δ' ἐν ταῖς ναυμαχίαις —] Nam clades in Sicilia accepta effecit, ut socii, iam nutantes, nominatim Chii et Lesbii, ab Atheniensibus deficerent. Itaque Lacedaemonii classem in Chium et Lesbum miserunt, ut illis ferrent auxilium. Athenienses vero, id cum sensissent, eam adorti decem naves illorum interceperunt. v. Thucyd. VIII, 9 sqq. Quocirca orator hoc loco rem mirifice auget et amplificat; nam decem tantum captae sunt naves

B σας τὰς τῶν πολεμίων ἑλόντες ναῦς, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας νικήσαντες. ὃ δ' εἶπον δεινὸν καὶ ἀνέλπιστον τοῦ πολέμου γενέσθαι, τόδε λέγω τὸ εἰς τοσοῦτον φιλονεικίας ἐλθεῖν πρὸς τὴν πόλιν τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ὥστε τολμῆσαι τῷ ἐχθίστῳ ἐπικηρυκεύσασθαι βασιλεῖ, ὃν κοινῇ ἐξέβαλον μεθ' ἡμῶν, ἰδίᾳ τοῦτον πάλιν ἐπάγεσθαι, βάρβαρον ἐφ' Ἕλληνας, καὶ ξυναθροῖσαι ἐπὶ τὴν πόλιν πάντας Ἕλληνάς τε καὶ βαρ-
C βάρους. οὗ δὴ καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο ἡ τῆς πόλεως ῥώμη τε καὶ ἀρετή. οἰομένων γὰρ ἤδη αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι καὶ ἀπειλημμένων ἐν Μυτιλήνῃ τῶν νεῶν, βοηθήσαντες ἑξήκοντα ναυσὶν, αὐτοὶ ἐμβάντες εἰς

eaeque vacuae. Praestat tamen fortasse haec cum Engelhardto referre ad proelium navale a. 410. a. Chr. ad Cyzicum commissum, de quo Xenoph. Hellen. I, 1, 18.

B. ὃ δ' εἶπον δεινὸν καὶ ἀν. τ. π.] Genitivum τοῦ πολέμου ex ὃ pronomine suspensum esse puto, ut hic sit ordo verborum: ὃ δὲ τοῦ πολέμου εἶπον δεινὸν καὶ ἀνέλπιστον γενέσθαι. Apolog. Socr. p. 17. A. μάλιστα δὲ ἓν αὐτῶν (eins an ihnen) ἐθαύμασα τῶν πολλῶν ὧν ἐψεύσαντο.

ἐπικηρυκεύσασθαι βασιλεῖ] h. e. διὰ κήρυκος πέμπειν πρὸς βασιλέα. Verbum illustravit Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 412, qui hunc locum medela aliqua indigere censuit. Sed sana sunt omnia. Verissime enim Engelh. observavit inesse verbis anacoluthon. Nam post ἐπικηρυκεύσασθαι βασιλεῖ quum pro ἐπάγεσθαι exspectaretur aliud verbum, κατὰ σύνεσιν mutata oratio est. — πάλιν ἐπάγεσθαι, quum eum antea e Graecia eiecissent. — Intelligit autem orator haud dubie illud foedus, quod Lacedaemonii consilio Alcibiadis, tunc temporis exsulis, cum Persarum rege, Dario Notho, fecerunt. v. Thucyd. VIII, 18. Ceterum toto coelo a vero aberravit Bernhardy Syntax. Ling. Graec. p. 319., qui βάρβαρον ante ἐφ' Ἕλληνας putat ex interpolatione ortum esse.

C. καὶ ἀπειλημμένων — —] Rem narrant Xenoph. Hellen. I, 6, 24. et Diodor. XIII. p. 602. Etenim Conon, Methymnae adversus Callicratidam, ducem Lacedaemoniorum, opem laturus quum ad Mytilenen conflixisset, cum quadraginta navibus sese in huius urbis portum recepit, ubi ab hostibus obsessus est usque ad pugnam apud insulas Arginusas commissam, in qua victus est Callicratidas. Verbum ἀπολαμβάνειν intercipiendi et intercludendi vi positum illustrant Hemsterh. ad Plut. v. 935. Valcken. ad Herod. IX, 10. De participiorum cumulatione conf. Matth. §. 557. p. 523.

νικήσαντες μὲν — κεῖνται ἐνθάδε] Periodus mire structa. Vide enim quam haec absurda sint: οὗ δὴ καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο ἡ τῆς πόλεως ῥώμη τε καὶ ἀρετή. οἰομένων γὰρ ἤδη αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι — αὐτοὶ ἐμβάντες — ἀναξίου τύχης τυ-

τὰς ναῦς, καὶ ἄνδρες γενόμενοι ὁμολογουμένως ἄριστοι, νικήσαντες μὲν τοὺς πολεμίους, λυσάμενοι δὲ τοὺς φιλίους, ἀναξίου τύχης τυχόντες, οὐκ ἀναιρεθέντες ἐκ τῆς θαλάττης, κεῖνται ἐνθάδε. ὧν χρὴ ἀεὶ μεμνῆσθαί τε καὶ ἐπαινεῖν· τῇ μὲν γὰρ ἐκεί- D
νων ἀρετῇ ἐνικήσαμεν οὐ μόνον τὴν τότε ναυμαχίαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον πόλεμον· δόξαν γὰρ δι' αὐτοὺς ἡ πόλις ἔσχε μή ποτ' ἂν καταπολεμηθῆναι μηδ' ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων· καὶ ἀληθῆ ἔδοξε· τῇ δὲ ἡμετέρᾳ αὐτῶν διαφορᾷ ἐκρατήθημεν, οὐχ ὑπὸ τῶν ἄλλων· ἀήττητοι γὰρ ἔτι καὶ νῦν ὑπό γε ἐκείνων ἐσμέν, ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ἐνικήσαμεν καὶ ἡττή-

χόντες — κεῖνται ἐνθάδε. Nimirum vis maxima inest in his: *νικήσαντες μὲν τοὺς πολεμίους, λυσάμενοι δὲ τοὺς φιλίους*: ut accuratius ita fere scribendum fuerit: *ἐνίκησαν μὲν τοὺς πολεμίους, ἐλύσαντο δὲ τοὺς φιλίους, κἄτα ἀναξίου τύχης τυχόντες κεῖνται ἐνθάδε.* Nolim tamen quidquam sollicitari, quandoquidem Graecos novimus interdum actionem primariam participio significavisse: de quo loquendi genere vid. Seidler. ad Eurip. Iphig. Taur. 1412. Sed plus offensionis habet istud: *οὐκ ἀναιρεθέντες ἐκ τῆς θαλάσσης, κεῖνται ἐνθάδε*: quae quoniam inter se nimium pugnare videntur, Wesselingius Obss. I, 1, ante *κεῖνται* excidisse *οὐ* suspicatus est. Quam suspicionem etsi facile largimur Gottlebero plane esse supervacaneam, quandoquidem haud dubie cogitandum est de sepultura *κενῇ* (v. Dorvill. ad Charit. p. 354.), tamen ne sic quidem offensio omnis sublata est, quum nimis aperta sit postremorum verborum repugnantia. Dicam igitur quod sentio. Verba: *οὐκ ἀναιρεθέντες ἐκ τῆς θαλάττης*, e mari non sublati, ex glossemate videantur traxisse originem, nisi forte debentur lusui ὀξυμώρῳ, ab ipso scriptore studiose quaesito. De re ipsa v. Xenoph. Hellen. I, 6 sq. Mem. I, 1. IV, 4. Pro *φιλίους* quod olim ad Phileb. p. 21. E. censui e Dionys. De admirand. vi Demosth. p. 1036. restituendum esse *φίλους*, id nunc non amplius defendam. conf. De Republ. III. p. 414. B. Symp. p. 221. B., ubi item *πολέμιοι* et *φίλιοι* opponuntur.

D. *τὸν ἄλλον πόλεμον*] reliquum bellum.

τῇ δὲ ἡμετέρᾳ αὐτῶν διαφορᾷ ἐκρ.] Levi pede transit cladem illam ad Aegos flumen a Lysandro inflictam.

καὶ ἡττήθημεν] intell. *ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν*, qui est constans et legitimus loquendi usus. De Rep. II. p. 358. E. *ὅταν ἀλλήλους ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται*, sc. *ὑπ' ἀλλήλων*. Ibid. V. p. 468. B. *τὸ φιλῆσαί τε καὶ φιληθῆναι ὑπὸ ἑκάστου*, ubi ad *φιλῆσαι* intell. *ἕκαστον*. Xenoph. Hellen. I, 3, 9. *ὅρκους ἔδοσαν καὶ ἔλαβον παρὰ Φαρναβάζου*, ubi ad *ἔδοσαν* intell. *Φαρναβάζῳ*. Eurip. Alcest. 197. *ὃν οὐ προσεῖπε καὶ προσερρήθη πάλιν*, sc. *ὑφ' οὗ*.

E *θημεν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἡσυχίας γενομένης καὶ εἰρήνης πρὸς τοὺς ἄλλους, ὁ οἰκεῖος ἡμῖν πόλεμος οὕτως ἐπολεμήθη, ὥστε, εἴπερ εἰμαρμένον εἴη ἀνθρώποις στασιάσαι, μὴ ἂν ἄλλως εὖ ξασθαι μηδένα πόλιν ἑαυτοῦ νοσῆσαι. ἔκ τε γὰρ τοῦ Πειραιῶς καὶ τοῦ ἄστεος ὡς ἀσμένως καὶ οἰκείως ἀλλήλοις συνέμιξαν οἱ πολῖται καὶ παρ' ἐλπίδα τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, τόν τε πρὸς*
244 *τοὺς Ἐλευσῖνι πόλεμον ὡς μετρίως ἔθεντο! καὶ τούτων ἁπάντων οὐδὲν ἄλλο αἴτιον ἢ ἡ τῷ ὄντι ξυγγένεια, φιλίαν βέβαιον καὶ ὁμόφυλον οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ παρεχομένη. χρὴ δὲ καὶ τῶν ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ τελευτησάντων ὑπ' ἀλλήλων μνείαν ἔχειν καὶ διαλλάττειν αὐτοὺς ᾧ δυνάμεθα, εὐχαῖς καὶ θυσίαις, ἐν τοῖς τοιοῖσδε, τοῖς κρατοῦσιν αὐτῶν εὐχομένους,*

P 243. E. *ἔκ τε γὰρ τοῦ Πειραιῶς*] Sic Flor. v. x. z. Ven. Σ. Par. Z. pro vulg. *Πειραιέως*. conf. Thom. Mag. p. 700. Moeris p. 314.

πρὸς τοὺς Ἐλευσῖνι] V. *ἐν Ἐλ.* quod ex Coisl. Vat. Par. BCEF. Ambr. Flor. a. b. c. v. q. z. Vind. 1. 4. 6. mutatum.

E. *ἡσυχίας γενομένης καὶ εἰρήνης*] Intelligit pacem illam infamem, quam Lysander victis Atheniensibus hac lege, si longa Piraei brachia et muros destruerent, concessit. v. Xenoph. H. Gr. II. p. 68. GOTTL.

οἰκεῖος πόλεμος] Refertur ad bellum, quod Thrasybulus contra triginta tyrannos eorumque factionem gessit, de quo v. Xenoph. Gr. II, 3. Diod. XIV, 667. Lys. Orat. adv. Eratosth. T. V. Oratt. p. 418. it. Epitaph. p. 118. Plebs novarum rerum studiosa in duas factiones fuit divisa. GOTTL. — *Νοσεῖν* de civitate malis domesticis et intestinis tumultibus laborante non infrequens. cfr. Demosth. Olynth. I. p. 154. ed. Bremi. Plat. de Republ. V. p. 470. C.

πρὸς τοὺς Ἐλευσῖνι π.] Tyranni enim, Athenis eiecti, Eleusinem se receperunt, ubi postea externum militem stipendio conduxerunt. Adversus quos publice suscepta est expeditio, cuius hic fuit eventus, ut ducibus, qui in colloquium allecti essent, repente trucidatis pax componeretur. v. Xenoph. l. c. Iustin. V, 10. Nep. Thras. 2. 3. Ceterum de moderatione Atheniensium legas Nepot. Thras. 3, qui narrat, posteaquam Pausanias Atheniensibus auxilio venerit, inter Thrasybulum et eos, qui tenuerint urbem, pacem factam esse his conditionibus: „Ne qui praeter triginta tyrannos et decem, qui postea praetores creati superioris more crudelitatis usi erant, afficerentur exsilio, neve bona publicarentur; reipublicae procuratio populo redderetur. — *πόλεμον θέσθαι*,

ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς διηλλάγμεθα. οὐ γὰρ κακίᾳ ἀλλήλων ἤψαντο οὐδ' ἔχθρᾳ, ἀλλὰ δυστυχίᾳ. μάρτυρες δὲ B
ἡμεῖς αὐτοί ἐσμεν τούτων οἱ ζῶντες· οἱ αὐτοὶ γὰρ
ὄντες ἐκείνοις γένει συγγνώμην ἀλλήλοις ἔχομεν ὧν τ'
ἐποιήσαμεν ὧν τ' ἐπάθομεν. Cap. XV. Μετὰ δὲ
τοῦτο παντελοῦς εἰρήνης ἡμῖν γενομένης, ἡσυχίαν ἦγεν
ἡ πόλις, τοῖς μὲν βαρβάροις συγγιγνώσκουσα, ὅτι πα-
θόντες ὑπ' αὐτῆς κακῶς ἱκανῶς οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναν-
το, τοῖς δὲ Ἕλλησιν ἀγανακτοῦσα, μεμνημένη, ὡς εὖ
παθόντες ὑπ' αὐτῆς οἵαν χάριν ἀπέδοσαν, κοινωσά- C
μενοι τοῖς βαρβάροις, τάς τε ναῦς περιελόμενοι αἵ
ποτ' ἐκείνους ἔσωσαν, καὶ τείχη καθελόντες ἀνθ' ὧν
ἡμεῖς τἀκείνων ἐκωλύσαμεν πεσεῖν. διανοουμένη δὲ ἡ
πόλις μὴ ἂν ἔτι ἀμῦναι μήθ' Ἕλλησι πρὸς ἀλλήλων

P. 244. ἢ ἢ τῷ ὄντι ξυγγένεια] V. ἢ τῷ ὄντι ξ. Articulus e Vind. 4. et Par. Z. accessit.

B. οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναντο] Sic codd. fere omnes pro vulg. ἠμύνοντο.

i. q. καταθέσθαι, bellum componere. Infra p. 245. E. ἄμεινον ἦ τότε ἐθέμεθα τὸν πόλεμον.

P. 244. τελευτησάντων ὑπ' ἀλλήλων] Dictum est ut ἀποθνήσκειν ὑπό τινος et similia, de quibus v. Matth. §. 496, 3.

ἐν τοῖς τοιοῖσδε] in hisce sollemnibus funebribus. Supra p. 288. B. πρέπει ἐν τῷ τοιῷδε ἐὰν.

τοῖς κρατοῦσιν αὐτῶν] diis inferis.

B. Μετὰ δὲ τοῦτο —] expulsis triginta tyrannis et restituta populi libertate.

παθόντες ὑπ' αὐτῆς — ἠμύναντο] Opponuntur κακῶς πάσχειν et ἀμύνεσθαι, itemque ἱκανῶς et οὐκ ἐνδεῶς, ut bene observat Engelhardt. Itaque non est, quod cum Bekkero ἱκανῶς eliciendum statuamus.

ὡς τὸ — οἵαν χάριν] V ad Phaedr. p. 271. B. Reip. VIII. p. 569. A.

C. τάς τε ναῦς περιελόμενοι —] „Lysander navibus, praeter duodecim, omnibus potitus est, easque ad tibiam accendit, simul coronatis ovantibusque sociis, tanquam hic dies libertatis foret auspicium. v. Plut. V. Lys. c. 15." GOTTL.

καὶ τείχη καθελόντες] Xenoph. Hell. II, 2. τὰ τείχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων πολλῇ προθυμίᾳ. conf. Plutarch. Lys. c. 14." GOTTL. Articulum ante τείχη, quem Loersius de coniectura interposuit, equidem ob praegressum τάς τε minus desidero. Infra p. 245. E. τῶν τε ἐν Κορίνθῳ χρησαμένων δυσχωρίᾳ, καὶ ἐν Λεχαιῷ προδοσίᾳ, ubi item exspectabas καὶ τῶν ἐν Λεχαιῷ πρ. v. ad Hipp. 283. A.

δουλουμένοις μήτε ὑπὸ βαρβάρων, οὕτως ᾠκει. ἡμῶν οὖν ἐν τοιαύτῃ διανοίᾳ ὄντων ἡγησάμενοι Λακεδαιμόνιοι τοὺς μὲν τῆς ἐλευθερίας ἐπικούρους πεπτωκέναι ἡμᾶς, σφέτερον δὲ ἤδη ἔργον εἶναι καταδουλοῦσθαι τοὺς ἄλλους, ταῦτ' ἔπραττον. Cap. XVI. *Καὶ μηκύνειν μὲν τί δεῖ; οὐ γὰρ πάλαι οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἐτῶν γεγονότα λέγοιμ' ἂν τὰ μετὰ ταῦτα· αὐτοὶ γὰρ ἴσμεν, ὡς ἐκπεπληγμένοι ἀφίκοντο εἰς χρείαν τῆς πόλεως τῶν τε Ἑλλήνων οἱ πρῶτοι, Ἀργεῖοι καὶ Βοιω-*

D. *οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἐτῶν γ.*] Sic Flor. z. Par. Z. et teste Iacobsio ad Achill. Tat. p. 915. Monac. 490. Ceteri libri cum editt. *οὐδὲ πολλῶν ἀνθρώπων γ.* Heindorf. ad Gorg. p. 7. coni. *οὐδὲ*

οὕτως ᾠκει] h. e. *ἐπολιτεύετο.* v. ad p. 238. C. — *οὕτως* post participia illatum illustravimus ad Phileb. p. 44. E. Phaedon. p. 70. E. al.

D. *ταῦτ' ἔπραττον*] hoc agebant, ut alios in servitutem redigerent. Simillimus est locus Ciceronis De Orat. I, 32, 146. quae sua sponte homines facerent, ea quosdam observasse atque id egisse, sc. ut ea observarent: in quibus frustra haeserunt interpretes. conf. ad Phaedr. p. 253. C. Criton. p. 47. B. Reip. IX. p. 581. D. Gorg. 507. D. Pluralis numerus *ταῦτα* ne quem offendat, vid. quae scripsimus ad Apol. Socr. p. 19. D. Gorg. p. 447. B. Remp. VI. p. 504. D. Phaedr. p. 253. A.

οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἐτῶν γεγονότα] Ita rescribere iam olim non dubitavi; nam quod ceterae habent editiones, *οὐδὲ πολλῶν ἀνθρώπων γεγονότα*, id quomodo possit commode explicari, equidem nondum video. Comparavit Engelhardtus *πολλῶν ἐτῶν, τοσούτων ἐτῶν* et similia. Sed horum genitivorum alia ratio est, quum significent multorum annorum spatio, non ante multos annos. Quocirca *πολλῶν ἀνθρώπων* si eodem interpretemur modo, significabit multorum hominum aetate s. memoria, minime vero ante multorum hominum memoriam. Lenissima est Bekkeri correctio: *οὐδ' ἐπ' ἄλλων ἀνθρώπων*, aliorum aetate hominum: quam non multum abfuit quin reciperem.

καὶ τό γε θειότατον πάντων —] Observes anacoluthiam. Quum enim praecedat *τῶν τε Ἑλλήνων οἱ πρῶτοι*, subiici proprie debuerunt haec: *καὶ — αὐτὸς ὁ βασιλεύς, ὃς εἰς τοῦτο ἀπορίας ἀφίκετο, ὥστε κ. τ. λ.* Sed causa mutatae structurae in promtu est. Res ipsae vero, quae hoc loco memorantur, ab oratore studiose pervertuntur, quo scilicet illustriores evadant laudes Atheniensium. Historiarum scriptoribus si fides habenda est, haec potius fuit rerum conditio. Lacedaemonii quum Cyro adversus Persarum regem auxilia misissent, Artaxerxes II. eius facinoris iniuriam vindicare decrevit. Cui

τοὶ καὶ Κορίνθιοι, καὶ τό γε θειότατον πάντων, τὸ καὶ βασιλέα εἰς τοῦτο ἀπορίας ἀφικέσθαι, ὥστε περιστῆναι αὐτῷ μηδαμόθεν ἄλλοθεν τὴν σωτηρίαν γενέσθαι ἀλλ' ἢ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως, ἣν πρόσθεν E ἀπώλλυ. καὶ δὴ καὶ εἴ τις βούλοιτο τῆς πόλεως κατηγορῆσαι δικαίως, τοῦτ' ἂν μόνον λέγων ὀρθῶς ἂν κατηγοροίη, ὡς ἀεὶ λίαν φιλοικτίρμων ἐστὶ καὶ τοῦ ἥττονος θεραπίς. καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ τότε χρόνῳ οὐχ οἷά τε ἐγένετο καρτερῆσαι, οὐδὲ διαφυλάξαι ἃ ἐδέδο-

πολλῶν ἄνω γενεῶν. Bekkerus legendum suspicatur: οὐδ' ἐπ' ἄλλων ἀνθρώπων.

E. ἣν πρόσθεν ἀπώλλυ] Sic Flor. b. q. Ceteri mss. et editt. ἣν προθύμως ἀπ.

Lacedaemonii ducibus Thimbrone, Dercyllida maximeque Agesilao tanta felicitate in ipsa Asia restiterunt, ut hic iamiam de evertendo Persarum regno agitaret consilia. Ibi vero Persae quod armorum vi prohibere vix posse videbantur, pecuniae largitione avertere conati sunt. Conflarunt enim Lacedaemoniis in ipsa Graecia magnum et periculosum bellum, quod Corinthium solet appellari, quodque communiter susceptum est a Corinthiis, Boeotis, Argivis, Thessalis, Atheniensibus. In quo quum Lacedaemonii ad Haliartum a. 394. a. Chr. n. gravi clade essent affecti, Agesilaus in medio cursu rerum in Asia egregie gestarum domum reverti iubetur, laborantibus Spartanorum rebus opem laturus. Neque hic imperio civium suorum non paruit. Itaque in Graeciam profectus cum hostibus ad Coroneam conflixit et, quantum potuit, damnum a patria acceptum reparavit. Sed quum iam Lacedaemonii proelio terrestri vicissent, tamen maritimum imperium obtinere diutius non potuerunt. Conon enim, classe eorum apud Cnidum fusa, omni opera id efficere conatus est, ut pristinae Atheniensium opes restituerentur. Tum vero a Lacedaemoniis, id ipsum metuentibus, per Antalcidam flagitiosa illa pax est composita a. Chr. 387., quae nomini Graeco magnam sane atque meritam contraxit infamiam. Habita autem haec oratio fingitur non ita multo post pacem ab Antalcida initam.

ὥστε περιστῆναι αὐτῷ —] ut ipsi praeter opinionem accideret. Demosth. περὶ συντ. p. 176. τοῦτο καὶ ὑμῖν περιέστηκε. Videtur autem significare regem Persarum ad bellum contra Lacedaemonios conflandum potissimum opera Atheniensium usum esse.

E. πρόσθεν ἀπώλλυ] perdere conabatur. De hoc usu loquendi v. Taylor. ad Lys. p. 146. Leopard. Emend. VII, 7. Wesseling. ad Herodot. I, 68. Valcken. ad Eur. Phoeniss. v. 1406. Frotscher. ad Xenoph. Hieron. p. 23. Rost. §. 116. not. 5. De Latinis dixerunt intpp. ad Sueton. Caes. 29. Gronov. ad Liv. XXXVII, 17.

κτο αὐτῇ, τὸ μηδενὶ δουλουμένῳ βοηθεῖν τῶν σφᾶς
245 αὐτοὺς ἀδικησάντων, ἀλλὰ ἐκάμφθη καὶ ἐβοήθησε,
καὶ τοὺς μὲν Ἕλληνας αὐτὴ βοηθήσασα ἀπελύσατο
δουλείας, ὥςτ' ἐλευθέρους εἶναι μέχρι οὗ πάλιν αὐ-
τοὶ αὐτοὺς κατεδουλώσαντο, βασιλεῖ δὲ αὐτὴ μὲν οὐκ
ἐτόλμησε βοηθῆσαι, αἰσχυνομένη τὰ τρόπαια τά τε
Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς, φυγάδας δὲ
καὶ ἐθελοντὰς ἐάσασα μόνον βοηθῆσαι ὁμολογουμέ-
νως ἔσωσε. τειχισαμένη δὲ καὶ ναυπηγησαμένη, ἐκδε-
B ξαμένη τὸν πόλεμον, ἐπειδὴ ἠναγκάσθη πολεμεῖν,
ὑπὲρ Παρίων ἐπολέμει Λακεδαιμονίοις. Cap. XVII.
φοβηθεὶς δὲ βασιλεὺς τὴν πόλιν, ἐπειδὴ ἑώρα Λακε-

τῶν σφᾶς αὐτοὺς ἀδικησάντων] Sic optimi libri Flor. v. x. z. Ven. Σ. Par. Z. Vulgo αὐτοὺς aberat.

P. 245. αὐτὴ βοηθήσασα] Sic Flor. x. Ven. Σ. Par. Z. pro vulg. αὖτη. Dein μέχρι οὗ pro μέχρις οὗ dedimus e Flor. a. b. c. v. q. z. Ven. ΘΞ. Par. BCF. Angel. Ambr. cfr. ad p. 239. E.

αὐτὴ μὲν οὐκ ἐτ.] V. αὖτη, quod e Flor. v. x. z. Ven. Σ.

τῶν σφᾶς αὐτοὺς] qui sibimet ipsis intulissent iniuriam prodita libertate.

P. 245. αὐτὴ βοηθήσασα] αὐτὴ opponitur sequentibus: φυγάδας δὲ καὶ ἐθελοντὰς ἐάσασα κ. τ. λ.

φυγάδας δὲ — ἔσωσε] Hoc ad Cononem referendum, qui exsul ad Evagoram, amicum Atheniensium, et ad Pharnabazum liberandae Graeciae causa se contulit, et cum hoc Lacedaemonios proelio navali vicit. GOTTL.

B. ὑπὲρ Παρίων ἐπολέμει] Nihil usquam de bello ab Atheniensibus pro Pariis gesto memoriae proditum est. Itaque Dahlmannus l. c. p. 33. respici arbitratur ad direptionem Pherarum, Lacedaemoniorum coloniae in Messenia sitae, teste Xenoph. Hellen. IV, 8, 7. a Cononе et Pharnabazo factam. Sed ut taceam formam Φαρίων nusquam reperiri, ne intelligitur quidem ullo modo, cur ita Plato dixerit ὑπὲρ Παρίων. Multo probabilior est coniectura Schönbornii, qui in Commentat. Ueber das Verhältniss von Platons Menexenos zu dem Epitaphios des Lysias p. XI. legendum putat: ὑπὲρ πάντων.

τῷ κατὰ θάλατταν π. ἀπαγορεύοντας] a Cononе in angustias redactos.

τοὺς ἐν ἠπείρῳ] in Asia minore habitantes.

C. τῶν μὲν ἄλλων ξυμμάχων ἐψεύσθη] de reliquis sociis falsus est. Eandem verbi constructionem habes Phaedon. p. 85. A. οἱ δὲ ἄνθρωποι — καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται. Legg. VII. p. 821. B. καταψευδόμεθα — μεγάλων θεῶν. Infra p. 247. E. ἡμῶν τοὺς ἐπαινοῦντας καταψεύδεσθαι.

καὶ ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν] Haec verba sic iungi solere multis exemplis ostendit

δαιμονίους τῷ κατὰ θάλατταν πολέμῳ ἀπαγορεύοντας, ἀποστῆναι βουλόμενος ἐξήτει τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ, οὕσπερ πρότερον Λακεδαιμόνιοι αὐτῷ ἐξέδοσαν, εἰ μέλλοι συμμαχήσειν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις, ἡγούμενος οὐκ ἐθελήσειν, ἵν' αὐτῷ πρόφασις εἴη τῆς ἀποστάσεως. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ξυμ- C
μάχων ἐψεύσθη — ἠθέλησαν γὰρ αὐτῷ ἐκδιδόναι καὶ ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι, εἰ μέλλοι χρήματα παρέξειν, ἐκδώσειν τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ Ἕλληνας —, μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐτολμήσαμεν οὔτε ἐκδοῦναι οὔτε ὀμόσαι. οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ

Par. Z. emendatum.

C. *ἄλλων ξυμμάχων ἐψεύσθη*] **Ven. Σ. Par. Z. Flor. v. x. z.** *οὐκ ἐψεύσθη.*

καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι] **Ita Flor. v. x. z. Ven. Σ. Par. Z. Vulgo** *οἱ* **deest, quod restituendum vidit Boeckh. in Min. p. 142. Enimvero subiicitur** *μόνοι δὲ ἡμεῖς.* **conf. p. 249. C. ibique annot. crit.**

Boissonad. ad Eunapium p. 485.

οὐκ ἐτολμήσαμεν —] **non a nobis impetravimus, non sustinuimus. Ita p. 245. A.** *βασιλεῖ δὲ αὖτὴ μὲν οὐκ ἐτολμησε βοηθῆσαι.* **De Rep. II. p. 360. B. III. p. 391. D. Criton. p. 86. al. Horat. Epist. I, 2, 40. Ibid. II, 2, 111.** *audebit*, **quaecunque parum splendoris habebunt — verba movere loco. De re ipsa Dahlmannus l. c. p. 38. „Das Aergste von Allem ist, dass selbst von der allerjüngst erlittenen Schmach des durch Persien dictirten Friedens Athen allein ausgenommen wird. „Wir allein schwuren nicht, gaben die Griechen nicht preis.“ Und doch ist nichts gewisser, als dass die Athener, ungern zwar, den Congress der griechischen Staaten, den Tiribazus berief, ebenfalls beschickten, und daselbst eben wie die Andern, nur mit Ausnahme der Thebaner, den Frieden, wie er ihn mitbrachte, und nachdem er sie bloss das Siegel hatte recognosciren lassen, vorlas, annahmen und beschwuren.“ Non aliter Schleiermacherus censuit Annot. ad Menexen. p. 395. His prudenter adversatur Schönborn. l. c. p. XV., cuius haec sunt verba: „Mir scheinen die Worte des Platon eine andere Auslegung zuzulassen; denn wenn man dieselben schon auf die Friedensunterhandlungen bezieht, so ist gar nicht einzusehen, wie Platon nachher doch scheinbar die Erzählung noch fortsetzen kann: „So also blieben wir doch wieder allein u. s. w.“ Auch ist es schwer zu glauben, dass ein epitaphischer Redner, als welcher Platon hier doch erscheinen will, je eine so unverschämte Unwahrheit den Athenern habe sagen dürfen, zumal von einer Sache, die wenige Wochen oder Monate vor-*

ἐλεύθερον βέβαιόν τε καὶ ὑγιές ἐστι καὶ φύσει μισο-
D βάρβαρον, διὰ τὸ εἰλικρινῶς εἶναι Ἕλληνες καὶ ἀμι-
γεῖς βαρβάρων. οὐ γὰρ Πέλοπες οὐδὲ Κάδμοι οὐδὲ
Αἴγυπτοί τε καὶ Δαναοὶ οὐδὲ ἄλλοι πολλοὶ φύσει μὲν
βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες συνοικοῦσιν ἡμῖν,
ἀλλ' αὐτοὶ Ἕλληνες, οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦμεν, ὅθεν
καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας
φύσεως. ὅμως δ' οὖν ἐμονώθημεν πάλιν διὰ τὸ μὴ
ἐθέλειν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον ἔργον ἐργάσασθαι Ἕλ-

D. *Αἴγυπτοί τε καὶ Δ.*] *Αἰγύπτιοι* Ven. Σ. Vat. Flor. v. q. x.
E. *ἐλθόντες οὖν εἰς τ.*] Sic Flor. a. b. c. d. v. q. x. z. Vind. 1. 6. Cois. Vat. Ven. ΞΣ. Par. BCZ. Ambr. Ang. Vulgo

her geschehen war. — Platon versteht nach meiner Meinung die Verträge, die auf Befehl des Tithraustes der Rhodier Timokrates mit einzelnen Männern in Theben, Korinth und Argos abschloss, worinn sie für das von ihm empfangene Geld versprachen einen Krieg gegen Lacedämon zu beginnen. An diesen Verträgen hatte Athen, wie Xenoph. Hellen. III, 5, 2. ausdrücklich bemerkt, keinen Antheil, weil diese Stadt nach des Geschichtschreibers Ansicht, auch ohne Geld empfangen zu haben, zum Kriege gegen ihre Nebenbuhlerinn bereit war. Da nun Agesilaus, als er nach Kleinasien kam, von den Persern die Freiheit der auf dem Festlande wohnenden Hellenen verlangt hatte (Xenoph. Hell. III, 4, 5. III, 4, 25. 26.), so konnte Platon von den Korinthiern, Argivern und Böotiern, die für Geld die für die Hellenen in Asien kämpfenden Lacedämonier angreifen wollten, allerdings nicht ohne Schein der Wahrheit sagen: sie hätten jene Hellenen an Persien verrathen, Athen aber hätte dieses Ansinnen von sich gewiesen."

D. *διὰ τὸ εἰλικρινῶς εἶναι Ἕλληνες* —] Haec adduntur quasi praegressum sit: *οὕτω δή τοι οἵ γε πολῖται οἱ ἡμέτεροι γενναῖοι καὶ ἐλεύθεροι.* conf. Matth. §. 442. 1. Ad eundem modum infra p. 248. D. post *τῇ πόλει* pluralis numerus infertur.

οὐ γὰρ Πέλοπες — συνοικοῦσιν ἡμῖν] Mire fallitur GOTTL. ita ad h. l. commentatus: „Alias dici hos populos *Καδμείους, Αἰγυπτίους*, valde notum est. An alibi sic dicantur, mihi nondum liquet." Numerus pluralis nominum propriorum ab utriusque linguae scriptoribus poni consuevit, sicubi hominum clarorum vel cum laude vel etiam cum contemtu mentio fieret. v. Wernsdorf. ad Himer. p. 158. annot. ad Sympos. p. 218. A. Blomfield. Gloss. ad Aesch. Agam. v. 1414.

αὐτοὶ Ἕλληνες] ipsi per nos Graeci sumus, ut omnis alienigenarum commistio absit. — *οἰκοῦμεν*, v. ad p. 238. C. De proximis aptissime Gottleb. contulit Sophocl. Electr. 1217. *μῖσος γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι.*

ἐμονώθημεν πάλιν —] sicut iam superioribus temporibus factum erat, quibus Athenienses soli Persis non cesserunt, sed fortiter restiterunt. Respicit ad bellum a. 490. a. Chr. adversus Persas susceptum. Ceterum Athenienses quod h. l. dicuntur rur-

ληνας βαρβάροις ἐκδόντες. ἐλθόντες οὖν εἰς ταὐτά, E
ἐξ ὧν καὶ τὸ πρότερον κατεπολεμήθημεν, σὺν θεῷ
ἄμεινον ἢ τότε ἐθέμεθα τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ ναῦς
καὶ τείχη ἔχοντες καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἀποικίας
ἀπηλλάγημεν τοῦ πολέμου· οὕτως ἀγαπητῶς ἀπηλ-
λάττοντο καὶ οἱ πολέμιοι. ἀνδρῶν μέντοι ἀγαθῶν καὶ
ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ἐστερήθημεν, τῶν τε ἐν Κο-
ρίνθῳ χρησαμένων δυσχωρίᾳ καὶ ἐν Λεχαιῷ προδοσίᾳ.
ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ βασιλέα ἐλευθερώσαντες καὶ ἐκβα- 246

erat *ἐλθόντες δὲ εἰς τ.*
καὶ ἐν Λεχαιῷ] V. *Λεχαίῳ*, quod ex plurimis codd. correctum.

sus *μονωθῆναι*, pace Antalcidae factum est, ut pristinis sociis fere omnibus privarentur.

E. *ἐλθόντες οὖν εἰς ταὐτά* —] quum rursus in eam venissemus rerum conditionem, ut soli barbaris adversaremur nec pacem adeo inhonestam comprobaremus, quemadmodum olim soli Persarum impetum sustinueramus. — *ἐξ ὧν* proprie acceperim: von wo aus, ut haec sit scriptoris sententia: quum rursus in eundem rerum statum relapsi essemus, ex quo olim factum est ut debellaremur. Callidissime vero orator exitum belli Peloponnesiaci cum bello adversus Persas olim suscepto tam arcte coniunxit, ut calamitas in illo accepta ex hoc orta esse videri posset. Alii locum secus interpretantur. — *σὺν θεῷ*, deo iuvante. — *ἐθέμεθα τὸν πόλεμον*, v. ad p. 243. E.

καὶ γὰρ ναῦς καὶ τείχη —] Pax enim his constituta legibus est, ut Athenienses imperii maritimi principatum servarent atque colonias, Lemnum, Scyrum, Imbrum, retinerent. v. Xenoph. Hell. V, 1, 28. et 31. Quas quidem quod Plato solas *τῶν ἀποικιῶν* nomine intelligit, nemini mirum videbitur, qui secum reputaverit illarum insularum possessionem et gravissimam videri debuisse, et aliarum coloniarum iacturam potuisse illis temporibus consolari. cfr. Xenoph. IV, 8, 15. Frustra igitur in his haesit Dahlmannus.

τῶν τε ἐν Κορίνθῳ — προδοσίᾳ] Corinthiorum prudentiores, bellum adversus Lacedaemonios minime probantes, pacem suadebant, ne ager ab amicis pariter atque hostibus devastaretur. Qua re cognita Argivi, Boeoti, Athenienses, quum metuerent, ne Corinthus rursus ad partes Lacedaemoniorum transiret, pacis auctoribus foede trucidatis, quingentos alios urbis cives in exsilium eiecerunt. v. Diod. XIV. p. 709. Exsules confugiunt ad Praxilam, ducem Lacedaemoniorum, eique ostendunt posse se ipsum ducere intra muros, qui ad Lechaeum, Corinthi portum, pertinerent. Itaque sub noctem ad navale progressi locum vi expugnant. v. Xenoph. Ages. c. 2. Quo facto Boeoti et Athenienses cum Argivis et Corinthiis copias suas Lechaeo admovent et protenus in castellum irrumpunt. Sed Lacedaemonii fortiter resistentes Boeotos eorumque socios repellunt atque tandem victores discedunt. v. Xenoph. Hellen. IV, 2. et 4. Diodor. XII, 83.

P. 246. *ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ βασ.*] „Lacedaemonii, ad Cni-

λόντες ἐκ τῆς θαλάττης Λακεδαιμονίους. ὧν ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἀναμιμνήσκω, ὑμᾶς δὲ πρέπει ξυνεπαινεῖν τε καὶ κοσμεῖν τοιούτους ἄνδρας.

Cap. XVIII. Καὶ τὰ μὲν δὴ ἔργα ταῦτα τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐνθάδε κειμένων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ὑπὲρ τῆς πόλεως τετελευτήκασι, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ' ἔτι πλείω καὶ καλλίω τὰ
B ὑπολειπόμενα· πολλαὶ γὰρ ἂν ἡμέραι καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ τὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν. τούτων οὖν χρὴ μεμνημένους τοῖς τούτων ἐκγόνοις πάντ' ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, μὴ λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτός, ὦ παῖδες ἀνδρῶν ἀγαθῶν, νῦν τε παρακελεύομαι καὶ ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ, ὅπου ἄν τῳ ἐντυγχάνω
C ὑμῶν, καὶ ἀναμνήσω καὶ διακελεύσομαι προθυμεῖσθαι εἶναι ὡς ἀρίστους· ἐν δὲ τῷ παρόντι δίκαιός εἰμι εἰπεῖν ἃ οἱ πατέρες ἡμῖν ἐπέσκηπτον ἀπαγγέλλειν τοῖς

P. 246. B. εἴκοντας κάκῃ] Vett. editt. ἥκοντας, quod iam Steph. corrigendum vidit. Recte Vind. 4. 6. Flor. a. b. c. d. v. q. z. Coisl. Vat. Ven. Ξ. Parr. BC. Ang. Ambr.

dum a Conone, Persicae classis contra Lacedaemonios praefecto, et duce Timotheo victi, imperium maris amiserunt. Nep. Con. 4. v. Wesseling. ad Diod. XIV, 84. et quos laudat. GOTTL. — Ceterum observandum est etiam Lysiam in Epitaphio res Atheniensium usque ad exitum belli Corinthii persecutum esse: qui quomodo hoc argumentum pertractaverit, subtiliter explicatum est a Schoenbornio l. c. p. VI — X.

B. χρὴ μεμνημένους — πάντ' ἄνδρα παρακ.] Bene Loersius et Engelhardtus observant πάντ' ἄνδρα post pluralem eodem modo inferri, quo alibi ἕκαστος, qua de re laudant Matth. §. 301. Formula πᾶς ἀνήρ, quae frequentis est usus, respondet Germanico iedermann. De Rep. I. p. 331. B. κτῆσιν πλείστου ἀξίαν εἶναι, οὔτι παντὶ ἀνδρί, ἀλλὰ τῷ ἐπιεικεῖ. Ibid. II. p. 360. D. λυσιτελεῖν γὰρ δὴ οἴεται πᾶς ἀνήρ. Criton. p. 47. B. Protagor. p. 323. A. C. p. 325. A. Aristoph. Rann. v. 1033. 1136. al.

ὥσπερ ἐν πολέμῳ, μὴ λείπειν —] Mixta est propria et translata oratio, quum ἡ τῶν προγόνων τάξις intelligatur virtus maiorum, ut perspicue intelligitur e verbis: μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ. Ratio haec optimis quibusque utriusque linguae scriptoribus non infrequens. Cicer. Tuscul. V, 5, 13. quia tanquam levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata quam potata delectant. De

λειπομένοις, εἴ τι πάσχοιεν, ἡνίκα κινδυνεύειν ἔμελλον. φράσω δὲ ὑμῖν ἃ τε αὐτῶν ἤκουσα ἐκείνων καὶ οἷα νῦν ἡδέως ἂν εἴποιεν ὑμῖν, λαβόντες δύναμιν, τεκμαιρόμενος ἐξ ὧν τότε ἔλεγον. ἀλλὰ νομίζειν χρὴ αὐτῶν ἀκούειν ἐκείνων ἃ ἂν ἀπαγγέλλω. ἔλεγον δὲ τάδε.

Cap. XIX. Ὦ παῖδες, ὅτι μέν ἐστε πατέρων ἀγαθῶν, αὐτὸ μηνύει τὸ νῦν παρόν· ἡμῖν δὲ ἐξὸν D ζῆν μὴ καλῶς, καλῶς αἱρούμεθα μᾶλλον τελευτᾶν, πρὶν ὑμᾶς τε καὶ τοὺς ἔπειτα εἰς ὀνείδη καταστῆσαι, καὶ πρὶν τοὺς ἡμετέρους πατέρας καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι, ἡγούμενοι τῷ τοὺς αὑτοῦ αἰσχύναντι ἀβίωτον εἶναι καὶ τῷ τοιούτῳ οὔτε τινὰ ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλον εἶναι οὔτ' ἐπὶ γῆς οὔθ' ὑπὸ γῆς τελευτήσαντι. χρὴ οὖν μεμνημένους τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' E ἀρετῆς, εἰδότας, ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά. οὔτε γὰρ

D. *πρὶν ὑμᾶς τε καὶ τ.*] V. *ἡμᾶς*, invitis codd. fere omnibus. Mox vett. editt. *αἰσχύνοντι*, quod e Ven. Σ. Par. Z. Flor. x. cum Bekkero mutavimus.

verbis *εἴκοντας κάκῃ* conf. Odyss. XIV, 157. *ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει.* Formam *κάκῃ* pro *κακίᾳ* Atticis scriptoribus valde placuisse docuerunt Ruhnk. ad Tim. p. 152. Pierson. ad Moer. p. 4. Astius ad Phaedr. p. 300.

καὶ ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ] h. e. et postero tempore. Genus loquendi attigit Fr. A. Wolf. ad Demosthen. Leptin. p. 234. Contra *ὁ ἄλλος χρόνος* de praeterito tempore dici consuevit.

C. *εἴ τι πάσχοιεν*] Notus est hic *μειλιγμός*, quem Latine exprimas verbis: si quid iis accidisset, h. e. si quid mali iis evenisset. v. quae collegerunt intpp. ad Cicer. Tusc. I, 43. Hoc loco de morte cogitandum.

λαβόντες δύναμιν] Dionys. Hal. T. VI. p. 1044. *ἀναλαβόντες*, quo non opus. Mox ad *τεκμαιρόμενος* usu constanti et legitimo omissum est *αὐτά*, cuius generis exempla plurima collegi ad Reip. II. p. 368. A.

D. *οὔθ' ὑπὸ γῆς τελευτήσαντι*] In his *τελευτήσαντι* verbis *ὑπὸ γῆς* per epexegesin additum putamus, quod monemus, ne quis participium in glossematis suspicionem vocare audeat. Iamblichus Adhort. ad Philos. p. 266. ed. Kiessl., ubi hic locus exscriptus est, *ὑπὸ γῆν τελευτήσαντι* legit. — *ἀβίωτον εἶναι*, vitam non esse vitalem.

E. *τούτου λειπόμενα —*] hoc virtutis studio destituta. cfr. Matth. §. 439.

πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ' ἀνανδρίας — ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ —, οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν· πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ
247 τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ· εἰ δὲ μή, ἴστε, ὡς ἡμῖν, ἂν μέν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν. μάλιστα δ' ἂν νικῴμεθα καὶ ὑμεῖς νικῴητε, εἰ παρασκευάσαισθε τῇ τῶν προγόνων δόξῃ μὴ κατα-
B χρησόμενοι μηδ' ἀναλώσοντες αὐτήν, γνόντες, ὅτι ἀν-

P. 247. *μάλιστα δ' ἂν νικῴμεθα*] Vat. Angel. et e corr. Par. B. Flor. a. c. *ἡττῴμεθα*, quod suscepit Bekker. Deinde vett. editt. habent *καὶ ὑμεῖς νικῶντες*, quod e Vind. 4. 6. Florr. a. c. d. et aliis correctum, adstipulante Dionysio l. c.

μὴ καταχρησόμενοι μηδ' ἀναλώσοντες] Sic recte codd. mss. fere omnes. Vulgo erat *μὴ καταχρησάμενοι μηδ' ἀναλώσαντες*, quod iam Steph. mutandum vidit.

B. *οὐκ ἔστιν αἴσχιον οὐδὲν*] *οὐδέν*, quod vulgo deest,

τῷ κεκτημένῳ] int. *αὐτόν*, ut mox ad *τὸν ἔχοντα* pluralem *αὐτά*. v. ad Phaedr. p. 238. A.

καὶ οὐχ ἑαυτῷ —] neque enim ignavus et imbellis bona sua ab aliorum impetu defendere potest.

ἐπιφανέστερον ποιεῖ] „enthüllt ihn nur um so mehr.“ Quod quo clarius appareat quid sibi velit, verba *καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν* adiiciuntur. Dionysius T. VI. p. 1044. legit: *καὶ ἐπιφανεστέραν ἔχοντα τὴν δειλίαν*, quod nobis quidem non placet. Fortasse Dionysius habuit: *καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα ἐκφαίνοντα τὴν δειλίαν*. Proxima Cicero Offic. I, 19. sic interpretatus est: Scientia, quae est remota a iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda.

P. 247. *διὰ παντὸς πᾶσαν —*] V. Matth. §. 580. f. Observabis autem copiam et ubertatem verborum in his conspicuam, quae negantium vocabulorum cumulationi longe simillima est.

εἰ παρασκευάσαισθε — ἀναλώσοντες αὐτήν] si vos ita comparaveritis, ut gloria maiorum non abutamini, neque eam profundatis. *Παρασκευάζεσθαι* cum participio iunctum legitur Phaed. p. 98. A.

B. *εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρός*] Loersius Platonem

δρὶ οἰομένῳ τι εἶναι οὐκ ἔστιν αἴσχιον οὐδὲν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής· χρῆσθαι δὲ καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν θησαυρῷ, καὶ μὴ τοῖς ἐκγόνοις παραδιδόναι, αἰσχρὸν καὶ ἄνανδρον, ἀπορίᾳ ἰδίων ἑαυτοῦ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν. καὶ ἐὰν μὲν ταῦτα ἐπιτηδεύσητε, φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε, ὅταν ὑμᾶς ἡ προσήκουσα μοῖρα κομίσῃ· ἀμελήσαντας δὲ ὑμᾶς καὶ κακισθέντας οὐδεὶς εὐμενῶς ὑποδέξεται. Τοῖς μὲν οὖν παισὶ ταῦτ' εἰρήσθω. C

Cap. XX. Πατέρας δὲ ἡμῶν, οἷς εἰσί, καὶ μητέρας ἀεὶ χρὴ παραμυθεῖσθαι ὡς ῥᾷστα φέρειν τὴν ξυμφοράν, ἐὰν ἄρα ξυμβῇ γενέσθαι, καὶ μὴ ξυνοδύρεσθαι — οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προσδεήσονται·

accessit e Flor. v. x. z. Vind. 1. 6. Ven. Σ. Par. Z. et Dionysio.

C. ἀφίξεσθε, ὅταν ὑμᾶς —] V. ὅταν δὴ ὑμᾶς, quod mutavimus auctoritate Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. d. v. q. x. z. Coisl. Ven. ΞΣ. Vat. Par. BCFZ. Ambr. Ang.

μητέρας ἀεὶ χρή] V. εἰ pro ἀεί, quod correctum ex codd. est. ὡς ῥᾷστα φέρειν] Sic Ven. Σ. Par. Z. Flor. v. x. z. Dionys. Vett. edit. ὡς χρὴ ῥᾷστα φέρειν, quod mutandum vidit Iacobsius ad Philostr. Imagg. p. 199.

sibi videtur a gravi vitio liberavisse scribendo καλὸν θησαυρὸν καὶ μεγαλοπρεπῆ. Contra Sommerus in Iahnii et Seebodi Annal. litterar. a. 1831. T. II. P. IV. p. 358. legendum censuit: ἔστι μὲν γὰρ τιμαὶ γονέων κ. τ. λ. Neutra mutatione opus. Nam verba εἶναι τιμὰς γονέων subiectum efficiunt, ut dici etiam potuerit: τὸ εἶναι τιμὰς γονέων; quibus deinde recte additur καλὸς θησαυρὸς (ἐστιν). Etenim καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής, si sensum spectamus, idem est quod καλὸν καὶ μεγαλοπρεπές. Quemadmodum igitur deinde dicitur αἰσχρὸν καὶ ἄνανδρόν ἐστι χρῆσθαι χρημάτων καὶ τιμῶν θησαυρῷ, ita nunc concinnitatis causa dictum esse putamus, εἶναι τιμὰς γονέων καλὸς θησαυρός ἐστι καὶ μεγαλοπρεπής. Vulgatum tuetur etiam Iamblich. l. c. p. 268. Compares Eurip. Med. v. 145. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος; h. e. ὠφέλιμον.

ἀπορίᾳ ἰδίων αὐτοῦ κτ.] Dictionem ἴδια ἑαυτοῦ illustravit Lobeck. ad Phryn. p. 441.

C. μοῖρα κομίσῃ] deduxerit. Ἡ προσήκουσα μοῖρα est mors, ut saepe. De eadem re Crit. p. 54. C. οἱ ἐν Ἅιδου νόμοι οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, cuius loci nec Loersius immemor fuit.

οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προσδεήσονται] non enim indigebunt, qui luctus dolorem in ipsorum animis moveat molli et querula oratione. Tangitur fortasse Lysiae Epitaph. §§. 12

D ἱκανὴ γὰρ ἔσται καὶ ἡ γενομένη τύχη τοῦτο πορίζειν — ἀλλ' ἰωμένους καὶ πραΰνοντας ἀναμιμνήσκειν αὐτοὺς, ὅτι ὧν εὔχοντο τὰ μέγιστα αὐτοῖς οἱ θεοὶ ἐπήκοοι γεγόνασιν. οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας εὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς· ὧν ἔτυχον, μεγίστων ἀγαθῶν ὄντων. πάντα δὲ οὐ ῥᾴδιον θνητῷ ἀνδρὶ κατὰ νοῦν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ ἐκβαίνειν. καὶ φέροντες μὲν ἀνδρείως τὰς συμφορὰς δόξουσι τῷ ὄντι ἀνδρείων παίδων πατέρες εἶναι καὶ αὐ-
E τοὶ τοιοῦτοι· ὑπείκοντες δὲ ὑποψίαν παρέξουσιν ἢ μὴ ἡμέτεροι εἶναι ἢ ἡμῶν τοὺς ἐπαινοῦντας καταψεύδεσθαι. χρὴ δὲ οὐδέτερα τούτων, ἀλλ' ἐκείνους μάλιστ' ἡμῶν ἐπαινέτας εἶναι ἔργῳ, παρέχοντας αὐτοὺς φαινομένους τῷ ὄντι πατέρας ὄντας ἄνδρας ἀνδρῶν. πάλαι γὰρ δὴ τὸ Μηδὲν ἄγαν λεγόμενον καλῶς δοκεῖ λέγεσθαι· τῷ γὰρ ὄντι εὖ λέγεται. ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν
248 φέροντα ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τἀκείνου, τούτῳ ἄριστα πα-

D. τοῦτο πορίζειν] Sic Ven. Σ. Par. Z. Flor. v. x. z. Dionys. Vulgo erat πορίζεσθαι.

E. μάλισθ' ἡμῶν ἐπ.] Sic Florentini, Vind. 1. 4. 6. Va-

— 74. De articuli usu conf. ad p. 235. D. Mox καὶ post ἱκανὴ ἔσται de more illatum illustravimus ad Reipubl. VI, 506. D. VIII, 548. D. — τοῦτο πορίζειν, π. afferre dolorem. — ἰᾶσθαι de solatii medicina.

D. ἀθανάτους σφίσι π.] Ob oculos habuit Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 452. ed. R.

E. ὑπείκοντες δὲ ὑποψίαν παρέξουσιν —] malis autem cedentes eam movebunt suspicionem, ut vel non nostri parentes esse videantur, vel ii, qui nos laudibus celebrent, de nobis falli atque falsa comminisci existimentur. — Ad χρὴ δὲ οὐδέτερα τούτων intelligas εἶναι s. γίγνεσθαι, frequenti usu. Dein post ἔργῳ distinguendum esse primus vidit Heusd. Specim. Crit. p. 129. Nam hoc dicit orator: parentes vestros omnium maxime decet vos ipso facto laudare atque praedicare, dum se tales praebeant, qui revera videantur virorum fortium patres esse, h. e. fortes et constantes. De isto ἄνδρας ἀνδρῶν Heusdius l. c. disputavit, plurimis eiusdem rationis exemplis ex ipso Platone congestis.

τὸ Μηδὲν ἄγαν λεγ.] De hoc proverbio, cuius auctor Chilo perhibetur esse, v. ad Protagor. p. 343. B.

ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυ-

ρεσκεύασται ζῆν, οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος· οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ· οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι. τοιούτους δὲ ἡμεῖς γε ἀξιοῦμεν εἶναι καὶ τοὺς ἡμετέρους· καὶ βουλόμεθα καὶ φαμέν· καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς νῦν παρέχομεν τοιούτους, οὐκ ἀγανακτοῦντας οὐδὲ φοβουμένους ἄγαν, εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι. δεόμεθα δὴ καὶ πατέρων καὶ μητέρων τῇ αὐτῇ ταύτῃ διανοίᾳ χρωμένους τὸν ἐπίλοιπον βίον διάγειν, καὶ εἰδέναι, ὅτι οὐ θρηνοῦντες οὐδὲ ὀλοφυρόμενοι ἡμᾶς ἡμῖν μάλιστα χαριοῦνται, ἀλλ' εἴ τις ἔστι τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων, οὕτως ἀχάριστοι εἶεν ἂν μάλιστα, ἑαυτούς τε κακοῦντες καὶ βαρέως φέροντες τὰς συμφοράς· κούφως δὲ καὶ μετρίως, μάλιστ' ἂν χαρίζοιντο. τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα τελευτὴν ἤδη ἔξει ἥπερ καλλίστη γίγνεται ἀνθρώποις, ὥστε πρέπει αὐτὰ μᾶλλον κοσμεῖν ἢ θρηνεῖν· γυναικῶν δὲ τῶν ἡμετέρων καὶ παίδων ἐπιμελούμενοι καὶ τρέφοντες καὶ ἐνταῦθα

B

C

tic. Ven. Ξ. Par. BCF. Ambr. Ang. et ex corr. Coisl. Editt. habent *μάλιστα πάντων ἡμῶν*. Caret vi sua *πάντων*.

τὸν ἀν.] Cic. Tusc. V. 12. nam cui viro ex se apta sunt omnia, quae ad bene vivendum ferunt (om. verba ἢ ἐγγὺς τούτου), nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est: hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens; hic et nascentibus et cadentibus quum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet praecepto illi veteri: neque enim laetabitur unquam nec moerebit nimis, quod semper in se ipse omnem spem reponet suī. Ex hac interpretatione haud scio an suspicari recte liceat scriptum olim fuisse: *οὗτος καὶ γιγνομένων χρ. κ. π. καὶ διαφθειρομένων*. Iamblich. l. c. p. 268. post *ἐν ἄλλοις* om. *ἀνθρώποις*.

P. 248. C. *οὕτως — μάλιστα*] Participia post *οὕτως* illata sunt explicationis gratia. v. Phaedon. p. 59. A. Gorg. p. 478. C. Ibid. p. 513. E. Parmenid. in. De Rep. V. p. 476. E. IX. p. 583. C. IV. p. 442. E. al.

καὶ ἐνταῦθα τὸν νοῦν τρέποντες] Ne quis malit *ἐνταυθοῖ*, videantur quae scripsimus ad Gorg. 494. E. Apolog. Socrat. p. 36. C.

τὸν νοῦν τρέποντες τῆς τε τύχης μάλιστ' ἂν εἶεν ἐν
D λήθῃ καὶ ζῷεν κάλλιον καὶ ὀρθότερον καὶ ἡμῖν προσφιλέστερον.

Ταῦτα δὴ ἱκανὰ τοῖς ἡμετέροις παρ' ἡμῶν ἀγγέλλειν. τῇ δὲ πόλει παρεκελευόμεθ' ἄν, ὅπως ἡμῖν καὶ πατέρων καὶ υἱέων ἐπιμελήσονται, τοὺς μὲν παιδεύοντες κοσμίως, τοὺς δὲ γηροτροφοῦντες ἀξίως· νῦν δὲ ἴσμεν, ὅτι, καὶ ἐὰν μὴ ἡμεῖς παρακελευώμεθα, ἱκανῶς ἐπιμελήσεται.

Cap. XXI. Ταῦτα οὖν, ὦ παῖδες καὶ γονεῖς
E τῶν τελευτησάντων, ἐκεῖνοί τε ἐπέσκηπτον ἡμῖν ἀπαγγέλλειν, καὶ ἐγὼ ὡς δύναμαι προθυμότατα ἀπαγγέλλω· καὶ αὐτὸς δέομαι ὑπὲρ ἐκείνων, τῶν μὲν μιμεῖ-

P. 248. D. τῇ δὲ πόλει παρεκελευόμεθ' ἄν] Omnes editt. παρακελευοίμεθ' ἄν. Dionys. παρακελευόμεθα. Flor. v. x. παρεκελευόμεθ' ἄν, quod unice verum.

E. μιμεῖσθαι τοὺς αὐτῶν] V. αὐτῶν.

D. τῇ δὲ πόλει παρεκελευόμεθ' ἄν, ὅπως —] Optativum παρακελευοίμεθ' ἄν, qui in editt. omnibus servatus est, ex aliquot libris in imperfectum commutavimus. Profitentur enim qui loquentes inducuntur se civitatem esse cohortaturos, ut parentum et filiorum suorum curam gerat, si ita opus esset. Quocirca nec faciunt, quod commemorant, et rei ipsius contrarium volunt cogitari: in qua sententiarum ratione imperfectum addita particula ἄν locum habere tralatitium est. De plurali numero ἐπιμελήσονται dictum est ad p. 245. D. Usum vocularum καὶ ἐὰν declaravit Hermann. ad Viger. p. 832.

E. καὶ αὐτὸς δέομαι κ. τ. λ.] et ipse nomine illorum obsecro alteros quidem, ut suos imitentur, alteros, ut de se ipsis bono sint animo et optima quaeque sperent. Mox που non est dubitantis, sed exspectantis assensionem, ut saepe.

νόμους θεμένη —] V. Petit. Legg. Att. p. 34. p. 65 et 669. GOTTL. — διαφερόντως τῶν ἄλλων, h. e. ante ceteros.

P. 249. ἀρχῇ, ἥπερ μεγίστη ἐστίν] „Per summum magistratum intelligitur ὁ πολέμαρχος, tertius archon, cui cura belli non modo tradita, sed etiam, ut docet Poll. VIII, 91. p. 910., ludorum funebrium, in honorem eorum, qui bello strenue occiderant, et alendorum liberorum ac parentum eorum, qui caesi fuerant, quod scite Kuhnius addit. Wesseling. ad Petit. p. 669. laudat Ulpian. in Timocr. p. 445. Ὁ πολέμαρχος ἐπεμελεῖτο τοῦ τρέφεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου τοὺς παῖδας τῶν ἀποθανόντων γενναίως ἐν τῷ πολέμῳ.“ GOTTLEB. — Haec non sufficere ad huius loci interpretationem ratus Meierus de Lite Attica p. 44. not. 47. archonta ἐπώνυμον intelligendum putat.

σθαι τοὺς αὐτῶν, τῶν δὲ θαῤῥεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς ἡμῶν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ γηροτροφησόντων ὑμᾶς καὶ ἐπιμεληsομένων, ὅπου ἂν ἕκαστος ἑκάστῳ ἐντυγχάνῃ ὁτῳοῦν τῶν ἐκείνων. τῆς δὲ πόλεως ἴστε που καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι νόμους θεμένη περὶ τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γεννήτορας ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προστέτακται φυλάττειν ἀρχῇ, ἥπερ μεγίστη ἐστίν, 249
ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες· τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτή, προθυμουμένη ὅ τι μάλιστ' ἄδηλον αὐτοῖς τὴν ὀρφανίαν γενέσθαι, ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα αὐτοῖς αὐτὴ ἔτι τε παισὶν οὖσι, καὶ ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσιν, ἀποπέμπει ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν, πανοπλίᾳ κο-

P. 249. *προστέτακται φυλάττειν ἀρχῇ*] Sic Flor. x. Ven. Σ. Par. Z. pro vulg. *ἀρχή*, quod iam Steph. mutatum ivit.
καταστᾶσα αὐτοῖς αὐτή] V. *αὖτη*, quod ex aliquot libris mss. emendatum. Sic etiam mox B.

ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα] h. e. parentis instar iis prospiciens. Loquendi genus illustravit Heusdius Specim. Crit. p. 44 sq. comparatis locis De Legg. IX. p. 859. A. XI. p. 918. E.

εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσιν] h. e. *εἰς ἄνδρας ἐγγράφωνται*. Lobeckius ad Phrynich. p. 212. corr. *εἰς ἄνδρας τελέσωσιν*. Et legitur *εἰς ἄνδρας τελεῖν* Legg. XI. p. 924. B. et aliis locis plurimis. Nec tamen opus est mutatione. Bene Loersius contulit Epinom. p. 992. D. *εἰς πρεσβύτου τέλος ἀφικομένοις*. Eodem modo Pollux X, 164. *εἰσιέναι εἰς τοὺς ἐφήβους* dixit. Similiter ap. Herodot. IX, 106. *οἱ ἐν τέλει ὄντες*, ubi v. intpp. In transcursu autem notare licebit praeceptum illud grammaticorum, ex quo *εἶμι* ab Atticis nonnisi futuri temporis vim et significationem habere statuitur, de uno indicativo valere, aliorum modorum aliam esse rationem. Quam quidem observationem alio loco plurimis exemplis confirmabimus.

ἀποπέμπει ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν] Recte annotavit Stephanus propter antecedentia sequi debuisse *ἀποπέμπουσα*. Similem anacoluthiam notavimus ad Reip. II. p. 364. D. conf. Schaefer. ad Demosth. de Coron. App. T. II. p. 75. Heindorf. ad Theaet. p. 162. D. Sententia scriptoris haec est: postea quam ex ephebis excesserunt, civitas eos in suam mittit hereditatem. Quod quorsum referendum sit, docebit annot. ad pag. 234. A. Eodem modo Aeschin. adv. Ctesiph. §. 154. *νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῇδε τῇ παρόπλίᾳ ἀφῆσιν ἀγαθῇ τύχῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν.*

πανοπλίᾳ κοσμήσασα] Anno aetatis octavo decimo iuvenes Athenienses in publica *τῶν ἐφηβίων* sollemnitate, de qua v. Meursius Graeciae Feriatae p. 129., ephebis adscribebantur. Ibi

σμήσασα, ἐνδεικνυμένη καὶ ἀναμιμνήσκουσα τὰ τοῦ
B πατρὸς ἐπιτηδεύματα ὄργανα τῆς πατρῴας ἀρετῆς
διδοῦσα, καὶ ἅμα οἰωνοῦ χάριν ἄρχεσθαι ἰέναι ἐπὶ
τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἄρξοντα μετ' ἰσχύος ὅπλοις κε-
κοσμημένον. αὐτοὺς δὲ τοὺς τελευτήσαντας τιμῶσα οὐ-
δέποτε ἐκλείπει, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν αὐτὴ τὰ νο-
μιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια
γίγνεται, πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱπ-

B. ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίγνεται] Vulgo erat: ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἰδίᾳ γίγνεται, quod ex codd. vestigiis emendatum. Bekkerus scripsit: ἅπερ ἴδια ἑκάστῳ ἰδίᾳ γ. isto ἰδίᾳ uncis incluso.

C. παρὰ πάντα τὸν χρόνον] V. τὸν aberat, quod codd.

accipiebant chlamydem, militaris tirocinii signum, quam quidem gestabant perpetuo usque ad annum aetatis vigesimum. Quocirca chlamys fuit insigne epheborum, sicuti docuit Hemsterhus. ad Poll. X, 164. et ad Lennep. Etymol. p. 1108. Post chlamydem autem acceptam antiquioribus quidem certe temporibus ephebi unum annum videntur in gymnasiis exercitati esse, ita quidem, ut eodem tempore interesse possent negotiis publicis, quo sibi compararent aliquam rerum civilium notitiam, priusquam ipsi ad rem publicam accederent. Hoc tempore exacto ac fortasse iam antea custodes fiebant castellorum, Piraeei, denique terrae Atticae, adipiscebanturque nomen τῶν περιπόλων. v. Terent. Eun. II, 2, 58. intpp. ad Thucyd. IV, 62. Petit. Legg. Att. VIII, 1. p. 654 sq. Atque huc pertinet insigne fragmentum Aristotelis ap. Harpocration. p. 241.: τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν, ἐκκλησίας ἐν τῷ Θεάτρῳ γενομένης, ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις, in quo explicando quum frustra se torserit Mausacus, bene Valesius p. 127. „Priore anno, inquit, exercebantur, altero militabant.“ Pertinuisse vero hanc πανοπλίαν etiam ad eos, qui parentibus essent orbati et publicis sumtibus educarentur, ex hoc loco satis perspicue intelligitur. Conf. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 154. p. 372. ed. Brem. Lesbonax Protrept. T. VIII. p. 18. ed. Reisk. Huius tamen disciplinae ratio fieri potest ut non semper conservata sit. Certe quidem Aeschin. De fals. legat. p. 329. ed. Reisk. sese biennium narrat in castellis excubias egisse. Itaque Boeckhius Comentat., De militaribus epheborum tirociniis, in Indic. Lectt. hib. a. 1819. omnes iuvenes inde ab anno aetatis octavo decimo duos annos circuitorum partes egisse scribit, ideoque Aristotelis locum de solis civium pro patria defunctorum liberis accipiendum arbitratur. Et certe hi soli in theatro publice sunt armati, ut patet ex Aeschin. adv. Ctes. l. c.

ἐνδεικνυμένη καὶ ἀναμ. — διδοῦσα] Germanice dixeris: und unter Hinweisungen und Erinnerungen an des Vaters Bestrebungen ih-

πικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης, καὶ ἀτεχνῶς τῶν μὲν τελευτησάντων ἐν κληρονόμου καὶ υἱέος μοίρᾳ καθεστηκυῖα, τῶν δὲ υἱέων ἐν πατρός, γονέων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ἐν ἐπιτρόπου, πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπιμέλειαν ποιουμένη. ὧν χρὴ ἐνθυμουμένους πραότερον φέρειν τὴν ξυμφοράν· τοῖς τε γὰρ τελευτήσασι καὶ τοῖς ζῶσιν οὕτως ἂν προσφιλέστατοι εἶητε καὶ ῥᾷστοι θεραπεύειν τε καὶ θερα- C

omnes reddiderunt.

τοῖς τε γὰρ τελευτ.] τε e Vind. 4. 6. Flor. a. b. c. d. v. q. x. z. Vatic. Venetis, Parisa., aliis nuper adiectum.

nen die Werkzeuge der väterlichen Tugend übergiebt. Ex quo clarum est, cur comma post ἐπιτηδεύματα vulgo interpositum tollendum fuerit. De participiorum concursu dictum est ad Phaedr. p. 228. H.

B. καὶ ἅμα — ἄρχεσθαι εἶναι —] Repetendum ex antegressis διδοῦσα, quod nunc permittendi vi et potestate intelligendum, ut exinde pendeat infinitivus ἄρχεσθαι. Quocirca locum ita interpretamur: ac simul boni ominis gratia permittens, ut iam incipiat ad patrium accedere focum, eum cum virtute gubernaturus, utpote armis ornatus.

καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν] Dahlmannus l. c. incertus haeret, utrum haec verba significent eiusmodi sollemnitates singulis annis institutas esse, an pertineant ad morem illum Atheniensium, quo belli temporibus hieme eorum, qui pro patria mortem subiissent, exsequiae factae sunt. Mihi posterius probatur, quanquam oratorem ὑπερβολικῶς locutum esse facile largior.

ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίγνεται] quae privatim cuique privata fiunt. Recte Loersius monet, ἰδίᾳ respondere vocabulo κοινῇ, quum ἴδια opponatur πᾶσιν.

καὶ μουσικῆς πάσης] Pollux III, 141. οὐ ῥᾴδιον λέγειν ἀγῶνας μουσικούς, ἀλλὰ μουσικῆς. Quae sit huius observationis ratio atque causa, nemo quisquam dixerit. Quanquam enim ἀγὼν μουσικῆς legitur Legg. VIII. p. 825. A. τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας, Ibid. XII. p. 947. E. ἀγῶνα μουσικῆς αὐτοῖς καὶ γυμνικὸν ἱππικόν τε θήσουσιν. al., tamen nec altera loquendi forma temere damnanda. Thucyd. III, 104. ἀγὼν ἐποιεῖτο καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός: et mox ibid. μουσικὸς ἀγὼν ἦν. Plat. Legg. II, 658. A. εἴ ποτέ τις οὕτως ἁπλῶς ἀγῶνα θείη ὁντινοῦν, μηδὲν ἀφορίσας μήτε γυμνικὸν μήθ' ἱππικὸν μήτε μουσικόν. Ibid. VIII. p. 828. C. χορούς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς. Et hoc quidem loco quilibet videt non potuisse aliter dici propter additum πάσης. Ceterum de re ipsa confer. Lys. Epitaph. p. 131. ed. R. Lesbonax Protrept. T. VIII. p. 18. R. Suidas T. I. p. 37. s. v. ἀγώνων.

ἐν κληρονόμου — μοίρᾳ] Dictionem illustravit Heusd. Specim. Crit. p. 44.

πεύεσθαι. Νῦν δὲ ἤδη ὑμεῖς τε καὶ οἱ ἄλλοι πάντες κοινῇ κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε.

Cap. XXII. Οὗτός σοι ὁ λόγος, ὦ Μενέξενε,
D Ἀσπασίας τῆς Μιλησίας ἐστί.

ΜΕΝ. Νὴ Δία, ὦ Σώκρατες, μακαρίαν γε λέγεις τὴν Ἀσπασίαν, εἰ γυνὴ οὖσα τοιούτους λόγους οἵα τ' ἐστὶ συντιθέναι.

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὴ πιστεύεις, ἀκολούθει μετ' ἐμοῦ, καὶ ἀκούσει αὐτῆς λεγούσης.

ΜΕΝ. Πολλάκις, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ ἐντετύχηκα Ἀσπασίᾳ, καὶ οἶδα οἵα ἐστί.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἄγασαι αὐτὴν καὶ νῦν χάριν ἔχεις τοῦ λόγου αὐτῇ;

ΜΕΝ. Καὶ πολλήν γε, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ χάριν
E ἔχω τούτου τοῦ λόγου ἐκείνῃ ἢ ἐκείνῳ, ὅςτις σοι ὁ εἰπών ἐστιν αὐτόν· καὶ πρό γε ἄλλων πολλῶν χάριν ἔχω τῷ εἰπόντι.

ΣΩ. Εὖ ἂν ἔχοι. ἀλλ' ὅπως μου μὴ κατερεῖς, ἵνα καὶ αὖθίς σοι πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους παρ' αὐτῆς πολιτικοὺς ἀπαγγέλλω.

ΜΕΝ. Θάῤῥει, οὐ κατερῶ· μόνον ἀπάγγελλε.

ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔσται.

ὑμεῖς τε καὶ οἱ ἄλλοι] V. οἱ aberat, quod plurimi codd. suppeditarunt. Ex iisdem νῦν δὲ pro vulg. νῦν δὴ fluxit.

E. καὶ πρό γε ἄλλων πολλῶν] V. πολλήν, quod e Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. d. q. Coisl. Vatic. Ven. ΣΞ. Par. BCEF. Angel. mutatum. Bas. 1. 2. Flor. x. καὶ πρός γε. Hinc non male coniecit Heindorf. ad Gorg. καὶ πρός γε ἄλλην πολλήν.

C. ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε] „Demosth. in Epitaph. T. II. p. 1400. R. ὑμεῖς δὲ ἀποδυράμενοι καὶ τὰ προςήκοντα ὡς χρὴ καὶ νόμιμα ποιήσαντες ἄπιτε. Thucyd. II, 46. νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προςήκει ἑκάστῳ ἄπιτε." GOTTL.

D. εἰ γυνὴ οὖσα —] Inest in hoc loco aculeus. Nam quod vel prudens muliercula orationem narratur composuisse omnibus vulgarium rhetorum laudationibus praestantiorem, nemo non sentiet his verbis peti oratorum inertiam. De formula loquendi ἀκολούθει μετ' ἐμοῦ v. ad p. 235. A.

E. ἀλλ' ὅπως μου μὴ κατερεῖς] Supra p. 236. B. ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος. Menon. p. 77. A. ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἴσομαι πολλὰ τοιαῦτα λέγειν. De Republ. VI. p. 506. D.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΛΥΣΙΣ

PRAEFATIO AD LYSIDEM.

Socrates quum aliquando ex Academia in Lyceum contenderet, inter viam obvios habuit Hippothalem, Ctesippum, qui fuit Menexeni frater patruelis, aliosque adolescentes. Erat enim in vicinia Lycei nova palaestra exstructa, in qua adolescentes plurimi Hermaea celebrantes versabantur atque Micco duce sermonibus atque ludis tempus fallebant: ex quorum numero etiam illi erant. Rogant adolescentes Socratem, ut abiecto in Lyceum eundi consilio secum veniat in vicinam palaestram. Quibus ille pollicetur ita se morigeraturum, si ipsi indicaverint, quis ex iis, qui in palaestra versentur, communi omnium consensione pulcher (ὁ καλός) habeatur. Quum vero omnes ingenuo quodam pudore prohiberentur, quominus ad eam quaestionem responderent, Socrates eandem uni proponit Hippothali, quem iocose fatetur sibi videri amore non esse liberum et immunem. Tum vero Ctesippus nativa cum protervitate Hippothalem narrat utique miro quodam Lysidis adolescentuli amore flagrare, cuius laudes diu noctuque canat. Quibus auditis Socrates rogat Hippothalem, ut sibi eius rei specimen aliquod exhibeat, quo videlicet ipse quoque discat, quo modo amantem deceat de amato loqui. Negat Hippothales se unquam in Lysidem carmina aut orationes composuisse. Quo facto ille nonnisi sententiam eorum, quae de amasio dicere soleat, audire se velle significat. Hic vero Ctesippus: vulgaria sunt, inquit, atque trita, quae iste profert, nil nisi laudes Lysidis

eiusque familiae in ore habens. Quo accepto Socrates Hippothalem admonet, ne ante victoriam paeana canat. Nam primum quidem prudentis esse non prius laudare amasium, quam vicissim ab ipso ameris; deinde accidere etiam solere, ut pulcri et venusti, si laudibus extollantur, inani inflentur superbia, ideoque multo difficilius ad referendam gratiam commoveantur *). Nec vero Hippothales, ut est modestus ac verecundus, hanc Socratis admonitionem aspernatur, sed eum rogat, ut sibi consilio adsit suo ostendatque, qua ratione loquendum quidve agendum sit, ut amasii benevolentia concilietur et retineatur. Promittit Socrates id ei exemplo aliquo declarare, siquidem sibi opportunitas offeratur cum ipso Lyside colloquendi. Hanc vero Hippothales ait facillime ipsi oblatum iri, ubi cum Ctesippo, Lysidis familiari, in palaestram ingressus sermones miscere instituerit: esse enim Lysidem sermonum audiendorum cupidissimum, ut verisimile sit eum vel sua sponte ipsi appropinquaturum esse. Ingressus igitur Socrates una cum adolescentibus reliquis statim conspicit puerum inter turbam ludentium versantem, vultu formoso et honesto insignem. Dum paullulum morantur inter se colloquentes, ecce, etiam Menexenus ingreditur, qui, ubi Socratem salutavit, continuo una cum ipso aliisque, inter quos etiam Ctesippus est, confabulandi gratia considit. Tum vero evenit quod Hippothales futurum esse praedixerat: continuo ad eos Lysis accedit et apud Menexenum adsidit **). Sed vix hoc ita factum est, quum Menexenus sacri faciendi gratia avocatur. Qua opportunitate utitur Socrates, ut Hippothali, qui in corona audientium sese abdiderat, ne a Lyside conspiceretur, exemplo aliquo ostendat, quomodo amati superbia vel prohibenda vel reprimenda sit. Conversus igitur ad Lysidem, Parentes tui, inquit, quum te ament vehementissime cupiantque reddere te quam beatissimum, tamen illud, quod homines solet maxime delectare, tibi minime concedunt, ut facias quod tibi ipsi volupe est: imo te servorum volunt parere imperio. Nec vero ita in te agunt propter aetatis tuae infirmitatem, quandoquidem in legendo, scribendo, fidibus pulsandis, illud te sequi patiuntur, quod tibi ipsi libuerit. Itaque nulla alia hu-

*) P. 203 — 206. C.

**) P. 206. C. — 207. D.

ius rei causa esse potest, quam quod tibi putant multarum rerum peritiam ac scientiam adhuc deesse. Omnes enim homines ei, quem ipsis arbitrantur esse sapientiorem, facile cedunt adeoque suas ipsorum res lubenter tradunt ac permittunt. Nam qui rerum plurimarum peritus est, eum diligunt, amant, amicum expetunt. Quodsi igitur tu, o Lysi, amari cupis, age, in eo elabora, ut quotidie fias sapientior: nam ut nunc res est, nondum eo sapientiae pervenisti, ut magistri consilio et moderamine recte carere possis. Haec igitur Socrates ad adolescentulum: quae ille sic accipit, ut sese profiteatur huic consilio pro viribus esse obtemperaturum *). Interea redit Menexenus a sacrificio. Quocum Lysis optat, ut a Socrate eadem ista communicentur, scilicet in sinu gaudens, si huius quoque fastus nonnihil reprimatur. Verum Socrates puerum rogat, ut ipse privatim haec Menexeno exponat: eidem roganti autem promittit velle se reliquum tempus similibus sermonibus instituendis transigere, praesertim quum Menexenus in disputando minime videatur exercitatione caruisse **).

Quaerit igitur e Menexeno, inter quem atque Lysidem noverat magnam intercedere familiaritatem et amicitiam, num possit dicere et explicare, quo modo amicitia concilietur et in quo ea cernatur: huius enim rei notitiam sese nunquam non sibi magnopere exoptavisse. Hoc ipsum vero ut subtilius exquiratur, ante omnia scire vult, uter tandem alterius amicus fiat, amans, an amatus. Respondet Menexenus id quidem tale esse, ut nihil morandum videatur. Cui Socrates, At vero, inquit, accidere certe solet, ut amator ab amasio vel non redametur vel adeo odio habeatur: itaque dubitari sane licebit, uter alterius amicus recte queat dici et haberi; quin haud inepte ambigemus, num mutuo amore sublato neuter amici nomen mereatur. Haesitat hic Menexenus, adeoque mutata repente sententia negat amicum quenquam alteri esse, nisi adsit amoris communitas. Verum Socrates hac responsione audita adolescentem denuo coniicit in dubitationem, exemplis demonstrans homines amicos esse iis rebus, quas nemo quisquam dixerit eorum amori vicissim respondere. Amant, inquit, homines vina, equos, infantes, eosque sibi caros et amatos esse

*) P. 207. D. — 210. E.

**) P. 211. A. — D.

profitentur. Ex quo apparet etiam ea, quae mutuo amore nobis non sunt coniuncta, cara nobis atque amica (φίλα) esse posse. Atque hinc efficitur, ut vel illud amicum queat esse, quod amantem odio persequatur *). Assentitur Menexenus. Sed vix mentem mutavit suam, quum Socrates eam sententiam denuo in dubitationem vocat. Hic enim: „Ex iis, quae disputata sunt, inquit, hoc consequi videtur, ut non tam amatus quam amans pro amico habendus sit: eademque ratio erit inimici; non enim iam eum inimicum putabimus, qui odio habetur, sed unum illum, qui alterum odio suo persequitur. Ergo multi amant inimicos ac vicissim oderunt amicos, quandoquidem soli amantes amici sunt, neque etiam ii, qui amantur. Quam sententiam negari non potest esse perabsurdam, ut diffitendum non sit ad amicitiam mutuamque coniunctionem necessario requiri voluntatis amorisque societatem mutuamque coniunctionem.“ His auditis Menexenus rursus aliter atque antea statuendum esse largitur, atque sibi quoque ait voluntatis amorisque communitatem videri ad amicitiam plane necessariam. Sed a Socrate commonefactus illud, quod antea disputaverant, saepe accidere solere, ut ea quoque hominibus cara sint et amica, quibuscum fieri non possit ut mutua coniungatur benevolentia, iam tandem fatetur rem nondum ad liquidum esse perductam, quum neutiquam appareat, amor in unis amantibus, an in amatis, an denique in utrisque simul inesse debeat **).

Captiosam hanc argumentationem facile apparet ex eo potissimum ductam esse, quod amicus s. φίλος multiplici dicitur vi et potestate. Alia enim vis subiecta huic vocabulo est, quum loquimur de hominum amicitia: alia, ubi sermo est de rebus sensu et ratione destitutis. Has enim expetimus propter utilitatem aut voluptatem inde redundantem, nec exspectamus ab iis mutuam caritatem. Illos autem amamus ita, ut, etiamsi utilitatis vel voluptatis et iucunditatis rationem ducamus, tamen mutuam benevolentiam locum habere velimus, ut in qua una amicitiae vis et natura maxime est conspicua. Ad hoc accedit, quod φίλον et active et passive significat, ut et amicum denotet, et illud quoque complectatur, quod nobis carum est votisque nostris expetitur. Quod autem Socrates multiplicem hunc vocabuli usum ad disputationem de amicitia traduxit, fecit hoc procul

*) P. 212. A. — E.
**) P. 213. A. — D.

dubio exemplo eorum, qui amoris et amicitiae naturam explicaturi varias vocabulorum significationes parum accurate distinxissent ideoque omnia temere miscuissent. Quod quidem factum esse a sophistis tricas dialecticas sectantibus ex eo colligimus, quod ipse philosophus in sermonis exordio p. 204. A. Miccum, ludi praefectum, appellat Socratis *ἑταῖρον καὶ ἐπαινέτην, οὐ φαῦλον ἀνδρα, ἀλλ' ἱκανὸν σοφιστήν*, et quod Menexenum dicit a Ctesippo, fratre patrueli, quem ex Euthydemo novimus disserendi arte vehementer esse delectatum, in dialecticis institutum esse. Nam p. 211. B. Socrates: *ἀλλ' ὅρα*, inquit, *ὅπως ἐπικουρήσεις μοι, ἐάν με ἐλέγχειν ἐπιχειρῇ ὁ Μενέξενος. ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι ἐριστικός ἐστιν;* et paullo post: *δεινὸς γὰρ ὁ ἄνθρωπος, Κτησίππου μαθητής.* Atque eodem pertinet mentio *τῶν ἀντιλογικῶν* p. 216. A. iniecta, ad quem locum vide quae in commentariis annotavimus. Hos igitur homines dubitari non potest quin Plato arguta ista et faceta disputatione ita ridere ac perstringere voluerit, ut exemplo aliquo ostenderet, quantopere isti propter nimium argutiarum studium vel in ea re caecutirent, quae cum ipsa hominum vita arctissimam haberet coniunctionem. Neque enim ipsum dubium haesisse, quid ea de re sentiendum iudicandumque esset, certissime exploratum habemus. Quippe iam a Socrate audiverat amicitiam esse mutuam et ex amore virtutis ortam benevolentiam, qua alter alterius utilitatem quam maxime adiuvare studeat. v. Xenoph. Mem. II, 5 et 6. Nec postea ipse eam reiecit sententiam, quandoquidem in Phaedro quae illustravit decreta, ea hac ipsa sententia nituntur. Et profecto nullo modo negari potest vel in ea, quam modo exposuimus, huius sermonis parte, verae rationis vestigia expressa cerni, quae philosophus non aperte monstravit, sed erroribus obtexit, propterea quod non modo docendi, sed cavillandi ridendique consilium secutus est. Sed haec veluti in transcursu: redimus ad disputationem a Socrate institutam.

Refutato igitur Menexeno oratio Socratis repente sese convertit ad Lysidem, qui et ipse affirmaverat disputationem hactenus institutam utique prospero caruisse successu. Pergit autem ita fere disputare. Poëtae, inquit, canunt deos similem simili reddere amicum; idem prorsus confirmant philosophi, qui de hac rerum universitate disserentes similia dicunt cum similibus in unum coire et amice conciliari. Itaque amicitia videtur

contineri similitudine. Quibus auditis Lysis non dubitat hanc sententiam continuo affirmare. Quod autem Socrates iam antea fecerat cum Menexeno, ut eum, quoties quid affirmavisset, semper denuo refutaret, idem nunc cum Lyside facere instituit. Postquam enim hic amicitiam concessit contineri similitudine, hac fere argumentatione eius sententiam impugnat. Vix dimidia pars, inquit, huius decreti vera esse videtur. Nam mali quidem malis quo fiunt coniunctiores, eo magis sibi invicem inimici redduntur, quum et laedant sese mutuo, et sibimet ipsis parum constent. Ex quo consequitur, ut nonnisi inter bonos vera consistere possit amicitia *).

Prorsus cum his conveniunt quae Socrates apud Xenophontem **) disputat, quo loco improbos docet amicos esse non posse, sive sibi invicem, sive bonis; viam autem optimam amicos comparandi hanc esse, ut primo quis studeat in iis bonus esse, in quibus talis cupiat videri. Nec ab ipsius Platonis sententia haec recedere docebit egregius locus Phaedri p. 251. A. sqq., imprimis p. 252. C. D. E., qui dignus est, ut totus conferatur, pariter atque ille Legg. VIII. p. 837. A. B. C. et Gorgiae p. 510. B. sqq., ubi nobilissimum decretum illustratur, quod postea temporis, teste Diogen. Laërt. VII, 124., etiam Stoici defenderunt, *τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι διὰ τὴν ὁμοιότητα.*

Sed quanquam ex his perspicuum est hanc ipsam sententiam Platoni vehementer placuisse, tamen Socratem inducit deinceps ita disserentem, ut eam argumentis subtiliter et argute excogitatis in dubitationem adducat. Quod quidem non alio consilio ab eo factum putamus, nisi ut hoc quoque loco vexando ostenderet, quam facile esset argutis cavillationibus simplicem veritatis speciem obscurare atque obtegere. Disputat autem Socrates in hunc fere modum.

Quam modo amplexati sententiam sumus, eam diffitendum non est suis quibusdam premi difficultatibus. Quae enim sibi omni ex parte similia sunt, ea fieri nullo modo potest ut mutuo contineantur amore, quoniam sibi nihil opis et auxilii invicem afferre queunt. Iam vero bonus se ipso contentus est propter id ipsum, quod est

*) P. 213. D. — 214. D.

**) Mem. II. c. 6. §. 5. 8.

bonus. Qui autem se ipso contentus est sibique solus sufficit, is diliget aut amabit neminem, ideoque non poterit unquam alteri esse amicus. Ex quo efficitur, ut nec amicitia inter bonos intercedat, quandoquidem mutui amoris vinculo penitus carent *).

Enimvero callide Socrates hoc loco similitudinem confudit cum perfecta aequalitate, qualis inter homines nusquam reperitur, bonumque eum intellexit, qui ad summum absolutae virtutis et sapientiae fastigium escenderit, quod idem nulli unquam mortali contigisse commune omnium sapientium iudicium est. De vera Platonis sententia legendus est locus Legg. VIII. p. 837. A. B.

Sed ut adolescentulum magis etiam conturbet atque dialectices laqueis irretiat, Socrates deinde contrarium adeo evincere studet eius, quod antea erat propositum. Etenim similia similibus, ideoque etiam bonos bonis maxime invidere dicit, ut adeo videri debeat amicitia propter mutuam hominum indigentiam ex dissimilitudine oriri. Contendit igitur non similia similibus, sed contraria contrariis maxime amica esse **).

Nimirum subest sane huic argumentationi aliquid veri, quandoquidem amicus amici utilitatem iuvare atque confirmare studet. Nec vero id fit propter invidiam aliquam aut odium, sed propter benevolentiam et voluntatum studiorumque consensionem. Neque profecto huc revocandum erat illud placitum philosophorum quorundam, qui ex contrariorum elementorum pugna et certamine totius rerum universitatis concordiam prodiisse docebant. Nam aliud de rerum natura, aliud de hominum animis valere perspicuum est. Sed his omnibus neglectis adolescentulus cupide arripit quod Socrates dixerat, contraria contrariis maxime esse amica.

Hunc igitur errorem ei rursus ereпturus Socrates: Quid vero, inquit, o bone, sibi potest magis esse contrarium quam amicitia inimicitiae? Putabimusne igitur amicitiam amicam esse inimicitiae, ac vicissim inimicitiam amicitiae? Ita vero etiam iustitia iniustitiae, temperantia libidini, honestas improbitati amica esse existimanda erit. Hoc autem quum absurdum esse facile

*) P. 214. E. — 215. C.
**) P. 215. D. — 216. A.

intelligatur, ne illud quidem ullo modo defendi poterit, quod modo statuimus, contraria contrariis esse amica *).

Postquam igitur evincere Socrates conatus est nec inter malos nec inter bonos locum habere amicitiam, neque recte affirmari vel similia similibus, vel contraria contrariis amica esse, deinceps ad aliam progreditur quaestionem, quae cum superioribus arctissime nexa est atque copulata. Videndum enim ait esse, ne forte id, quod nec bonum nec malum habeatur, cum bono amicitiae vinculo contineatur. Et amicum quidem e veteri quodam proverbio colligit idem esse atque pulcrum: pulcrum autem atque bonum ait esse unum idemque. Ex quo effici vult, ut illud, quod nec bonum nec malum sit, pulcro atque bono (τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ) amicum putari oporteat. Praeterea argumentatur hoc fere modo. Tria, inquit, rerum genera diligenter discernenda sunt, unum boni, alterum mali, tertium eius, quod nec bonum nec malum est. Iam vero ex iis, quae adhuc disputavimus, efficitur nec bonum bono, nec malum malo, nec bonum malo aut malum bono esse amicum. Relinquitur igitur tertium genus eius, quod nec bonum nec malum est. Hoc autem quoniam sponte apparet cum malo non posse conciliari, vel sibimet ipsi vel bono amicum erit. At vero sibimet ipsi non poterit amicum haberi propterea, quod ne simile quidem simili amicum esse antea demonstratum est. Ex quo consequitur, ut statuendum sit illud, quod nec bonum nec malum est, bono tantummodo amicum posse evadere *). Cavendum est tamen, inquit, ne hanc sententiam simpliciter et omnino veram ducamus. Bonum enim, quum in se perfectum sit et absolutum, nihil praeter ipsum appetit. Veluti sanum corpus non indiget artis medicae ope, nec quisquam recte valens valetudinis causa medico fit amicus. Potest autem hoc ipsum exemplum nos eo perducere, ut veram rei rationem perspiciamus. Nam corpus per se spectatum nec bonum nec malum est. Quocirca ita demum artis medicae opem desiderat, si morbo aliquo tentatum et affectum est. Itaque sic potius erit statuendum, illud, quod in se nec bonum nec malum sit, propter mali alicuius accessionem bono ami-

*) P. 216. A. — C.

**) P. 216. C. — E.

cum fieri. Nec tamen hoc ipsum tale est, ut nulla indigeat definitione accuratiore. Quum enim ita illud, quod per se nec bonum nec malum est, malum evadere videatur, praeterea est tenendum neutiquam omnia, quibus aliud quid accedit, continuo talia exsistere, quale est illud ipsum, quod iis adiungitur. Veluti capilli rufi quum albo colore oblinuntur, non ipsi mutantur, sed manent tales, quales antea fuerunt, licet alieno colore obducti sint. Itaque iam sic existimandum erit, illud, quod nec bonum nec malum sit, malo aliquo ita accedente, ut non tollatur illius vis et natura, boni desiderio moveri eique fieri amicum. Et hoc quidem de corpore pariter atque animo iudicandum videtur. Etenim neque is, qui perfecte sapiens evasit, nec qui omnino est stupidus atque vecors, amicus sapientiae esse solet, sed ille demum philosophiae studio et amore inflammatur, qui dum neque sapiens neque insipiens evasit, veri cognoscendi amore repletur *).

Hanc igitur sententiam Menexenus atque Lysis tanta assensione amplectuntur, ut nunc demum verum investigatum esse sibi persuadeant. Nimirum non reputant adolescentuli a Socrate ipsos callide vexaturo res longe dissimillimas inter se confusas esse. Nam quod is loquitur de rebus nec bonis nec malis, potest hoc decretum non sic simpliciter in hominum naturam transferri, quae nunquam ita est comparata, ut nihil vel boni vel mali in se susceperit. Bonum autem quum dicit unice ab eo, quod a bono et malo utrinque reductum sit, expeti ac desiderari, facile apparet hoc quoque speciosius esse quam verius. Illud unum verissime significavit, homines desiderio quodam ad colendam amicitiam moveri atque impelli, idque saepe ex indigentiae sensu nasci et generari: in quo agnoscimus germanae doctrinae Socraticae vestigium, quod Platonem quoque esse secutum apparet e Sympos. p. 204. A. Legg. VIII. p. 837. A. sqq. Sed redeundum est ad ipsam Socratis disputationem.

Refellit autem is quod antea statuerant ita, ut eam sententiam pluribus difficultatibus laborare doceat, eoque modo beatissima adolescentium somnia discutiat. Quicunque, inquit, alteri est amicus, is necesse est et causam rei habeat, et finem aliquem sequatur. Veluti

*) P. 217. A. — 218. B.

aegrotus propter morbum medico est amicus eo fine et consilio, ut amissam recuperet valetudinem, quum corpus per se solum nec sanum sit nec aegrotum. Unde perspicuum fit illud, quod nec bonum nec malum est, propter mali alicuius accessionem id appetere, quod bonum est, ideoque naturam amicitiae positam esse in eó, ut quis amicus sit alteri amicae alicuius atque carae rei gratia propter aliud quid, quod nobis sit inimicum. *) Sed ne haec quidem rei definitio Socrati satisfacit. Qui quum se profiteatur urgere nolle, quod ita amicum amico, hoc est simile simili, sit conciliatum, tamen aliam movet dubitationem, ab ipso amicitiae fine repetitam. Nam arti medicae, inquit, homines diximus amicos esse eo fine, ut valetudinem tueantur. Quocirca illi non tantum arti salutari, sed etiam valetudini amici sunt. Huius autem rei rursus aliam oportet causam inveniri, quae nobis cara et iucunda sit. Ex quo apparet longissimam emergere causarum seriem, ob quas quid nobis iucundum carumque sit, singulas autem rursus et ipsas nobis esse amicas. Veruntamen istud quidem quum non possit ita procedere in infinitum, prorsus necesse est extremus aliquis atque summus finis reperiatur, ad quem omnis amor et amicitia pertineat. Quanquam enim ea ipsa, quae nobis propter aliud quid cara sunt, utique amamus, tamen, si rem diligenter aestimes, omne studium nostrum unice refertur ad illud, cuius causa reliqua omnia expetimus. Idem prorsus de amico iudicandum est. Quum enim nos alicui amicos esse profitemur cuiuscunque rei gratia, videmur loqui improprie; nam revera uni illi amici sumus, in quo omnis cernitur amicitiae finis, quodque ipsum non aliorsum refertur, ideoque propter semet ipsum amatur. Iam vero antea nos bono amicos esse vidimus. Amabamus autem illud propter malum, siquidem malis sublatis ne bonum quidem expeteretur. Istud autem vide quam vehementer pugnet cum eo, quod nunc ipsum de summo amicitiae fine disseruimus. Quocirca ita statuendum videtur, ut bonum dicatur non propter malum a nobis amari. Nec vero malum potest causa esse amoris et cupiditatis. Nam si vel maxime mala essent e medio sublata, tamen

*) P. 218. C. — 219. B.

ne sic quidem fame aut siti careremus, ut clarissime appareat mala non esse cupiditatum nostrarum fontem. Et cupimus saepenumero etiam ea, unde nobis non commoda, sed damna et detrimenta nascuntur. Itaque certum est atque exploratum malum non posse amoris causam esse, quandoquidem vel malis sublatis cupiditates, quae in se nec bonae nec malae sunt, semper duraturae sunt *).

Praeclara sunt quae hic a Socrate disputata legimus. Nam etsi iis nonnihil admixtum est argutiarum, tamen quorsum totius disputationis summa redeat, nemini erit obscurum. Apparet enim illud ab eo demonstrari, primum quidem extremum aliquem esse oportere amicitiae finem; deinde causam verae amicitiae non in malis, quibus homines laborent, esse quaerendam, sed in ipsa cupiditatis vi et natura nobis ingenerata, quae in se nec bona nec mala sit. Sed ne dubii haereamus, haec omnia quid significent aut quorsum referantur, age, proximam lustremus disputationis particulam.

Convenit igitur inter nos, inquit Socrates, eum, qui alicui rei amicus sit, eandem etiam appetere et amare, et quidem propter aliud quid. Falso autem antea putabamus malum esse amoris causam. Nunc enim apparuit cupiditatem esse, in qua omnis amoris fons quaerendus videatur. Iam vero qui quid cupit, is appetit id, quod sibi ipsi deest. Ex quo efficitur, ut cui aliquid defuerit, ei id ipsum, quod ipsi deest, amicum putari debeat. Deest autem cuique id, quod proprie ad ipsum pertinet. Ergo omnis amor atque amicitia ad id, quod cuique proprium est, refertur, ita ut amicus amico natura tanquam proprius esse videatur. Atque haec si vere iudicavimus, amans ab amato ut redametur, prorsus est necessarium **).

En habes supremum atque ultimum amicitiae finem, quem in eo positum censuit philosophus, ut quis amicum sui instar amplectatur atque colat, naturali quodam impulsus desiderio. Quippe ortum amicitiae ab ipsius naturae vi, quae in amore cernatur, quam ab imbecillitate et indigentia e maiorum sensu oriunda repetere maluit. Nec vero dubitamus, quin haec vera ipsius Platonis mens sit. Nam quae in Phaedro p. 241. E. — 257. A.

*) P. 219. C. — 221. C.

**) P. 221. D. — 222. A.

ab eo exposita sunt, ea, quanquam aliorsum spectant, tamen ab eadem sententia proficisci adeo est perspicuum, ut nulla prorsus egere videatur demonstratione.

Nihilominus autem philosophus Socratem fecit hanc ipsam sententiam denuo impugnantem. Perturbaturus enim is adolescentulos, iam verum indagatum esse ne suspicantes quidem, id quod modo posuerat hac argumentatione labefactare instituit. Proprium sive τὸ οἰκεῖον, inquit, necesse est utrinque sibi simile sit. Itaque inutilis futura amicitia est, quoniam alter alteri nihil poterit afferre utilitatis atque commodi. Sin proprium a simili diversum esse statuatur, tamen futurum est, ut bonus bono, malus malo, et ei, qui nec malus nec bonus est, is, qui item a neutra parte stat, tanquam proprius esse iudicandus sit. Ita autem consequitur, quod antea tanquam falsum a nobis repudiatum est, ut iniustus iniusto et malus malo non minus amicus putari debeat quam bonus bono. Denique si quis bonum et proprium unum idemque esse arbitretur, nonnisi bonus bono erit amicus, quod item antea refutavimus *).

Et hae quidem dubitationes quum ex iis, quae supra exposuimus, facile intelligatur quomodo diluendae et removendae sint, non est cur nunc singulatim a nobis expendantur. Nec vero Plato ipse ullam earum removendarum viam et rationem significavit, nimirum quia eas videbat ab iis, qui superiora diligentius examinavissent, facili negotio remotum iri.

Fecit enim iam repente advenientes Lysidis et Menexeni paedagogos, qui saevo imperio adolescentes iubent una cum ipsis domum reverti. Ita igitur sermoni praeter omnem exspectationem finis imponitur. Socrates autem non sine urbana irrisione turpissimum esse admonet, quod Lysis, Menexenus atque ipse senex, quum amici esse velint, tamen in quo vis et natura amicitiae cernatur plane ignorare videantur **).

Enarravimus sermonis argumentum paullo copiosius, quo facilius perspiceretur, quid tandem illud sit, quod Plato hoc libro scribendo effiecre voluerit. Duplex autem censemus fuisse eius consilium et propositum, quanquam utrumque tam arcto colligatum est vinculo, ut totius operis unitas ac simplicitas admirabili sollertia con-

*) P. 222. A. — E.
**) P. 222. E. usque ad finem.

servata sit. Coniunxit enim philosophus cum dialectices Sophistarum irrisione gravissimi de amicitia placiti explicationem. Qua de re singulatim dicendum est.

Itaque primum quidem arbitramur disputationem de amicitia ideo in hoc libro agitari, ut illustri aliquo exemplo demonstretur dialecticam istam, quam adolescentes magno quodam studio sectabantur *), nihil esse aliud, nisi inanem quandam argutiarum captatricem, quae non modo veritatis investigationem nihil adiuvet, sed etiam eos, qui verum aliquo modo attigerint, mirifice perturbet et in consilii inopiam coniiciat. Quod quo clarius appareat, locus de amicitia tractatur, hoc est id argumentum, quod, utpote ex hominum vita communi desumtum, facilem explicationem habere videri poterat. Atque eodem pertinet, quod Socrates adolescentibus haud uno loco veram rei rationem monstrat, eandem vero deinde argutis conclusiunculis ita incertam reddit, ut hi quid verum sit minime assequantur. Nimirum ita clarissime intelligitur, quantum tricae illae sophisticae vel tum veritatis cognitioni officiant, quum duce ad verum indagandum utaris satis idoneo. Quod autem adolescentes cum Socrate disputantes inducuntur, fit hoc, nisi fallor, propterea, quod hi potissimum istorum artificum disciplinam sectabantur.

Neque tamen existimandum est Platonem locum de amicitia ita tractavisse, ut nihil nisi ineptam sophistarum subtilitatem riserit, ipse quid de illa sentiret prorsus celaverit. Imo vero insigni usus artificio eadem opera suam ipsius sententiam si non dilucide exposuit, at certe non ita obscure prodidit et significavit. Etenim omnem argumentationis seriem attento animo contuentes nullo negotio animadvertemus ea, quae ad risum iocumque referuntur, ab illis, quae serio sunt disputata, facillime posse discerni, quum argutiarum signa prae se ferant manifesta. Atque haec ipsa persequentes vestigia Platonem putamus haec fere placita, si non illustravisse, at certe adumbrasse atque delineavisse. Primum quidem in exordio, ubi Socrates cum solo agit Lyside, breviter docetur eum, qui alterius fieri amicus cupiat, mature id agere oportere, ut prudens atque sapiens evadat, ne

*) V. Protagor. p. 313. A. 316. C. Hipp. Mai. p. 296. A. Men. p. 73. C.

fastu inani aut superbia efferatur *). Deinde eo loco, quo cum Menexeno instituitur colloquium, ad amicitiam ostenditur requiri mutuam amoris benevolentiam et caritatem **). Tum quaestio agitatur de morum similitudine, quae inter amicos esse debeat, adeoque significatur veram amicitiam et constantem non nisi inter bonos posse consistere ***). Denique de amicitiae causa atque fine ita disputatur, ut eam haud obscure significetur non tam ab hominum imbecillitate et indigentia quadam e sensu malorum oriunda proficisci, quam e naturali desiderio et appetitu; extremum autem eius finem in eo cerni, ut desiderium illud expleatur, quo fiat, ut amicum colamus tanquam alteram nostri partem ****). Quae omnia si tanquam singula puncta in unum collegeris, quaenam philosophi fuerit de vi et natura amicitiae sententia, non obscurum fore arbitramur.

Atque haec si probabiliter a nobis explicata sunt, facile erit ad diiudicandum, ecquid veri viderint Astius et Socherus, viri laudatissimi, qui hunc librum Platonis ingenio prorsus indignum esse censuerunt, ut in quo nihil reperiatur nisi mera sophismata, quae verborum ambiguitate legentes ludificent, ad verum exquirendum nihil conferant. Enimvero optimi viri animum nonnisi ad ea advertentes, quae ludibrii causa disseruntur, non viderunt veram Platonis sententiam pro totius scriptionis consilio artificiose esse occultatam, nec tamen ita absconditam et retrusam, ut ab legentibus non possit cognosci et intelligi.

Quod vero argumentum tractatur populariter, est hoc eiusmodi, ut inde verisimiliter coniicere liceat sermonem hunc a Platone literis esse consignatum, quo tempore adhuc deditus erat disciplinae Socraticae, necdum suam ipsius rationem ad eam sublimitatis et perfectionis praestantiam excoluerat, quam in Symposio, Phaedro, Republica, aliis eius scriptis admiramur. Nam ipsa disserendi ratio atque forma multo propius accedit ad Socraticam illam simplicitatem, qualis in Xenophontis scriptis expressa est, quam ad Platonis vim et ubertatem in posterioribus viri sermonibus conspicuam. Inducitur enim

---

*) P. 207. D. — 210. E.
**) P. 212. A. — 213. E.
***) P. 213. E. — 215. C.
****) P. 218. C. — 222. A.

Socrates ita loquens, ut se ad eorum, cum quibus agit, ingenia plane accommodet, et quamvis alias ex aliis nectens conclusiunculas, tamen singulari cum ironia sese nihil simulet scire, sed cum illis communiter verum indagare: nusquam ad altiora ac sublimiora assurgit, aut dicendi varietatem et vigorem cum sententiarum audacia et granditate copulat, sed amicitiae vim ita exquirit, ut vitae communis potius rationes quam subtilioris philosophiae placita sequi videatur, id agens unice, ut, dum aliorum errores exaggerat atque urget, passim quasi quaedam veri semina spargat. Quum vero ratio disserendi omnino Socratica sit, tum ipsa placita, quae illustrantur, tantum habent cum Socratis de amicitia sententia, quae apud Xenophontem exponitur, similitudinem et necessitudinem, ut paene inviti in eam suspicionem deducamur, iuvenem Platonem a magistri disciplina profectum in hoc sermone locum de amicitia adumbrare constituisse. Qua de re quae supra notavimus, ea non est cur hoc loco denuo commemoremus: hoc unum placet adiicere, ne in fine quidem amicitiae constituendo nullam esse habitam rationem sententiae Socraticae. Negari enim non potest Socratem amicitiam utilitatis gratia colendam censuisse. Nam in iis quidem, quae apud Xenoph. Mem. II. 4, 5. disputat, omnem illius laudem eo vult redire, quod amicorum ope et consilio multum adiuvemur, pericula atque damna facilius propulsemus, denique commoda et utilitates adipiscamur. Ab hac vero sententia etiam Platonem vidimus *) disputandi initium fecisse, quanquam is neutiquam in ea substitit, sed hinc profectus summum aliquem finem indagavit, qui in ipsa hominis natura atque animo contineretur. Atque haec quum ita sint, etiamsi diffitendum non est reperiri in hoc sermone veluti initia quaedam atque stamina eorum placitorum, quae in Symposio et Phaedro illustrantur, tamen in istis libris idem argumentum multo et subtilius et copiosius pertractatur. In his enim ostenditur suprema causa et origo illius ipsius desiderii, quo, philosophi iudicio, ad amicitiam colendam adducimur, quandoquidem amor refertur ad rerum divinarum contemplationem, qua animi nostri in vita superiore gavisi sint, ideoque cum aeternae veritatis cognitione arctissime copulatur. Tantum igitur abest, ut illorum librorum argumentum in Lyside accuratius illustre-

*) P. 218. C. sqq.

tur, ut vicissim placita in eo exposita ibidem perficiantur et ad summa principia evehantur. Quippe Lysis quo tempore scriptus est, iuvenis philosophus doctrinam suam de ideis nondum ita excultam perfectamque habuit, ut placitorum suorum causas et principia eodem referret: unde illud facillimam habet explicationem, quod in sermonibus illis, quos iuvenili eius aetati tribuendos iudicavimus, vix tenuia quaedam eius vestigia deprehenduntur. Et ne in Lyside quidem idearum mentio usquam iniicitur, ut vel hac re sententia nostra magnopere confirmetur.

Ex his vero, quae hactenus exposuimus, intellectum iri confidimus, quo iure discedamus a Schleiermacheri sententia, qui Lysidem censuit post Phaedrum demum literis consignatum et in lucem editum esse, videlicet ut ea, quae in hoc libro *μυθικῶς* essent exposita, *διαλεκτικῶς* illustrarentur: in quam rem disputavit Praefat. ad Lys. T. I. P. I. p. 174 sqq. Nimirum nec disserendi forma nec argumenti ratio, quae in utroque sermone regnat, nobis ea esse videtur, ut inde sententiam viri summi defendi aut confirmari posse concedendum sit: id quod iam Astius de Vita et Script. Plat. p. 433. et Socherus de Script. Plat. p. 141 sqq. ex parte perspexerunt. Quod vero ex ipso libri argumento atque forma collegimus, scriptum eum esse a Platone, quo tempore adhuc deditus maxime fuerit Socratis disciplinae, necdum suae ipsius rationis firma iecerit fundamenta, id egregie confirmatur narratione illa, quam memoriae prodidit Diogen. Laërt. III. 35. *φασὶ δὲ καὶ Σωκράτην ἀκούσαντα τὸν Λύσιν ἀναγιγνώσκοντος Πλάτωνος, Ἡράκλεις, εἰπεῖν, ὡς πολλά μου καταψεύδεται ὁ νεανίσκος.* Cuius fidem qui nuper suspectam reddere conati sunt, ii non aliam huius iudicii habuerunt causam, quam suorum decretorum amorem, quibus eam repugnare intelligebant. At vero nobis quidem narratio illa non modo non ficta et ementita videtur, sed etiam talis, quae quum Lysidi multum lucis affundat, tum ipso eius argumento egregie confirmetur. Quod enim Socrates narratur exclamavisse *ὡς πολλά μου καταψεύδεται ὁ νεανίσκος*, id ipsum docet nonnulla certe placita sua ei visa esse in hoc sermone expressa exstare; plurima autem ita disputata esse, ut ab ipsius sententia abhorrerent. Atque hoc ita se habere ex iis, quae antea in argumenti enarratione exposuimus, perspicuum fore speramus.

Dialogum hunc Aristoteli ob oculos versatum esse Schleiermacherus collegit ex Ethic. Nicom. VIII. c. 1. 2. 10. = p. 59. A. D. p. 63. B. Magn. Moral. II. c. 11. = p. 111. E. p. 112. C. Eudem. VII. 2. 5. = p. 162. B. C. p. 165. B. ed. Casaub. 1590. Astius tamen eorum locorum auctoritatem atque vim ad hunc sermonem Platoni vindicandum l. c. p. 434. ita elevare studet, ut Stagiritam dicat ad doctrinam Platonis ore divulgatam respexisse. Quod equidem non video qui fieri potuerit, siquidem Lysis eo tempore scriptus est, quo eum in lucem prodiisse suspicati sumus.

Haec fere fuerunt, quae de huius libri argumento et instituto dissererem. Nam quae praeterea ab Astio et Sochero sunt allata ad labefactandam eius fidem et auctoritatem, ea vel silentio praeterire lubet *), vel alio loco commemorabimus. Verendum enim mihi est, ne vel sic iustos praefationis fines transgressus esse videar, ut omnino vela sint contrahenda, etiamsi videar disputationem susceptam non usque ad finem perduxisse atque penitus profligasse.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. *Γ*. Vat. *Θ*. Ven. *Ξ Σ*. Paris. BCE. Angel. u. Barberin. y. Palat. e. Urbin. (f). Vat. r. Vindob. I. Florent. a. b. c. d. o. Codice Par. E. Stephanus videtur usus esse.

Commentariis hunc dialogum illustravit Heindorfius Dialogg. Select. Vol. I. Alii num quid in eum sint commentati, nos plane ignorare fatemur.

*) Ut exemplo aliquo constet, qualia sint quae silentio transmiserimus, attulisse iuvabit Astii verba haec: „Endlich setzt die Nachahmung des Phaedrus, wie p. 203. B. s. Phaedr. Anf.; p. 207. C. Phaedr. Schluss; p. 211. D. Phaed. p. 227. B.; 214. C. Phaedr. 255. B. und vorzüglich des Symposium's, wie p. 210. B. C. s. Sympos. 205. E.; 214. A. B. Sympos. 195. B.; 215. E. Sympos. 186. D. ff. 188. A.; 216. C. D. Sympos. 195. D. 196. A.; 218. A. Sympos. p. 204. A. die Unächtheit des Lysis ausser allen Zweifel.“ Quae posuisse est explosisse.

ΛΥΣΙΣ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΟΘΑΛΗΣ, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ, ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ, ΛΥΣΙΣ.

Cap. I. Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου τὴν ἔξω τείχους ὑπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος· ἐπειδὴ δ' ἐγενόμην κατὰ τὴν πυλίδα, ᾗ ἡ Πάνοπος κρήνη, 203

P. 203. ἐπειδὴ δ' ἐγενόμην] V. ἐπεὶ δ' ἐγ., quod e Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Flor. d. mutatum.

P. 203. A. ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου —] Quum Socrates dicat se ex Academia recta ad Lyceum contendisse atque extra urbem iuxta ipsum murum perrexisse, ambulavit meridionalem versus urbis partem via ad portam Acharnensem atque Diomeiam et deinceps ad portulam istam ducente, quae erat ad fontem Panopis in vicinia Lycei, hoc est in orientali Athenarum parte. De Academia v. Pausan. Attic. 29 sq.; unde quod Plato Socratem fecit venientem, frustra quis exinde suspicetur, sermonem hunc eo tempore literis consignatum esse, quo ipse in Academia scholas suas iam aperuerat. Lyceum describit Pausan. I, 19. Fuit autem quum ambulationibus, tum corporis exercitationibus destinatum, ut facile intelligatur, cur Socrates eo se contulerit. v. Aristoph. Pac. v. 353. ibique Schol. Hesych. Suidas et Harpocrat. s. v. *Λύκειον*. In eius vicinia fuit *ἡ Πάνοπος κρήνη*, qua horti Lycei irrigabantur. v. Strabo IX, 397. ed. Almel. Theophrast. Hist. Plant. I, 11. Hesychius s. v. *Πάνωψ*. Atque ibidem portula illa erat, cuius hoc loco mentio fit; quam cavendum est ne cum porta Diocharis confundamus, quod praeter Meursium Athen. Att. II, 3. etiam aliis accidisse novimus. — De Hippothale, Hieronymi filio, nihil constat aliunde. Ctesippus, frater patruelis Menexeni, in Euthydemo p. 273. A. disserens inducitur, ita quidem, ut, etsi adolescens boni ingenii esse videatur, tamen magna cum protervitate dicteria quaedam in alios coniiciat. Affuit etiam Socrati morienti una cum Menexeno. v. Phaedon. p. 59. A. Hunc Menexenum praeter ceteros e condiscipulis praecipue diligebat Lysis, adolescens patria Democratis, avi Lysidis,

ἐνταῦθα συνέτυχον Ἱπποθάλει τε τῷ Ἱερωνύμου καὶ Κτησίππῳ τῷ Παιανιεῖ καὶ ἄλλοις μετὰ τούτων νεανίσκοις ἀθρόοις συνεστῶσι. καί με προσιόντα ὁ Ἱπποθάλης ἰδὼν Ὦ Σώκρατες, ἔφη, ποῖ δὴ πορεύει
B καὶ πόθεν; Ἐξ Ἀκαδημίας, ἦν δ' ἐγώ, πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου. Δεῦρο δή, ἦ δ' ὅς, εὐθὺ ἡμῶν. οὐ παραβάλλεις; ἄξιον μέντοι. Ποῖ, ἔφην ἐγώ, λέγεις, καὶ παρὰ τίνας τοὺς ὑμᾶς; Δεῦρο, ἔφη, δείξας μοι ἐν τῷ καταντικρὺ τοῦ τείχους περίβολόν τέ τινα καὶ θύραν ἀνεῳγμένην. διατρίβομεν δέ, ἦ δ' ὅς, αὐτόθι,

B. *εὐθὺ ἡμῶν*] V. *εὐθύς*; quod e Vat. Θ. r. et corr. Bodl. Vind. mutatum. v. Ruhnk. ad Tim. p. 126. Lobeck. ad Phryn. p. 144.

P. 204. *Καλῶς γε, ἦν δ' ἐγώ, π.*] V. *γε* deest, praeter loquendi consuetudinem. Verum praebuerunt Vind. Flor. d. c.

omniumque maiorum suorum opibus et auctoritate florentissimus, et ut visu pulcherrimus, ita etiam animo et virtute praestantissimus. conf. 205. C. 207. A. 213. D. coll. Groen van Prinster. Prosopograph. Platon. p. 218 sq.

B. *ποῖ δὴ πορεύει —*] V. ad Phaedrum p. 227. A.

δεῦρο δή; ἦ δ' ὅς; εὐθὺ ἡμῶν] Ades dum recta ad nos. Bekker. Anecdot. I. p. 88. *Δεῦρο· ἀντὶ τοῦ ἔρχου.* Charmid. p. 153. C. *δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος ἡμῖν διήγησαι.* De Rep. IV. p. 445. C. *δεῦρο νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα καὶ ἴδῃς ὅσα καὶ εἴδη ἔχει ἡ κακία.* Ibid. v. p. 477. D. *δεῦρο δὴ πάλιν, ὦ ἄριστε.* Apolog. Socrat. p. 24. C. *καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε.* Aristoph. Ecclesiaz. v. 989. *δεῦρο δή, δεῦρο δή, φίλον ἐμόν, πρόσελθε.* — Deīn *οὐ παραβάλλεις* habet vim iubendi, ut alibi *οὐ* cum futuro in interrogationibus iunctum, de quo v. ad Sympos. p. 172. A. coll. Rost. Gr. §. 124. not. 2 (1). Nam prouti lenius aut severius iubetur, vel futurum vel praesens tempus adhibetur, quanquam illud multo est frequentius atque usitatius. Nec tamen huius desunt exempla. Aristoph. Vesp. v. 458. *οὐχὶ σοῦσθ', οὐκ ἐς κόρακας;* quibus deinde fortius etiam additur: *οὐκ ἄπιτε;* Avv. v. 1212. *οὐ λέγεις; σφραγῖδ' ἔχεις παὰ τῶν πελαργῶν; Παραβάλλειν* accedendi vi et significatione positum, ut Reip. VIII. p. 556. C., ubi v. ann. Usum vocabuli *εὐθὺ* abunde illustrarunt Valcken. ad Ammon. p. 90. Wesseling. ad Diod. Sic. II, 12. Toup. Emend. I. p. 201. Ruhnken. ad Tim. p. 126., qui nec huius loci immemor fuit. Lobeck. ad Phryn. p. 144 sq.

παρὰ τίνας τοὺς ὑμᾶς] h. e. *καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι, οὓς λέγεις ὑμᾶς.* Nam ita articuli vis declaranda est, quae clarius etiam cernitur in talibus: Gorg. p. 520. E *ἐπὶ πότερον δὴν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν.* Phileb. p. 11. A. *πρὸς τίνα τὸν παρ' ἡμῖν (λόγον) ἀμφισβητεῖν (μέλλεις);* Euthyphr. p. 14. E. *τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς τυγχάνει*

ἡμεῖς τε αὐτοὶ καὶ ἄλλοι πάνυ πολλοὶ καὶ καλοί. Ἔστι δὲ δὴ τί τοῦτο, καὶ τίς ἡ διατριβή; Παλαίστρα, 204
ἔφη, νεωστὶ ᾠκοδομημένη· ἡ δὲ διατριβὴ τὰ πολλὰ ἐν λόγοις, ὧν ἡδέως ἄν σοι μεταδιδοῖμεν. Καλῶς γε, ἦν δ' ἐγώ, ποιοῦντες. διδάσκει δὲ τίς αὐτόθι; Σὸς ἑταῖρός τε, ἦ δ' ὅς, καὶ ἐπαινέτης, Μίκκος. Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, οὐ φαῦλός γε ἀνήρ, ἀλλ' ἱκανὸς σοφιστής. Βούλει οὖν ἕπεσθαι, ἔφη, ἵνα καὶ ἴδῃς τοὺς ὄντας αὐτόθι; Αὐτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' Β
ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι καὶ τίς ὁ καλός. Ἄλλος, ἔφη,

Coisl. Vat. r. In reliquis codd. praeter Par. E. scribitur καλῶς δὲ ἦν δ' ἐγώ.

ἑταῖρός τε] V. γε, quod e Coisl. Vat. Θ. r. Vind. Flor. d. mutatum.

οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων. conf. Matthiae Gr. §. 265. 4. ann.

ἡμεῖς τε αὐτοὶ καὶ ἄλλοι —] Hoc genus appositionis illustravit Reisig. ad Sophocl. Oed. Colon. p. 315., qui recte statuit post αὐτόθι commate esse distinguendum. Platonica habes Apolog. Socr. p. 42. A. Criton. p. 50. E. Sympos. p. 173. A. Ibid. p. 221. D. E. Reipubl. III. p. 414. D. VIII. p. 550. D. p. 568. B., ubi est: καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι. Negantem formulam legimus De Rep. VI. p. 508. A. οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις, οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ δὴ καλοῦμεν ὄμμα.

P. 204. νεωστὶ ᾠκοδ.] Fuit igitur haec palaestra recens exstructa e regione muri, ita ut extra Lyceum sita esset. Mox γε post καλῶς ut abesset, vix permisit, opinor, loquendi consuetudo, de qua v. quae ad Sympos. p. 174. E. scripsimus, coll. Dorvill. ad Charitou. p. 296 sq. ed. Lips.

B. Αὐτοῦ πρῶτον — τίς ὁ καλός] Non assentior Heusdio Specim. Crit. p. 96. αὐτοῦ pro σοῦ positum putanti, quanquam ea in re etiam Heindorfium ad Sophist. p. 437. assentientem habuit. Nam id, quod Socrates ante omnia scire avet et quod sua plurimum interesse simulat, hoc est, quod audire vult, quisnam adolescentium sit simpliciter ὁ καλός. Itaque αὐτὸ est id quod caput rei atque summum est. Charmid. p. 166. B. ἐπ' αὐτὸ ἥκεις ἐρευνῶν, ὅτῳ διαφέρει πασῶν τῶν ἐπιστημῶν ἡ σωφροσύνη. De Rep. II. p. 362. D. αὐτὸ — οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Disparis generis sunt quae praeterea ex Hippia et Phaedro contulit Heindorfius, qui male statuit αὐτὸ pro τοῦτο s. ἐκεῖνο positum esse. Quippe αὐτὸ quum proprie sit ipsum, quo res aliqua ab aliis distinguitur, factum est deinde, ut poneretur etiam de eo, in quo quasi ipsa vis et natura alicuius rei videretur inesse, atque de re maximi momenti, in qua tanquam cardo versaretur. Eo igitur significatu hic quoque accipiendum putamus. Eundem loquendi usum Latinos quoque frequentasse docebunt Gronov.

ἄλλῳ ἡμῶν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. Σοὶ δὲ δὴ τίς, ὦ Ἱππόθαλες; τοῦτό μοι εἰπέ. Καὶ ὃς ἐρωτηθεὶς ἡρυθρίασε. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὦ παῖ Ἱερωνύμου Ἱππόθαλες, τοῦτο μὲν μηκέτ' εἴπῃς, εἴτε ἐρᾷς του, εἴτε μή· οἶδα γὰρ, ὅτι οὐ μόνον ἐρᾷς, ἀλλὰ καὶ πόρρω ἤδη εἶ πορευόμενος τοῦ ἔρωτος. εἰμὶ δ' ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα φαῦλος καὶ ἄχρηστος, τοῦτο δέ μοί πως ἐκ
C *θεοῦ δέδοται, ταχὺ οἵῳ τ' εἶναι γνῶναι ἐρῶντά τε καὶ ἐρώμενον. Καὶ ὃς ἀκούσας πολὺ ἔτι μᾶλλον ἠρυθρίασεν. Ὁ οὖν Κτήσιππος, Ἀστεῖόν γε, ἦ δ' ὅς,*

D. *οὐ πάνυ τι δεινά*] V. *τοι*, quod correxit Schaef. ad Greg. Cor. p. 938. suffragantibus Bodl. Vind. Flor. a. b. c. o. et

et Drakenb. ad Liv. V, 43, 4. XXI, 55, 11. Bremi ad Cic. de Fin. II, 28. Görenz. ad Legg. II, 5, 12. Fin. I, 4, 10. Atque hoc quum ita certum atque exploratum habeamus, nulla ut de eo controversia possit esse, loci difficultatem omnem sublatam arbitramur. Nam illud ipsum, quod Socrates ab Hippothale audire cupit, verbis declaratur sequentibus: *τίς δ καλός*; Sed his praemittit: *ἐπὶ τῷ καὶ εἴξειμι*, sub quanam conditione ingrediar, ut in antecessum significet, se nonnisi sub certa quadam conditione in palaestram esse introiturum, ut adeo *καὶ τίς ὁ καλός* explicationis gratia subiectum videri debeat.

μηκέτι εἴπῃς] non iam dicas. Reip. IV. p. 430. D. *μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης*. Loquutio *πόρρω ἥκειν, ἐλαύνειν, πορεύεσθαι τινος*, satis trita. v. Euthyphr. p. 4. B. Cratyl. p. 410. E. al. Nec haerendum in isto *εἶ πορευόμενος*. Aristoph. Ran. v. 35 sq. *καὶ γὰρ ἐγγὺς τῆς θύρας ἤδη βαδίζων εἰμί*, ubi quod vulgo circumferunt *εἰμι* ideo ferri non potest, quia id futuri vim et potestatem habet.

γνῶναι ἐρῶντά τε καὶ ἐρ.] Hanc Socratis sententiam tractavit Themistius Orat. XIII. p. 198 sqq. Dind. Sympos. p. 177. D. *ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά*. Ibid. p. 212. B. Phaedr. p. 227. C. Xenoph. Symp. III, 3. Mem. II, 6, 28. Praegressum illud *πως* interpreteris nescio quo modo.

C. *ἀστεῖόν γε*, —] lepidum sane est.

παραταθήσεται — λέγοντος] Timaeus Gloss. p. 206. *Παρατενεῖς· ἀπολεῖς, ἐπιπλέον παρελκύσεις*. Verbum distendendi, fatigandi, enecandi notione usitatum, sed in activo nusquam reperitur apud Platonem, raro apud alios, veluti apud Xenophont. Cyrop. I, 3, 11. Passivi exempla notarunt Ruhnk. ad Tim. l. c. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1691.

ἐκκεκώφωκε τἀῶτα] Grammaticus apud Schaeferum in Add. ad Gregor. Corinth. p. 909. *Λέγεται δὲ καὶ ἐκκεκώφωμαι, καὶ ἐκκεκώφωκεν, ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ κωφεύειν ἐποίησεν. ἡμῶν οὖν, ὦ Σωκρ., ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος. καὶ ἔτι*

ὅτι ἐρυθριᾷς, ὦ Ἱππόθαλες, καὶ ὀκνεῖς εἰπεῖν Σωκράτει τοὔνομα· ἐὰν δ' οὗτος καὶ σμικρὸν χρόνον συνδιατρίψῃ σοι, παραταθήσεται ὑπὸ σοῦ ἀκούων θαμὰ λέγοντος. ἡμῶν γοῦν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος· ἂν μὲν δὴ καὶ ὑποπίῃ, εὐμάρεια ἡμῖν ἐστι καὶ ἐξ ὕπνου ἐγρομένοις Λύσιδος οἴεσθαι τοὔνομα ἀκούειν. καὶ ἃ μὲν καταλογάδην διηγεῖται, δεινὰ ὄντα οὐ πάνυ τι δεινά ἐστιν· ἀλλ' ἐπειδὰν τὰ ποιήματα ἡμῶν ἐπιχειρήσῃ καταντλεῖν καὶ συγγράμματα. καὶ ὃ ἐστι τούτων δεινότερον, ὅτι D

ceteris omnibus praeter Par. E. Vat. r.

κεκώφωνται χωρὶς τοῦ ἐκ, ἀφ' οὗ καὶ ἀόριστος ἐκωφώθην, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου πάλιν αὐτὰ θέματος ἀχρήστου, τοῦ κωφόω κωφῶ. τὸ δὲ πρᾶγμα κωφότης λέγεται, ὡς χωλότης καὶ τυφλότης. λέγεται καὶ κώφωσις.

ἂν μὲν δὴ καὶ ὑποπίῃ] iam si adeo se paullulum inebriaverit. conf. p. 223. B. Nam δή in talibus significat ea, quae adiiciantur antecedentibus, maiora esse atque graviora. Respondet nostrum erst, vollends. Phaedr. p. 260. B. οὔπω γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πείθοιμι συντιθεὶς λόγον —, παγγέλοιόν γ' ἂν ἦδη εἴη. Quod vero μὲν positum est, alterum orationis membrum intelligendum relinquitur. Proxima sic intelligas: nobis facile contingit, ut adeo e somno excitati videamur Lysidis nomen audire. Hesychius: εὐμάρεια· εὐχέρεια. Suidas: εὐμάρεια· ἡ εὐκολία. Eustath. ad Iliad. ξ, 228. *Μάρπτειν δὲ εὖ καὶ νῦν ἐπὶ ἁφῆς τῆς διὰ ποδῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ ἐπὶ χερῶν. ὅθεν καὶ εὐμάρεια κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ εὐχέρεια, ἡ ῥᾳστώνη.*

οὐ πάνυ τι δεινά ἐστιν] si comparentur ad ea, de quibus iamiam dicturus sum. De οὐ πάνυ τι conf. Phaedon. in. οὐδεὶς πάνυ τι. Theaet. p. 150. C. 176. B. et quae monuit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 937 sq. Dictionem *ποιήματα ἡμῶν καταντλεῖν*, carminibus nos perfundere et obruere, elegantis vir doctrinae illustravit Heusdius Specim. Crit. p. 126 sqq. Conf. De Rep. I. p. 344. D. III. p. 411. A. Post καὶ συγγράμματα per mimesin quandam sermonis quotidiani intelligendum relinquitur ταῦτα δὴ δεινά ἐστιν. Nec insolens illud est, quod post ὃ ἐστι τούτων δεινότερον ante ὅτι intelligi licet τοῦτό ἐστιν, de quo loquendi genere explicavit Wolf. ad Demosth. Leptin. §. 131. Matthiae Gr. §. 432. 5. Euthydem. p. 304. C. *ὃ δὲ καὶ σοὶ μάλιστα προσήκει ἀκοῦσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ χρηματίζεσθαι φατὸν διακωλύειν οὐδέν.* De Rep. VI. p. 491. B. Phaedr. p. 248. E. Aristoph. Rann. v. 108. Infinitivum post eandem formulam posuit Lysias pro bonis Aristoph. p. 217. ed. Brem. *ὃ δὲ πάντων δεινότατον, τὴν ἀδελφὴν ὑποδέξασθαι παιδία ἔχουσαν πολλὰ καὶ ταῦτα τρέφειν κ. τ. λ.*, cuius generis exempla Grammatici nostri neglexerunt.

καὶ ᾄδει εἰς τὰ παιδικὰ φωνῇ θαυμασίᾳ, ἣν ἡμᾶς δεῖ ἀκούοντας ἀνέχεσθαι. νῦν δὲ ἐρωτώμενος ὑπὸ σοῦ ἐρυθριᾷ. Ἔστι δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὁ Λύσις νέος τις, ὡς
E ἔοικε. τεκμαίρομαι δέ, ὅτι ἀκούσας τοὔνομα οὐκ ἔγνων. Οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὶ αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν, ἀλλ' ἔτι πατρόθεν ἐπονομάζεται διὰ τὸ σφόδρα τὸν πατέρα γιγνώσκεσθαι αὐτοῦ. ἐπεὶ εὖ οἶδ', ὅτι πολλοῦ δεῖς τὸ εἶδος ἀγνοεῖν τοῦ παιδός· ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀπὸ μόνου τούτου γιγνώσκεσθαι. Λεγέσθω, ἦν δ' ἐγώ, οὗτινος ἔστι. Δημοκράτους, ἔφη, τοῦ Αἰξωνέως ὁ πρεσβύτατος υἱός. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἱππόθαλες, ὡς γενναῖον καὶ νεανικὸν τοῦτον τὸν ἔρωτα παντα-
205 χῇ ἀνεῦρες! καί μοι ἴθι ἐπίδειξαι ἃ καὶ τοῖσδε ἐπιδείκνυσαι, ἵν' εἰδῶ, εἰ ἐπίστασαι ἃ χρὴ ἐραστὴν περὶ παιδικῶν πρὸς αὐτὸν ἢ πρὸς ἄλλους λέγειν. Τού-

E. ὅτι πολλοῦ δεῖς τὸ εἶδος] Sic unus Vind. In Bodl. est πολλοῦ δεῖς σε τὸ εἶδος. Pronomen σε om. Vat. Θr. Ceterae edditt. δεῖ σε τὸ εἶδος.

E. Οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὶ αὐτροῦ τ.] De πάνυ τι ita interiecta aliqua voce distracto v. ad Protagor. p. 327. B. Mox ἀπὸ μόνου τούτου γιγνώσκεσθαι dictum, ut Gorg. p. 477. D. Phaedr. p. 230. B. ἱερὸν ἀπὸ τῶν κδρῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι. Praeterea observes ἱκανός ἐστι — γιγνώσκεσθαι dictum esse pro ἱκανόν ἐστιν — γιγνώσκεσθαι: nam sufficit eum vel ex hoc uno cognosci. Nam latius sane genus hoc attractionis patet, quam vulgo existimant.

τοῦ Αἰξωνέως] Αἰξωνὴ pagus fuit tribus Cecropidis, de quo praeter Harpocrationem, Suidam, Stephan. Byz., Zonaram, Timaeum et Lexic. Seguer. T. I. p. 358. v. Corpus Inscriptionum n. 172. 185. et 275.

γενναῖον καὶ νεανικόν] generosum et excellentem. De hac τοῦ νεανικοῦ significatione v. ad Remp. VI. p. 491. E. IV. p. 425. C. φαῖμεν ἂν εἰς ἕν τι τέλεον καὶ νεανικὸν ἀποβαίνειν αὐτό.

πρὸς αὐτόν] sc. τὰ παιδικά. v. Phaedon. p. 73. D. Phaedr. p. 239. A. et 240. A. ibique annot.

P. 205. **Τούτων δέ τι στ. —]** Horumne vero aliquid, inquit, pensi habes, o Socrate?

καὶ τὸ ἐρᾶν ἕξαρνος εἶ] De hoc articuli usu v. Rost. Gr. §. 125. not. 2. De structura verbi ἕξαρνον εἶναι dixit etiam Erfurdt. ad Sophocl. Antig. v. 783. Themist. Orat. XIII. p. 198. ed. Dind. Σωκράτης τὴν μὲν ἄλλην σοφίαν ἕξαρνος ἦν. Post ἀλλὰ denuo repetendum ἕξαρνός εἰμι, ex quo deinceps aptum nexumque est μὴ ποιεῖν. Quippe negans particula hic interposita est usu illo perquam frequenti, de quo vid. annot. ad Phaedr. p. 251.

των δέ τι, ἔφη, σταθμᾷ, ὦ Σώκρατες, ὧν ὅδε λέγει; Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἐρᾶν ἔξαρνος εἶ οὗ λέγει ὅδε; Οὐκ ἔγωγε, ἔφη, ἀλλὰ μὴ ποιεῖν εἰς τὰ παιδικὰ μηδὲ συγγράφειν. Οὐχ ὑγιαίνει, ἔφη ὁ Κτήσιππος, ἀλλὰ ληρεῖ τε καὶ μαίνεται. Cap. II. *Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ἆ Ἱππόθαλες, οὔ τι τῶν μέτρων δέομαι ἀκοῦσαι, οὐδὲ μέλος, εἴ τι πεποίηκας εἰς τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ τῆς διανοίας, ἵν' εἰδῶ, τίνα τρόπον προσφέρει πρὸς τὰ παιδικά. Ὅδε δήπου σοι, ἔφη, ἐρεῖ· ἀκριβῶς γὰρ ἐπίσταται καὶ μέμνηται, εἴπερ, ὡς λέγει, ὑπ' ἐμοῦ ἀεὶ ἀκούων διατεθρύληται. Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη ὁ Κτήσιππος, πάνυ γε. καὶ γάρ ἐστι καταγέλαστα, ὦ Σώκρατες. τὸ γὰρ ἐραστὴν ὄντα καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων τὸν νοῦν προσέχοντα τῷ παιδὶ ἴδιον μὲν μηδὲν ἔχειν λέγειν, ᾧ οὐχὶ κἂν παῖς εἴποι,* B

P. 205. *ὧν ὅδε λέγει*] ὅδε om. Bodl. Vat. Θ.

B. *διατεθρύληται*] Sic Vat. Θ. Ven. Ξ. Angel. Vulgo *διατεθρύλληται*, de qua discrepantia alibi dictum est,

B. Hermann. ad Viger. p. 810 sq. Hipp. Mai. p. 288. C. *πῶς γὰρ ἂν τολμῷμεν ἔξαρνοι εἶναι τὸ καλὸν μὴ καλὸν εἶναι;* Ceterum *ποιεῖν* simpliciter positum saepenumero est carmina facere, ut Phaedon. p. 60. D. ubi v. annot., cui opponitur *συγγράφειν*, sermone pedestri scribere, quemadmodum paullo ante *συγγράμματα* carminibus erant opposita. v. ad Phaedr. p. 235. B.

Οὐχ ὑγιαίνει —] Ctesippum, utpote dicacem et protervum adolescentem, haec minime dedecent: fuit enim *ὑβριστὴς διὰ τὸ νέος εἶναι*, ut est Euthydem. p. 273. A. Monuit ea de re iam Heindorfius, qui recte confutavit Cornarium haec deleto *ἔφη* Hippothali tribuentem.

B. *ἀλλὰ τῆς διανοίας* —] sed sententiam (tuorum sermonum atque carminum) audire cupio, ut cognoscam, quo pacto cum puero agas. De usu voc. *διάνοιαν*. ad Phaedr. p. 228. D. et Heindorf. ad h. l. Eandem locutionem habes Phaedr. p. 252. D. *τούτῳ τῷ τρόπῳ πρός τε τοὺς ἐρωμένους καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλεῖ τε καὶ προσφέρεται.* Theaet. p. 151. B. *προσφέρου οὖν πρὸς ἐμὲ ὡς πρὸς μαίας νἱόν.* Charmid. p. 165. B. De Republ. V. p. 471. B. *ὁμολογῶ οὕτω δεῖν πρὸς τοὺς ἐναντίους τοὺς ἡμετέρους πολίτας προσφέρεσθαι.* al.

Ὅδε δήπου σοι, ἔφη, ἐρεῖ] In his *δήπου* irrisionem loquentis significat, ut Lat. nimirum. Quippe *δὴ* istud *βεβαιωτικὸν* iam per se saepe inserit irrisioni, de quo usu v. Valcken. ad Herodót. V, 20.; ea vero nunc etiam clarius emergit accedente *που στοχαστικῷ*.

εἴπερ — *διατεθρύληται*] si quidem, ut ait, aures ipsi a me semper obtusae sunt. Apte contulit Hein-

C πῶς οὐχὶ καταγέλαστον; ἃ δὲ ἡ πόλις ὅλη ᾄδει περὶ Δημοκράτους καὶ Λύσιδος τοῦ πάππου τοῦ παιδὸς καὶ πάντων περὶ τῶν προγόνων, πλούτους τε καὶ ἱπποτροφίας καὶ νίκας Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ τεθρίπποις τε καὶ κέλησι, ταῦτα ποιεῖ τε καὶ λέγει, πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τούτων κρονικώτερα. τὸν γὰρ τοῦ Ἡρακλέους ξενισμὸν πρώην ἡμῖν ἐν ποιήματί τινι διῆει, ὡς διὰ τὴν τοῦ Ἡρακλέους ξυγγένειαν ὁ πρό-
D γονος αὐτῶν ὑποδέξαιτο τὸν Ἡρακλέα, γεγονὼς αὐτὸς ἐκ Διός τε καὶ τῆς τοῦ δήμου ἀρχηγέτου θυγατρός, ἅπερ αἱ γραῖαι ᾄδουσι, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες. ταῦτ' ἐστίν, ἃ οὗτος λέγων τε καὶ ᾀδων ἀναγκάζει καὶ ἡμᾶς ἀκροᾶσθαι. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας εἶπον· Ὦ καταγέλαστε Ἱππόθαλες, πρὶν νενικηκέναι ποιεῖς τε καὶ ᾄδεις εἰς σαυτὸν ἐγκώμιον; Ἀλλ' οὐκ εἰς ἐμαυτόν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὔτε ποιῶ οὔτε ᾄδω. Οὐκ οἶει γε, ἦν δ' ἐγώ. Τὸ δὲ πῶς ἔχει;

D. ᾄδεις εἰς σαυτὸν] V. αὐτόν, quod praeter Vat. Vind. et Par. E. nullus codex tuetur.

P. 206. δοκοῖ θηρευτὴς εἶναι] V. δοκῇ, quod e Bodl. Coisl. Vat. Ven. ξ. Barberin. Vind. correctum. Heindorfius δοκεῖ

dorf. De Rep. II. p. 358. C. ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλημένος τὰ ὦτα ἀκούων, ubi eadem est verbi structura et significatio. — διαφερόντως τῶν ἄλλων, praeter ceteros.

C. ἃ δὲ ἡ πόλις — ποιεῖ τε καὶ λέγει] Quum praecedat: πῶς οὐχὶ καταγέλαστον ἴδιον μὲν μηδὲν ἔχειν λέγειν, legitima ratio postulabat, ut nunc ποιεῖν τε καὶ λέγειν diceretur. Sed inflexa est verborum structura propterea, quod πῶς οὐχὶ καταγέλαστον in clausula prioris incisi positum nec post ποιεῖν τε καὶ λέγειν demum additum est. Usum numeri pluralis πλούτους τε καὶ ἱπποτροφίας abunde illustrarunt Schaefer. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 365. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 132. intpp. ad Isocrat. Panegyr. c. 17 extr. Conf. Rost. §. 97. b. ββ. ed. IV. — ποιεῖ τε καὶ λέγει, ut paullo post λέγων τε καὶ ᾀδων ita dicitur, ut alterum ad carmina, alterum ad scriptiones et sermones referendum sit. — κρονικώτερα, h. e. absurdiora. conf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 581. ad Callim. in Pall. 100.

D. καὶ τῆς τοῦ δήμου ἀρχηγέτου θυγατρός] h. e. καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχηγέτου τοῦ δήμου, ut adeo scribendum fuisse videatur καὶ τῆς τοῦ τοῦ δήμου ἀρχ. θ. Sed Graeci non solent ita eandem articuli formam geminare, unde Plato eum maluit ante δήμου omittere. v. ad Rempubl. I. p. 332. C. X. p. 598. B. al. Ἀρχηγέτης, mo-

ἔφη. Πάντων μάλιστ', εἶπον, εἰς σὲ τείνουσιν αὗται E
αἱ ᾠδαί. ἐὰν μὲν γὰρ ἕλῃς τὰ παιδικὰ τοιαῦτα ὄντα,
κόσμιος σοι ἔσται τὰ λεχθέντα καὶ ἀσθέντα καὶ τῷ
ὄντι ἐγκώμια ὥσπερ νενικηκότι, ὅτι τοιούτων παιδι-
κῶν ἔτυχες· ἐὰν δέ σε διαφύγῃ, ὅσῳ ἂν μείζω σοι
εἰρημένα ᾖ ἐγκώμια περὶ τῶν παιδικῶν, τοσούτῳ μει-
ζόνων δόξεις καλῶν τε κἀγαθῶν ἐστερημένος καταγέ-
λαστος εἶναι. ὅστις οὖν τὰ ἐρωτικά, ὦ φίλε, σοφός, 206
οὐκ ἐπαινεῖ τὸν ἐρώμενον, πρὶν ἂν ἕλῃ, δεδιὼς τὸ
μέλλον ὅπῃ ἀποβήσεται. καὶ ἅμα οἱ καλοί, ἐπειδάν
τις αὐτοὺς ἐπαινῇ καὶ αὔξῃ, φρονήματος ἐμπίπλανται
καὶ μεγαλαυχίας. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε, ἔφη. Οὐκοῦν
ὅσῳ ἂν μεγαλαυχότεροι ὦσι, δυσαλωτότεροι γίγνονται;
Εἰκός γε. Ποιός τις οὖν ἄν σοι δοκοῖ θηρευτὴς εἶ-
ναι, εἰ ἀνασοβοῖ θηρεύων καὶ δυσαλωτοτέραν τὴν
ἄγραν ποιοῖ; Δῆλον, ὅτι φαῦλος. Καὶ μὲν δὴ λό- B
γοις τε καὶ ᾠδαῖς μὴ κηλεῖν, ἀλλ' ἐξαγριαίνειν, πολ-

coni., quod est in aliquot libris. Sed praestat optativus.

B. *Δῆλον, ὅτι φαῦλος*] Vulgo haec Socrati continuantur, quum sint Hippothalis; quae ratio etiam in Vind. Coisl. Vat. aliis observata.

nente Heindorfio, intelligendum est de pagi *Αἰξωνῆς* auctore et conditore, quemadmodum apud Sophocl. Oedip. Col. v. 58. *ἀρχηγὸς* dicitur. Verbis *ἅπερ αἱ γραῖαι ᾄδουσι* respicitur sine dubio ad proverbium *γραῶν ὕθλος* s. *μῦθος*, de quo v. Gorg. p. 527. A, Theaet. p. 176. B. et Paroemiograph. s. v.

E. *Ἕλῃς τὰ παιδικὰ —*] Imago a venatione petita, ut perspicue intelligitur e sequente *διαφύγῃ* et verbis p. 206. A. Solent enim venatoria vocabula ad amorem transferri, de quo loquendi usu exposuit Wyttenbach. Epistol. Crit. p. 51. conf. Phaedr. 253. C. Metaphoram Platonicis usus flosculis copiosius exornavit Themistius Orat. XXII. p. 330 sq. ed. Dind.

P. 206. *ὅπῃ ἀποβήσεται*] Euthyphr. p. 3. E. *τοῦτ' ἤδη ὅπῃ ἀποβήσεται ἄδηλον*, ubi unus Ziltav. *ὅποι*. Herodot. VIII, 67. *ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται*. VII, 163. *παραδοκήσαντα τὴν μάχην ᾗ πεσέεται*. — *αὐτοὺς — αὔξῃ*, h. e. honoribus auget. — Ante *δυσαλωτότεροι γίγνονται* intell. *τοσούτῳ*, quae ratio non infrequens. v. Apolog. Socr. p. 30. A. Gorg. p. 458. A. De Rep. VIII. p. 568. C. al. Nec Latini hoc loquendi genere non sunt usi. Ovid. Epist. IV, 19. Venit amor gravius, quo serius. v. Ruddimann. Institutt. T. II. p. 174. Habet autem haec omissio ibi locum, ubi *τοσούτῳ* vel eo caret vi et gravitate.

λὴ ἀμουσία. ἦ γάρ; Δοκεῖ μοι. Σκόπει δή, ὦ Ἱππόθαλες, ὅπως μὴ πᾶσι τούτοις ἔνοχον σαυτὸν ποιήσῃς διὰ τὴν ποίησιν. καίτοι οἶμαι ἐγὼ ἄνδρα, ποιήσει βλάπτοντα ἑαυτόν, οὐκ ἄν σε ἐθέλειν ὁμολογῆσαι ὡς ἀγαθός ποτ' ἐστὶ ποιητής, βλαβερὸς ὢν ἑαυτῷ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη· πολλὴ γὰρ ἂν ἀλογία εἴη. ἀλλὰ διὰ ταῦτα δή σοι, ὦ Σώκρατες, ἀνακοι-
C νοῦμαι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἔχεις, συμβούλευε, τίνα ἄν τις λόγον διαλεγόμενος ἢ τί πράττων προσφιλὴς παιδικοῖς γένοιτο. Cap. III. Οὐ ῥᾴδιον, ἦν δ' ἐγώ, εἰπεῖν. ἀλλ' εἴ μοι ἐθελήσαις αὐτὸν ποιῆσαι εἰς λόγους ἐλθεῖν, ἴσως ἂν δυναίμην σοι ἐπιδεῖξαι ἃ χρὴ αὐτῷ διαλέγεσθαι ἀντὶ τούτων, ὧν οὗτοι λέγειν τε

ὅπως μὴ — ποιήσῃς] Bekkerus ex uno Ven. Ξ ποιήσεις dedit, cum Heindorfio obsecutus decreto Dawesiano.

C. οὗτοι λέγειν τε] V. λέγειν οὗτοι, quod solus Par. E. habet, quo Stephanum usum esse suspicamur.

B. ἄνδρα — βλάπτοντα ἑαυτὸν — ποιητής] h. e. ὡς ἀνὴρ π. βλάπτων ἑαυτὸν ἀγαθός ποτ' ἐστὶ ποιητής. Aristoph. Avv. 482. ἐπιδείξω τὸν ἀλεκτρυόν' ὡς ἐτυράννει. Sophocl. Ai. v. 837. σεμνὰς Ἐρινῦς ταυρόποδας μαθεῖν ἐμὲ ὡς διόλλυμαι τάλας. Sed notissimum hoc attractionis genus, quod nec Latinis incognitum fuit. Plautus in Rudente: Eam veretur ne perierit. v. Cortius ad Sallust. Iugurth. c. XIV, 11. Oudendorp. ad Hirt. Bell. Afric. c. 20. et de Graecis Matth. Gr. §. 295. Illud singulare est, quod hoc loco post ἄνδρα π. βλάπτοντα ἑαυτὸν deinceps denuo infertur βλαβερὸς ὢν ἑαυτῷ. Nec tamen quidquam sollicitandum, quandoquidem eadem sententia cum vi quadam et gravitate iteratur, ut si Germanice dicas: demjenigen, der durch seine Dichtung sich selbst schadet, würdest du nicht zugestehen wollen, dass er ein guter Dichter sei, da er sich selbst zum Schaden ist.

σοὶ — ἀνακοινοῦμαι] tecum rem meam communico. — συμβούλευε, consilium da. v. ad Menex. p. 234. B.

C. αὐτὸν ποιῆσαι —] int. τὰ σὰ παιδικά, sive Lysidem. Mox dictum ἐπιδεῖξαι, non ἐπιδείξασθαι. Nam ἐπιδεικνύναι est specimen alicuius rei proponere, aliquid ostendere alteri, ut is rem intelligat, discat, imitetur. Sed ἐπιδείκνυσθαι dicuntur qui sua ipsorum causa et se ostentandi gratia aliquod specimen exhibent, ex quo sophistarum ἐπιδείξεις nomen acceperunt. Vult autem Socrates hoc loco ostendere Hippothali, quomodo cum pueris sermones instituendi sint, ut is exemplo aliquo rem intelligat atque discat. Apolog. p. 40. A. ὑμῖν γὰρ ὡς φίλοις οὖσιν ἐπιδεῖξαι

καὶ ἄδειν φασὶ σέ. Ἀλλ' οὐδέν, ἔφη, χαλεπόν. ἂν γὰρ εἰσέλθῃς μετὰ Κτησίππου τοῦδε καὶ καθεζόμενος διαλέγῃ, οἶμαι μέν, καὶ αὐτός σοι πρόσεισι· φιλήκοος γάρ, ὦ Σώκρατες, διάφερόντως ἐστί, καὶ ἅμα, ὡς D
Ἑρμαῖα ἄγουσιν, ἀναμεμιγμένοι ἐν ταὐτῷ εἰσιν, οἵ τε νεανίσκοι καὶ οἱ παῖδες. πρόσεισιν οὖν σοι. εἰ δὲ μή, Κτησίππῳ συνήθης ἐστὶ διὰ τὸν τούτου ἀνεψιὸν Μενέξενον· Μενεξένῳ μὲν γὰρ δὴ πάντων μάλισθ' ἑταῖρος ὢν τυγχάνει. καλεσάτω οὖν οὗτος αὐτόν, ἐὰν ἄρα μὴ προσίῃ αὐτός. Ταῦτα, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ ποιεῖν. Καὶ ἅμα λαβὼν τὸν Κτήσιππον προσῄειν εἰς τὴν παλαίστραν· οἱ δ' ἄλλοι ὕστεροι ἡμῶν ἦσαν. E

Εἰσελθόντες δὲ κατελάβομεν αὐτόθι τεθυκότας τε

καὶ αὐτός σοι πρ.] σοι om. Steph. cum Par. E.

D. Μενεξένῳ μὲν γάρ] Steph. cum Par. E. μὲν om., videlicet quia δὲ non subsequi animadvertebat. Sed nihil hoc usu frequentius.

ἐθέλω τὸ νυνί μοι ξυμβεβηκὸς τί ποτε νοεῖ. ubi quod fuit qui ἀποδεῖξαι mallet, non meminit in eodem libro p. 24. C. legi: ὡς δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πειράσομαι καὶ ὑμῖν ἐπιδεῖξαι. Euthyd. p. 274. A. ἐπ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν, ὡς ἐπιδείξοντε καὶ διδάξοντε. Ibid. 274. C. al. — οὗτοι, Ctesippus eiusque amici ac familiares, qui huic colloquio interesse existimandi sunt.

οἶμαι μέν, καὶ αὐτὸς πρόσεισι] Οἶμαι μὲν et οἶμαι δὲ rectae praemissum orationi ad Gorg. p. 460. A. Rempubl. VI. p. 507. D. exemplis illustravimus. — ὡς Ἑρμαῖα ἄγουσιν, nam s. quippe Hermaea celebrant. Locum ego sic puto intelligendum esse: „quum Lysis sermonum audiendorum sit admodum cupidus, ubi te videbit disserentem, vel sua sponte ad te accedet, ac praeterea pueri atque adolescentuli, ut in Hermaeorum festa celebratione fieri assolet, non diversis in regionibus versantur, sed in uno mixti sunt loco, ut in hac eorum turba verisimile sit eum sponte tibi esse appropinquaturum. Sin minus, certe Ctesippus, cui est familiaris propter huius patruelem Menexenum, eum huc vocabit.“ Itaque nullam hic video sententiarum perturbationem, qualem notavit Heindorfius: imo omnia recte ac perspicue sunt explicata. De ἐν ταὐτῷ, uno loco, vid. quae collegit Fritsch. Quaest. Lucian. Praef. p. XI. Ceterum quum lege illa, quae exstat apud Aeschin. adv. Tim. T. III. p. 38. ed. Reisk., cautum esset, ne gymnasiarchae inter Hermaea quenquam adultum in gymnasia ingredi paterentur, dubitari potest, qui fieri potuerit, ut Socrati una cum Ctesippo et aliis in hanc palaestram introire licuerit. De qua re disputavit Schleiermacherus ad h. l. p. 397 sq.

τοὺς παῖδας καὶ τὰ περὶ τὰ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤδη πεποιημένα, ἀστραγαλίζοντάς τε δὴ καὶ κεκοσμημένους ἅπαντας. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ἐν τῇ αὐλῇ ἔπαιζον ἔξω, οἱ δέ τινες τοῦ ἀποδυτηρίου ἐν γωνίᾳ ἠρτίαζον ἀστραγάλοις παμπόλλοις, ἐκ φορμίσκων τινῶν προαιρούμενοι· τούτους δὲ περιέστασαν ἄλλοι θεωροῦντες, ὧν δὴ καὶ ὁ Λύσις ἦν· καὶ εἱστήκει ἐν τοῖς παισί τε καὶ
207 νεανίσκοις ἐστεφανωμένος καὶ τὴν ὄψιν διαφέρων, οὐ τὸ καλὸς εἶναι μόνον ἄξιος ἀκοῦσαι, ἀλλ' ὅτι καλός τε κἀγαθός. καὶ ἡμεῖς εἰς τὸ καταντικρὺ ἀποχωρήσαντες ἐκαθεζόμεθα — ἦν γὰρ αὐτόθι ἡσυχία — καί τι ἀλλήλοις διελεγόμεθα. περιστρεφόμενος οὖν ὁ Λύσις θαμὰ ἐπεσκοπεῖτο ἡμᾶς, καὶ δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν προσελθεῖν. τέως μὲν οὖν ἠπόρει τε καὶ ὤκνει μόνος προσιέναι· ἔπειτα ὁ Μενέξενος ἐκ τῆς αὐλῆς
B μεταξὺ παίζων εἰσέρχεται, καὶ ὡς εἶδεν ἐμέ τε καὶ τὸν Κτήσιππον, ἦλθε παρακαθιζησόμενος. ἰδὼν οὖν αὐτὸν ὁ Λύσις ἕσπετο καὶ συμπαρεκαθέζετο μετὰ τοῦ Μενεξένου. προσῆλθον δὴ καὶ οἱ ἄλλοι. καὶ δὴ καὶ

P. 207. οὐ τὸ καλὸς εἶναι μ.] Steph. corr. τῷ.

B. ἐπηλυγισάμενος] Ita Bodl. Vind. Flor. a. b. d. o.

E. ἀστραγαλίζοντάς τε δὴ καὶ κ.] iamque talis ludentes et ornatos omnes. De talorum lusu v. Casaubon. ad Sueton. Aug. 71. et Ernesti Clav. Cic. s. v. Talus. Quod autem pueri dicuntur adhuc fuisse κεκοσμημένοι, de veste candida s. λαμπρᾷ cogitandum est. Nam ut apud Romanos, sic etiam apud Athenienses qui rem divinam faciebant veste candida erant amicti. v. Casaub. ad Theophr. p. 212. ed. Fisch. et Spanhem. ad Callim. p. 545. De ἀποδυτηρίῳ dixit Spanhem. ad Julian. Orat. I. p. 17. 6. Ἀρτιάζειν est ludere par impar, ut loquuntur Latini. v. Sueton. August. c. 71. Horat. Serm. II. Sat. 3. v. 248. Descripsit hunc ludum praeter Scholiastam ad h. l. Pollux libr. IX. cap. ult., ubi hunc locum ob oculos habuit aliam secutus scripturam. Unde Hemsterhus. putabat hic restituendum esse: ἀστραγάλους παμπόλλους ἐκ φορμ. τινῶν προαιρούμενοι s. καθαιρούμενοι. Et inventus est accusativus in uno Vat. Nec tamen puto quidquam esse novandum: nam ad προαιρούμενοι facile intelligitur αὐτούς; nec dicitur simpliciter ἠρτίαζον ἀστραγάλοις, sed additur παμπόλλοις, in quo vis sententiae inest. Ceterum Schol. ad h. l. φορμίσκων· καλαθίσκων, πλεκτῶν ἀγγείων ἤτοι σπυρίδων. φορμὸν δὲ πλέγμα τι ψιαθῶδες παρ' Ἱππώνακτι. — ἐστεφανωμένος, ut die festo et recens a sacrificio. v.

ὁ Ἱπποθάλης, ἐπειδὴ πλείους ἑώρα ἑφισταμένους, τούτους ἐπηλυγισάμενος προέστη ἵ μὴ ὤετο κατόψεσθαι τὸν Λύσιν, δεδιὼς μὴ αὐτῷ ἀπεχθάνοιτο· καὶ οὕτω προεστὼς ἠκροᾶτο.

Καὶ ἐγὼ πρὸς τὸν Μενέξενον ἀποβλέψας, Ὦ παῖ Δημοφῶντος, ἦν δ' ἐγώ, πότερος ὑμῶν πρεσβύτερος; Ἀμφισβητοῦμεν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ὁπότερος γενναιότερος, ἐρίζοιτ' ἄν; ἦν δ' ἐγώ. Πάνυ γε, ἔφη. Καὶ μὴν ὁπότερός γε καλλίων, ὡσαύτως. Ἐγελασάτην οὖν ἄμφω. Οὐ μὴν ὁπότερός γε, ἔφην, πλουσιώτερος ὑμῶν, οὐκ ἐρήσομαι· φίλω γάρ ἐστον. ἦ γάρ; Πάνυ γ', ἐφάτην. Οὐκοῦν κοινὰ τά γε φίλων λέγεται, ὥστε τούτῳ γε οὐδὲν διοίσετον, εἴπερ ἀληθῆ περὶ τῆς φιλίας λέγετον. Συνεφάτην.

Cap. IV. Ἐπεχείρουν δὴ μετὰ τοῦτο ἐρωτᾶν, ὁπότερος δικαιότερος καὶ σοφώτερος αὐτῶν εἴη. μεταξὺ οὖν τις προσελθὼν ἀνέστησε τὸν Μενέξενον, φάσκων καλεῖν τὸν παιδοτρίβην· ἐδόκει γάρ μοι ἱεροποιῶν τυγχάνειν· ἐκεῖνος μὲν οὖν ᾤχετο· ἐγὼ δὲ τὸν

Coisl. Vat. Ven. Ξ. Angel. Pal. Vulgo *ἐπηλυγασάμενος*. Dein codd. *προέστη*, quod Steph. in Adnott. p. 17. Dorvill. ad Charit. p. 145. Ruhnk. ad Tim. p. 117. emendarunt.

Dorvill. ad Charit. p. 349. ed. Lips. Visconti Mus. Pio-Clementin. T. III. p. 25.

P. 207. *οὐ τὸ καλὸς εἶναι μ. ἢ. ἀκοῦσαι*] Iunge: *οὐ μόνον ἄξιος ἀκοῦσαι τὸ καλὸς εἶναι*, dignus non solum qui pulcher diceretur: ut Stephanus frustra correxerit *οὐ τῷ κ.* quod ne Graecum quidem. Sed haeremus in isto *ἀλλ' ὅτι*, pro quo aliquis malebat *ἀλλὰ τό*.

ἔπειτα ὁ Μενέξενος] In his post *ἔπειτα* ne quis δὲ excidisse opinetur, legantur quae scripsimus ad Phaedon. p. 86. K. Protag. p. 310. B.

B. *τούτους ἐπηλ.*] Schol. *ἐπισκιασάμενος, ἐπικρυψάμενος. λύγη γὰρ ἡ σκιά.* Eadem habet Tim. Gloss. p. 117. conf. Eustath. ad Iliad. κ. p. 809., qui huius loci meminit. Ab *ἠλύγη* autem est *ἠλυγάζω, ἐπηλυγάζω, ἐπηλυγίζω*. v. Pierson. ad Moer. p. 163. Ruhnk. ad Tim. p. 118 sq. Hoc loco optimi codd. *ἐπηλυγισάμενος* praebuerunt pro vulgari *ἐπηλυγασάμενος*.

C. *Ἀμφισβητοῦμεν, ἔφη*] Recte Heind. „Pari fere aetate sumus, ut propemodum sit ambiguum. De proverbio Pythagorico: *κοινὰ τὰ φίλων* v. ad Remp. p. 424. A. Adde Menag. ad Diog. VIII, 10. Beier. ad Cic. Offic. I, 17, 56. p. 134.

D. *ἐδόκει γάρ μοι ἱεροποιῶν τ.*] videbatur enim mihi forte sacra procurare. Ulpian. ad Midian. p.

Λύσιν ἠρόμην, Ἦ που, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Λύσι, σφόδρα φιλεῖ σε ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ. Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν βούλοιντο ἄν σε ὡς εὐδαιμονέστατον
E *εἶναι. Πῶς γὰρ οὔ; Δοκεῖ δέ σοι εὐδαίμων εἶναι ἄνθρωπος δουλεύων τε καὶ ᾧ μηδὲν ἐξείη ποιεῖν ὧν ἐπιθυμοῖ; Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε, ἔφη. Οὐκοῦν εἰ σε φιλεῖ ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ καὶ εὐδαίμονά σε ἐπιθυμοῦσι γενέσθαι, τοῦτο παντὶ τρόπῳ δῆλον, ὅτι προθυμοῦνται, ὅπως ἂν εὐδαιμονοίης. Πῶς γὰρ οὐχί; ἔφη. Ἐῶσιν ἄρα σε ἃ βούλει ποιεῖν, καὶ οὐδὲν ἐπιπλήττουσιν, οὐδὲ διακωλύουσι ποιεῖν ὧν ἂν*
ἐπιθυμῇς; Ναὶ μὰ Δί' ἐμέ γε, ὦ Σώκρατες, καὶ μάλα γε πολλὰ κωλύουσι. Πῶς λέγεις; ἦν δ' ἐγώ.
208 *βουλόμενοί σε μακάριον εἶναι διακωλύουσι τοῦτο ποιεῖν, ὃ ἂν βούλῃ; ὧδε δέ μοι λέγε. ἦν ἐπιθυμήσῃς ἐπί τινος τῶν τοῦ πατρὸς ἁρμάτων ὀχεῖσθαι λαβὼν τὰς ἡνίας, ὅταν ἁμιλλᾶται, οὐκ ἂν ἐῷέν σε, ἀλλὰ δια-*

E. *ὧν ἐπιθυμοῖ;*] *ἐπιθυμεῖ* Steph. cum Par. E. Vind. Pal. Urb. Vat. r.

οὐδὲ διακωλύουσι] V. *κωλύουσι* cum Par. E. Urb. Vat. v. Vind.

P. 208. *μισθωτῷ μᾶλλον*] *μισθωτῇ* Bodl. Vat. Θ.

367. iam ab Heindorfio laudatus: *ἱεροποιούς, ὃ ἐπισκοποῦν τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρά.* Verbum *ἱεροποιεῖν* ita positum ap. Demosthen. in Midiam c. 31. *εἰς τήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν.*

Ἦ που, ἦν δ' ἐγώ] Editt. omnes post *μήτηρ* interrogationis signum exhibent. Quod tollendum iudicavi secutus rationem Elmsleii ad Eurip. Med. v. 1275. Nam particulae *ἦ που*, i. e. *ὄντως που*, nil aliud significant nisi eius, qui loquitur, de re aliqua coniecturam cum asseveratione coniunctam. conf. De Rep. X. p. 595. C. Euthyphr. p. 4. A. Politic, p. 285. D. ibique schol. Germanice dixeris: *Gewiss*, o Lysis, dein Vater und deine Mutter lieben dich *doch wohl* sehr.

E. *προμηθοῦνται, ὅπως ἂν εὐδαιμονοίης*] promto paratoque animo curant, quo modo possis beatus esse. Xenoph. Cyrop. I, 2, 5. *ἐπιμέλονται, ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται.* Ibid. I, 2, 10. *ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῷεν.* Ibid. II, 1, 4. *βουλευσόμεθα, ὅπως ἂν ἄριστα ἀγωνιζοίμεθα.* Oeconom. II, 9. *κελεύεις με — ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἂν μὴ παντάπασιν ἀληθῶς πένης γένοιο.*

ἐμέ γε — καὶ μάλα γε πολλά] Repetitum *γε* ne quem moretur, licet in eodem oratio-

κωλύοιεν; Μὰ Δί', οὐ μέντοι ἄν, ἔφη, ἐῷεν. Ἀλλὰ τίνα μήν; Ἔστι τις ἡνίοχος παρὰ τοῦ πατρὸς μισθὸν φέρων. Πῶς λέγεις; μισθωτῷ μᾶλλον ἐπιτρέπουσιν ἢ σοὶ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται περὶ τοὺς ἵππους, καὶ προσέτι αὐτοῦ τούτου ἀργύριον τελοῦσιν; Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Ἀλλὰ τοῦ ὁρικοῦ ζεύγους, οἶμαι, ἐπι- B τρέπουσί σοι ἄρχειν, κἂν εἰ βούλοιο λαβὼν τὴν μάστιγα τύπτειν, ἐῷεν ἄν. Πόθεν, ἦ δ' ὅς, ἐῷεν; Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· οὐδενὶ ἔξεστιν αὐτοὺς τύπτειν; Καὶ μάλ', ἔφη, τῷ ὀρεοκόμῳ. Δούλῳ ὄντι ἢ ἐλευθέρῳ; Δούλῳ, ἔφη. Καὶ δοῦλον, ὡς ἔοικεν, ἡγοῦνται περὶ πλείονος ἢ σὲ τὸν υἱόν, καὶ ἐπιτρέπουσι τὰ ἑαυτῶν μᾶλλον ἢ σοί, καὶ ἐῶσι ποιεῖν ὅ τι βούλεται, σὲ δὲ διακωλύουσι. καί μοι ἔτι τόδε εἰπέ. σὲ αὐτὸν C ἐῶσιν ἄρχειν σεαυτοῦ, ἢ οὐδὲ τοῦτο ἐπιτρέπουσί σοι; Πῶς γάρ, ἔφη, ἐπιτρέπουσιν; Ἀλλ' ἄρχει τίς σου; Ὅδε παιδαγωγός, ἔφη. Μῶν δοῦλος ὤν; Ἀλλὰ τί

B. τῷ ὀρεοκόμῳ] Cois. Ven. Σ. ὀρεωκόμῳ, quod dedit Bekker, iudicium Piersoni ad Ael. Herodian. p. 449. secutus. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 696., qui aliter statuit, quanquam huius sententiae, iudice Buttmanno, obstat locus Aristoph. Thesm. 493.

nis membro collocatum sit, tamen utroque loco vim suam servat. v. Heindorf. ad Euthyd. p. 277. A. Hermann. ad Viger. p. 827. Quippe καὶ ante μάλα γε nunc non copulat, sed habet vim augendi et intendendi, ut sexcenties. De verbo κωλύειν cum duplici accusativo constructo v. Matthiae Gr. §. 421. ann. 1., quanquam tenendum accusativum rei ita tantum poni consuevisse, si neutrum vel pronominum vel adiectivorum verbo adiectum esset.

P. 208. μισθὸν φέρων] Qui pactam mercedem accipit, is μισθὸν φέρειν et φέρεσθαι dicitur: Lohn bekommen; sed qui suam sibi aufert mercedem, is μισθὸν φέρεται. v. Reisig. Enarrat. Oedipi Colon. p. XXVII.

B. τοῦ ὁρικοῦ ζεύγους] Schol. τοῦ ἡμιονικοῦ· ὀρεὺς γὰρ ὁ ἡμίονος. Mox πόθεν — ἐῷεν; habet vim negandi, ut Gorg. p. 471. D. Symp. 172. C. infra p. 211. C. al. Quod vero ἄν non est repetitum, fit hoc, sicubi utrumque orationis membrum ad commune quiddam refertur. v. Hermann. de Particula ἄν p. 192. Quanquam ne opus quidem est ἄν e superioribus intelligere, si verba Lysidis interpretamur sic: Wie möchten sie es wohl zulassen? Lachet. p. 190. C. τίνα τρόπον τούτου σύμβουλοι γενοίμεθα; ubi Bekkerus ἄν interposuit. Gorg. p. 492. B. Legg. X. p. 894. C. al.

C. σὲ αὐτὸν ἐῶσιν ἄρχειν —] h. e. σὲ ἐῶσιν ἄρχειν αὐτὸν σεαυτοῦ: ex quo clarum est, cur σὲ αὐτὸν scriptum sit, non σεαυτόν. Nam αὐτὸν vi et

μήν; ἡμέτερός γε, ἔφη. Ἦ δεινόν, ἦν δ' ἐγώ, ἐλεύθερον ὄντα ὑπὸ δούλου ἄρχεσθαι. τί δὲ ποιῶν αὖ οὗτος ὁ παιδαγωγός σου ἄρχει; Ἄγων δήπου, ἔφη, εἰς διδασκάλου. Μῶν μὴ καὶ οὗτοί σου ἄρχουσιν, οἱ
D διδάσκαλοι; Πάντως δήπου. Παμπόλλους ἄρα σοι δεσπότας καὶ ἄρχοντας ἐκὼν ὁ πατὴρ ἐφίστησιν. ἀλλ' ἆρ' ἐπειδὰν οἴκαδε ἔλθῃς παρὰ τὴν μητέρα, ἐκείνη σὲ ἐᾷ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλῃ, ἵν' αὐτῇ μακάριος ᾖς, ἢ περὶ τὰ ἔρια ἢ περὶ τὸν ἰστόν, ὅταν ὑφαίνῃ; οὔ

ὅ τι ἂν βούλῃ] Steph. cum uno Par. E. βούλοιο.

gravitate sua eminet. Optime de hac re exposuit Matthiae Gr. §. 148. 2.

Μῶν μὴ καὶ οὗτοι —] Paullo ante dicebat: *μῶν δοῦλος ὤν;* nunc *μῶν μὴ* ponit; quod cave credas temere factum esse. Nam *μῶν* etsi dubitari non potest quin ex *μὴ οὖν* sit conflatum, tamen ab *μῶν μὴ* usu et significatione sua aliquantum discrepat. Etenim *μὴ* simplex quum ita interroget, ut eum, qui loquitur, significet aliquid nolle et optare, ideoque interrogantis suspicionem quandam cum metu coniunctam prodat, ut Protagor. p. 310. B. *μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις;* du bringst doch nicht etwa eine schlimme Nachricht? tum accessit *οὖν* atque cum *μὴ* coaluit, ubi id, quod interroganti metuendum videretur, ex quapiam re vel dicto alterius colligi posset. Ita *μὴ οὖν v. μῶν τι νεώτερον ἀγγέλλεις;* significat: du bringst doch also nicht eine schlimme Nachricht? Sed usu et consuetudine factum est, ut vis negationis vehementer imminueretur, plurimumque ponderis alteri vocabuli parti accederet, quo ipso evenit, ut *μῶν* paene nihil esset nisi particula interrogandi, quae in negantibus quidem enuntiationibus poneretur, sed ita tamen, ut iam vix ulla negandi vis in ea contineri videretur. Atque ex his primum quidem clarum est, quid *μὴ* et *μῶν* differant. Deinde etiam illud intelligitur, qui fieri potuerit, ut post *μῶν* negandi vocula *μὴ* denuo repeteretur. Factum enim hoc apparet esse propterea, quod vis negationis in solo *μῶν* nimis esset exilis ac paene nulla. Itaque hoc loco Socrates pereleganter primum utitur leniore interrogationis forma *μῶν δοῦλος ὤν;* also wohl ein Sclav?, quanquam se rem negari velle item significat: deinde autem progreditur ad fortiorem apertioremque interrogationem, *μῶν μὴ* dicens. Idem discrimen observandum est in iis, quae paullo post E. legimus: *μῶν μή τι ἠδίκηκας τὸν πατέρα;* du hast doch dem Vater kein Unrecht zugefügt? et in loco Protagor. p. 310. D. *μῶν τί σε ἀδικεῖ Πρωταγόρας;* ex quibus alterum lenius dictum. Eandem prorsus rationem patet esse vocabuli *οὐκοῦν*, cuius altera pars ita praevaluit, ut non modo accentus in ea poneretur, de quo nuper acute exposuit Buttmannus Grammat. med. edit. 13. p. 436 sq., sed etiam ita usurparetur, ut sublata interrogationis

τι γάρ που διακωλύει σε ἢ τῆς σπάθης ἢ τῆς κερκίδος ἢ ἄλλου του τῶν περὶ ταλασιουργίαν ὀργάνων ἅπτεσθαι. Καὶ ὃς γελάσας, Μὰ Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ μόνον γε διακωλύει, ἀλλὰ καὶ τυπτοίμην ἄν, εἰ ἀπτοίμην. Ἡράκλεις, ἦν δ' ἐγώ, μῶν μή τι ἠδίκηκας τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφη. Cap. V. Ἀλλ' ἀντὶ τίνος μὴν οὕτω σε δεινῶς διακωλύουσιν εὐδαίμονα εἶναι καὶ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλῃ, καὶ δι' ἡμέρας ὅλης τρέφουσί σε ἀεί

E

vi totum vocabulum igitur, itaque, significaret. Ex quo talia habent explicationem, quale est Phaedon. p. 68. C. οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη — ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει; Denique iam ne illud quidem cuiquam mirum videbitur, quod post μῶν etiam οὖν iterari solet, cuius generis exempla collegit Astius ad Legg. p. 7. Quippe quum μῶν paullatim in particulam interrogandi abiisset, ne colligendi quidem vis in ea adeo mansit perspicua, ut voculae οὖν adiectio plane supervacanea videri posset. Quod autem diximus, μή, μῶν, μῶν μή ita usurpari, ut negans exspectetur responsio, id ne quis putet eiusmodi locis posse confutari, qualis hic est, in quo ter subiecta est contrarii affirmatio; diligenter observari oportet, saepenumero eam interrogandi formam cum quadam simulatione vel dissimulatione ab loquentibus adhiberi, ideoque ab iis ita interrogari, ac si quid esse nolint, quum tamen contrarium locum habere praevideant. Quod quidem in hunc locum prorsus convenit, in quo Socrates puerum sic interrogat, ut quum simulet nolle se id, quod quaerat, tamen contrarium affirmatum iri non potest non praevidere. Sed aliae quoque causae possunt esse, cur quum is, qui interrogat, nolle se aliquid fieri significet, tamen ab altero contrarium affirmatur. Quippe fieri sane potest, ut quid praeter interrogantis voluntatem vel exspectationem asseveretur. Ita Crito in cognomine dialogo p. 44. E. Socratem interrogat sic: ἀρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ; cui hic: καὶ ταῦτα προμηθοῦμαι, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλα πολλά. Quo loco videmus illum ita loquentem induci, ut vereatur, ne amicus istarum, quas memorat, rerum cura sollicitetur: Socrates autem libere profitetur se utique cura ista et sollicitudine minime vacare. Ex his nunc iudicari volo quae scripsi ad Apolog. Socrat. p. 52.

D. ἵν' αὐτῇ μακάριος ᾖς] De Rep. I. p. 343. A. ὃς γε αὐτῇ οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκεις. Ibid. III. p. 389. D. p. 391. D, al. v. Matthiae Gr. §. 389.

ἢ τῆς σπάθης ἢ τῆς κερκίδος] Hesychius: Σπαθατὸν τὸ ὄρθιον ὕφος σπάθῃ κεκρουμένον, οὐ κτενί. Itaque significat textrices olim in tela recta stantes usas fuisse spatha; contra in tela plana pectine (κτενὶ) stamina percussisse atque condensavisse. v. Schneider. Indic. ad Scriptor. R. R. p. 371. — κερκὶς est pecten, quo tela plauditur et percutitur.

τῳ δουλεύοντα καὶ ἐνὶ λόγῳ ὀλίγου ὧν ἐπιθυμεῖς οὐδὲν ποιοῦντα; ὥστε σοι, ὡς ἔοικεν, οὔτε τῶν χρημάτων τοσούτων ὄντων οὐδὲν ὄφελος, ἀλλὰ πάντες
209 αὐτῶν μᾶλλον ἄρχουσιν ἢ σύ, οὔτε τοῦ σώματος οὕτω γενναίου ὄντος, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄλλος ποιμαίνει καὶ θεραπεύει· σὺ δὲ ἄρχεις οὐδενός, ὦ Λύσι, οὐδὲ ποιεῖς οὐδὲν ὧν ἐπιθυμεῖς. Οὐ γάρ πω, ἔφη, ἡλικίαν ἔχω, ὦ Σώκρατες. Μὴ οὐ τοῦτό σε, ὦ παῖ Δημοκράτους, κωλύῃ. ἐπεὶ τό γε τοσόνδε, ὡς ἐγῷμαι, καὶ ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ σοι ἐπιτρέπουσι καὶ οὐκ ἀναμένουσιν, ἕως ἂν ἡλικίαν ἔχῃς. ὅταν γὰρ βούλωνται αὐτοῖς τινα ἀναγνωσθῆναι ἢ γραφῆναι, σέ, ὡς
B ἐγῷμαι, πρῶτον τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐπὶ τοῦτο τάττουσιν. ἦ γάρ; Πάνυ γ', ἔφη. Οὐκοῦν ἔξεστί σοι ἐνταῦθ' ὅ τι ἂν βούλῃ πρῶτον τῶν γραμμάτων γράφειν καὶ ὅ τι ἂν δεύτερον· καὶ ἀναγιγνώσκειν ὡσαύτως ἔξεστι. καὶ ἐπειδάν, ὡς ἐγῷμαι, τὴν λύραν λάβῃς, οὐ διακωλύουσί σε οὔθ' ὁ πατὴρ οὔθ' ἡ μήτηρ ἐπι-

P. 209. *Οὐ γάρ πω — ἡλικίαν ἔχω*] Sic Ven. Ξ. Urbin. et corr. Coisl. Flor. d. Vulgo *που*.

αὐτοῖς τινα ἀναγνωσθῆναι] Non opus est coniectura Heindorfi, scribendum iudicantis *αὐτοῖς τι ἀναγνωσθῆναι*. v. Protagor. p. 328. B., ubi vir doctus ipse sententiam suam retractavit comparato etiam loco Reipubl. VII. p. 523. E.

C. *ἄρτι ἐλέγομεν, κωλύουσιν;*] Magnam habet vim eiusdem verbi repetitio; nec tamen poenitet consilii, quo olim cum

P. 209. *Οὐ γάρ πω, ἔφη, ἡλ.*] Dicens *που* dubitanter loquitur puerulus, ita quidem, ut colloquentis assensionem exspectare videatur. Quod si e quattuor codd. *πω* receperis, simpliciter affirmabit se nondum ad iustam aetatis pervenisse maturitatem. Nam *ἡλικία*, ut Lat. aetas, dicitur de adultis, qui ad maturiores annos pervenerunt. v. Wesseling. ad Diod. Sic. XIX. 341. Dorvill. ad Charit. p. 275. Heindorf. ad Charm. §. 4. Wyttenbach. ad Plut. Mor. T. XII. p. 83. Anecdot. Bekk. T. I. p. 3. Phrynich. p. 84. Ernesti Gloss. Liv. p. 31.

B. *καὶ ψῆλαι*] Schol. *ψῆλαι, τὸ ἄνευ πλήκτρου τῷ δακτύλῳ τὰς χορδὰς ἁπτεσθαι.*

C. *ὅτι ἐνταῦθα μὲν οὐ διακωλύουσιν, ἐν οἷς δὲ — κωλύουσιν;*] Sic etiam Latini. Cic. pro Sulla c. 7. an tum in tanto imperio, tanta potestate, non dicis fuisse regem, nunc privatum regnare dicis? Ibid. c. 1. §. 3. quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensii factum — non reprehendatur,

τεῖναί τε καὶ ἀνεῖναι ἢν ἂν βούλῃ τῶν χορδῶν, καὶ ψῆλαι καὶ κρούειν τῷ πλήκτρῳ. ἢ διακωλύουσιν; Οὐ δῆτα. Τί ποτ' ἂν οὖν εἴη, ὦ Λύσι, τὸ αἴτιον, ὅτι C ἐνταῦθα μὲν οὐ διακωλύουσιν, ἐν οἷς δὲ ἄρτι ἐλέγομεν κωλύουσιν; Ὅτι, οἶμαι, ἔφη, ταῦτα μὲν ἐπίσταμαι, ἐκεῖνα δ' οὔ. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἄριστε. οὐκ ἄρα τὴν ἡλικίαν σου περιμένει ὁ πατὴρ ἐπιτρέπειν πάντα, ἀλλ' ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἡγήσηταί σε βέλτιον αὐτοῦ φρονεῖν, ταύτῃ ἐπιτρέψει σοι καὶ αὐτὸν καὶ τὰ αὑτοῦ. Οἶμαι ἔγωγε, ἔφη. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. τί δέ; τῷ γείτονι ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς ὅρος ὥσπερ τῷ πατρὶ περὶ σοῦ; πότερον οἴει αὐτὸν ἐπιτρέψειν σοι τὴν D αὐτοῦ οἰκίαν οἰκονομεῖν, ὅταν σε ἡγήσηται βέλτιον περὶ οἰκονομίας ἑαυτοῦ φρονεῖν, ἢ αὐτὸν ἐπιστατήσειν; Ἐμοὶ ἐπιτρέψειν οἶμαι. Τί δ'; Ἀθηναίους οἴει σοι οὐκ ἐπιτρέψειν τὰ αὑτῶν, ὅταν αἰσθάνωνται, ὅτι ἱκανῶς φρονεῖς; Ἔγωγε. Πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, τί ἄρα ὁ μέγας βασιλεύς; πότερον τῷ πρεσβυτάτῳ υἱεῖ,

Bodl. Flor. a. b. c. dedimus κωλύουσιν, quod idem habent libri Bekker. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. B. C. Angel. Barberin. Pal. Urbin. Vat. r. Nam post composita saepe ita simplicia verba inferuntur. v. ad Phaedon. in.

ὁ αὐτὸς ὅρος ὥσπερ τῷ π.] E Bekkeri libris soli Angel. et Barber. ὥσπερ: ceteri ὅσπερ. E nostris nihil enotatum, nec Gaisfordius in Bodl. quidquam diversitatis repperit. Itaque vulgata retinenda.

reprehendatur meum? De Orator. I. c. 17. §. 79. etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium — defuit. Pro Milon. c. 9. §. 26. consulatum eripi non posse, vi tam posse: ad quem locum v. Matthiae. Criton. p. 54. A. πότερον ἐὰν μὲν εἰς Θετταλίαν ἀποδημήσῃς, ἐπιμελήσονταί· ἐὰν δὲ εἰς Ἅιδου, οὐχὶ ἐπιμελήσονται; Gorg. p. 525. C. αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδέν, ἄλλοι δὲ ὀνίνανται. Sophocl. Oed. Tyr. v. 770. πρίν μοι τύχη τοιάδ' ἐπέστη, θαυμάσαι μὲν ἄξια, σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία.

ἐπιτρέπειν πάντα] h. e. ὥστε σοι ἐπ. πάντα.

ὁ αὐτὸς ὅρος ὥσπερ —] Boeckhius in Min. p. 170. corrigebat ὅσπερ. frustra. v. ad Phaedon. p. 86. A. Eodem pertinet Sympos. p. 181. E. χρὴν — τοὺς πανδήμους ἐραστὰς προσαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ κ. τ. λ. Sententia haec est: vicinus tuus nonne eandem sequitur regulam atque normam in iudicio de te suo, quam pater tenet?

οὗ ἡ τῆς Ἀσίας ἀρχὴ γίγνεται, μᾶλλον ἂν ἐπιτρέψειεν ἑψομένων κρεῶν [ἐμβάλλειν] ὅ τι ἂν βούληται
E ἐμβαλεῖν εἰς τὸν ζωμόν, ἢ ἡμῖν, εἰ ἀφικόμενοι παρ' ἐκεῖνον ἐνδειξαίμεθα αὐτῷ, ὅτι ἡμεῖς κάλλιον φρονοῦμεν ἢ ὁ υἱὸς αὐτοῦ περὶ ὄψου σκευασίας; Ἡμῖν δῆλον ὅτι, ἔφη. Καὶ τὸν μέν γε οὐδ' ἂν σμικρὸν ἐάσειεν ἐμβαλεῖν· ἡμᾶς δέ, κἂν εἰ βουλοίμεθα δραξάμενοι τῶν ἁλῶν, ἐᾷ ἂν ἐμβαλεῖν. Πῶς γὰρ οὔ; Τί δ' εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀσθενοῖ, ἆρ' ἐᾷ ἂν αὐτὸν ἅπτεσθαι τῶν ἑαυτοῦ ὀφθαλμῶν, μὴ
210 ἰατρικὸν ἡγούμενος, ἢ κωλύοι ἄν; Κωλύοι ἄν. Ἡμᾶς δέ γε εἰ ὑπολαμβάνοι ἰατρικοὺς εἶναι, κἂν εἰ βουλοίμεθα διανοίγοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμπάσαι τῆς τέφρας, οἶμαι, οὐκ ἂν κωλύσειεν, ἡγούμενος ὀρθῶς φρονεῖν. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν καὶ τἆλλα πάντα ἡμῖν ἐπιτρέποι ἂν μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ καὶ τῷ υἱεῖ, περὶ ὅσων ἂν δόξωμεν αὐτῷ σοφώτεροι ἐκείνων εἶναι; Ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Cap. VI. Οὕτως ἄρα ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Λύσι. εἰς μὲν ταῦτα, ἃ ἂν
B φρόνιμοι γενώμεθα, ἅπαντες ἡμῖν ἐπιτρέψουσιν, Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ποιήσομέν τε ἐν τούτοις ὅ τι ἂν βουλώμεθα, καὶ οὐδεὶς ἡμᾶς ἐκὼν εἶναι ἐμποδιεῖ, ἀλλ' αὐτοί τε ἐλεύθεροι ἐσόμεθα ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλων ἄρχοντες, ἡμέτερά τε

D. ἐπιτρέψειεν ἑψομένων] V. ἐνεψομένων, praeter fidem et auctoritatem codicum.

E. μὴ ἰατρικὸν ἡγούμενος] Sic Coisl. Vindob. pro vulg.

D. κρεῶν (ἐμβάλλειν) ὅ τι ἂν β.] Quod uncis seclusi ἐμβάλλειν, merito ab Heindorfio in fraudis suspicionem vocatum est. Nec molestia, quam affert, multum lenitur, si cum Bekkero reponas ἐμβαλεῖν e Paris. C., qui habet ἐμβάλειν. Ceterum Astius De Vit. et Script. Plat. p. 432. cur hoc exemplum a Socratica ratione alienum putaverit, equidem non video.

E. κἂν εἰ βουλοίμεθα —, ἐᾷ ἂν ἐμβαλεῖν] V. ad Menex. p. 236. D. Verbum δράττεσθαι interpretatur Eustath. ad Iliad. p. 939. 21. ed. Rom. per ἅπτεσθαι.

P. 210. σοφώτεροι ἐκείνων εἶναι;] sc. αὐτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ. Sic ἐκεῖνος saepius vice fungitur pronominis αὐτός. v. Schaefer. ad Demosthen. Apparat. T. II. p. 215. et quae adscripsi ad Phaedon. p. 106. B. Protagor. p. 311. D.

B. εἰς μὲν ταῦτα, ἃ ἂν φρόνιμοι γ.] Ita concinnitatis

ταῦτα ἔσται· ὀνησόμεθα γὰρ ἀπ' αὐτῶν. εἰς ἃ δ' ἂν νοῦν μὴ κτησώμεθα, οὔτε τις ἡμῖν ἐπιτρέψει περὶ αὐτὰ ποιεῖν τὰ ἡμῖν δοκοῦντα, ἀλλ' ἐμποδιοῦσι πάντες καθ' ὅ τι ἂν δύνωνται, οὐ μόνον οἱ ἀλλότριοι, C ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ καὶ εἴ τι τούτων οἰκειότερόν ἐστιν, αὐτοί τε ἐν αὐτοῖς ἐσόμεθα ἄλλων ὑπήκοοι, καὶ ἡμῖν ἔσται ἀλλότρια· οὐδὲν γὰρ ἀπ' αὐτῶν ὀνησόμεθα. συγχωρεῖς οὕτως ἔχειν; Συγχωρῶ. Ἆρ' οὖν τῷ φίλῳ ἐσόμεθα καὶ τις ἡμᾶς φιλήσει ἐν τούτοις, ἐν οἷς ἂν ὦμεν ἀνωφελεῖς; Οὐ δῆτα, ἔφη. Νῦν ἄρα οὐδὲ σὲ ὁ πατὴρ οὐδὲ ἄλλος ἄλλον οὐδένα φιλεῖ, καθ' ὅσον ἂν ᾖ ἄχρηστος. Οὐκ ἔοικεν, ἔφη. Ἐὰν μὲν ἄρα σοφὸς γένῃ, ὦ παῖ, πάντες σοι φίλοι καὶ πάντες σοι οἰκεῖοι ἔσονται· χρήσιμος γὰρ καὶ ἀγα- D θὸς ἔσει· εἰ δὲ μή, σοὶ οὔτε ἄλλος οὐδεὶς οὔθ' ὁ πατὴρ φίλος ἔσται οὔθ' ἡ μήτηρ οὔθ' οἱ οἰκεῖοι. οἷόν τε οὖν ἐπὶ τούτοις, ὦ Λύσι, μέγα φρονεῖν, ἐν οἷς τις μήπω φρονεῖ; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη. Εἰ δ' ἄρα σὺ διδασκάλου δέει, οὔπω φρονεῖς. Ἀληθῆ. Οὐδ' ἄρα μεγαλόφρων εἶ, εἴπερ ἄφρων ἔτι. Μὰ Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὔ μοι δοκεῖ.

Cap. VII. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας αὐτοῦ ἀπέβλεψα E πρὸς τὸν Ἱπποθάλη, καὶ ὀλίγου ἐξήμαρτον· ἐπῆλθε γάρ μοι εἰπεῖν, ὅτι Οὕτω χρή, ὦ Ἱππόθαλες, τοῖς

μὴ ἰατρὸν ἦγ.

F. 210. C. ἡμᾶς φιλήσει] Ita Flor. d. pro vulg. φιλήσει, quod iam Heindorf. correxit.

causa dixit, quia opponitur deinceps: εἰς ἃ δ' ἂν νοῦν μὴ κτησώμεθα. Nam εἰς μὲν ταῦτα absolute dictum: quod ad illa attinet.

D. Ἐὰν μὲν ἄρα — εἰ δὲ μή] Charm. p. 157. C. ἐὰν οὖ μὲν βούλῃ, — εἰ δὲ μή. Gorg. p. 470. A. ἐὰν μὲν ἔπηται —, εἰ δὲ μή. De Rep. VII. p. 540. C. ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαίμοσιν. Phaedon. p. 93. B. ἂν μὲν μᾶλλον ἁρμοσθῇ —, εἰ δὲ ἧττον κ. τ. λ. ubi v. ann., unde discere etiam vicissim post εἰ μέν in altero membro ἐὰν δὲ inferri. Alia ratio est infra p. 217. E. ἢ ἐὰν μὲν κατά τινα τρόπον παρῇ, ἔσται· ἐὰν δὲ μή, οὔ. In his enim non est talis conditionis oppositio, sed utrumque orationis membrum ita enuntiatur, ut omnia e rerum statu suspensa esse cogitentur, nihil sola mentis cogitatione contineatur.

E. ὀλίγου ἐξήμαρτον] V. ad Menex. p. 236. B.

παιδικοῖς διαλέγεσθαι, ταπεινοῦντα καὶ συστέλλοντα, ἀλλὰ μὴ ὥςπερ σὺ χαυνοῦντα καὶ διαθρύπτοντα. κατιδὼν οὖν αὐτὸν ἀγωνιῶντα καὶ τεθορυβημένον ὑπὸ τῶν λεγομένων, ἀνεμνήσθην, ὅτι καὶ προςεστὼς λανθάνειν τὸν Λύσιν ἐβούλετο· ἀνέλαβον οὖν ἐμαυτὸν καὶ ἐπέσχον τοῦ λόγου.

211 Καὶ ἐν τούτῳ ὁ Μενέξενος πάλιν ἦκε, καὶ ἐκαθέζετο παρὰ τὸν Λύσιν, ὅθεν καὶ ἐξανέστη. ὁ οὖν Λύσις μάλα παιδικῶς καὶ φιλικῶς, λάθρᾳ τοῦ Μενεξένου, σμικρὸν πρός με λέγων ἔφη, Ὦ Σώκρατες, ἅπερ καὶ ἐμοὶ λέγεις, εἰπὲ καὶ Μενεξένῳ. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Ταῦτα μὲν σὺ αὐτῷ ἐρεῖς, ὦ Λύσι· πάντως γὰρ προςεῖχες τὸν νοῦν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πειρῶ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἀπομνημονεῦσαι αὐτὰ ὅ τι μά-
B λιστα, ἵνα τούτῳ σαφῶς πάντ' εἴπῃς· ἐὰν δέ τι αὐτῶν ἐπιλάθῃ, αὖθίς με ἀνερέσθαι, ὅταν ἐντύχῃς πρῶτον. Ἀλλὰ ποιήσω, ἔφη, ταῦτα, ὦ Σώκρατες, πάνυ σφόδρα, εὖ ἴσθι. ἀλλά τι ἄλλο αὐτῷ λέγε, ἵνα καὶ ἐγὼ ἀκούω, ἕως ἂν οἴκαδε ὥρα ᾖ ἀπιέναι. Ἀλλὰ χρὴ ποιεῖν ταῦτα, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδή γε καὶ σὺ κελεύεις. ἀλλ' ὅρα, ὅπως ἐπικουρήσεις μοι, ἐάν με ἐλέγχειν ἐπιχειρῇ ὁ Μενέξενος. ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι ἐριστι-

P. 211. *σμικρὸν πρός με λέγων*] Heind. corr. *πρὸς ἐμέ*. Non opus. v. ad Protag. p. 335. A. Dein Bekk. ex uno *Θ*. *ἔφη λέγων*.

B. *ποιήσω, ἔφη, ταῦτα*] V. *ποιήσω ταῦτα, ἔφη*, quod e

ἀνέλαβον οὖν ἐμαυτόν] recipiebam s. colligebam me ipsum. Locutionem illustrat Fritsch. ad Lucian. Alexandr. p. 236.

P. 211. *ἅπερ καὶ ἐμοὶ λέγεις, εἰπὲ καὶ M.*] De geminato *καὶ* dictum ad Apolog. p. 22. D. Phaedon. p. 64. C. p. 76. E. Gorg. p. 457. E.

σὺ αὐτῷ ἐρεῖς] Futurum loco imperativi. Aristoph. Equitt. v. 488. *νυνὶ διδάξεις, εἴπερ ἀπεκρύψω ποτέ*. Plat. Protag. p. 338. A. *ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθέ μοι*, ubi futurum cum imperativo iunctum.

B. *αὖθίς με ἀνερέσθαι*] Infinitivus nisi loco imperativi positus est, de quo loquendi genere v. ad Remp. V. p. 473. A., e *πειρῶ* aptus nexusque esse videri poterit.

C. *Πόθεν; ἦν δ' ἐγώ*] Recte Heindorf. interpretatur: nihil minus. v. ad p. 208. B. Mox *οὐχ ὁρᾷς* reliquae orationi interpositum, ut alibi *ὁρᾷς*. v.

κός ἐστι; Ναὶ μὰ Δία, ἔφη, σφόδρα γε. διὰ ταῦτά τοι καὶ βούλομαι σὲ αὐτῷ διαλέγεσθαι. Ἵνα, ἦν δ' C ἐγώ, καταγέλαστος γένωμαι; Οὐ μὰ Δία, ἔφη, ἀλλ' ἵν' αὐτὸν κολάσῃς. Πόθεν; ἦν δ' ἐγώ. οὐ ῥᾴδιον· δεινὸς γὰρ ὁ ἄνθρωπος, Κτησίππου μαθητής. πάρεστι δέ τοι αὐτός — οὐχ ὁρᾷς; — Κτήσιππος. Μηδενός σοι, ἔφη, μελέτω, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἴθι διαλέγου αὐτῷ. Διαλεκτέον, ἦν δ' ἐγώ.

Cap. VIII. Ταῦτ' οὖν ἡμῶν λεγόντων πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, Τί ὑμεῖς, ἔφη ὁ Κτήσιππος, αὐτὼ μόνω ἐστιᾶσθον, ἡμῖν δὲ οὐ μεταδίδοτον τῶν λόγων; Ἀλ- D λὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, μεταδοτέον. ὅδε γάρ τι ὧν λέγω οὐ μανθάνει, ἀλλά φησιν οἴεσθαι Μενέξενον εἰδέναι, καὶ κελεύει τοῦτον ἐρωτᾶν. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἐρωτᾷς; Ἀλλ' ἐρήσομαι, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ, ὦ Μενέξενε, ὃ ἄν σε ἔρωμαι. τυγχάνω γὰρ ἐκ παιδὸς ἐπιθυμῶν κτήματός του, ὥσπερ ἄλλος ἄλλου. ὁ μὲν γάρ τις ἵππους ἐπιθυμεῖ κτᾶσθαι, ὁ δὲ κύνας, ὁ δὲ χρυσίον, ὁ δὲ τιμάς· ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ταῦτα πράως E ἔχω, πρὸς δὲ τὴν τῶν φίλων κτῆσιν πάνυ ἐρωτικῶς, καὶ βουλοίμην ἄν μοι φίλον ἀγαθὸν γενέσθαι μᾶλλον ἢ τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις ὄρτυγα ἢ ἀλεκτρυό-

Bodl. Flor. d. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. mutatum. Tum vulg. αὐτῷ ἄλλο e Bodl. Coisl. Vat. Θ. r. Ven. Σ. Urbin. Vind. correctum.

ὅπως ἐπικουρήσεις] Sic Coisl. Ven. Ξ. Par. C. Angel. Barb. Palat. Flor. d. c. Legebatur olim ἐπικουρήσῃς.

Heindorf. ad Protag. p. 336. B.

αὐτὼ μόνω ἐστιᾶσθον] De hac metaphora, qua sermones cum epulis comparantur, egimus ad Remp. I. 354. A. IX. 571. E. Phaedr. 227. B.

D. Τί οὖν — οὐκ ἐρωτᾷς;] Praesentis temporis in hac formula usum notavimus ad Protag. p. 310. E. Multo frequentior est aoristus.

E. τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις] „ἐν ἀνθρώποις est nostrum in der Welt.“ Heindorf., qui exempla huius usus collegit. Adde Abresch. ad Aeschyl. T. I. p. 140. et 650. intpp. ad Thom. Mag. p. 359. De insano Atheniensium studio horum animalium in usum certaminum et ludorum alendorum v. praeter Plat. Legg. VII. p. 789. B. intpp. ad Aristoph. Avv. v. 1297. Meurs. in Themid. Attic. II. 25. et de Lud. Graecor. in Gronov. Thes. Ant. Gr. T. VII. p. 979.

να, καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε μᾶλλον ἢ ἵππον τε καὶ
κύνα· οἶμαι δέ, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου
χρυσίον κτήσασθαι δεξαίμην πολὺ πρότερον ἑταῖρον,
μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον. οὕτως ἐγὼ φιλέταιρός τίς
212 εἰμι. ὑμᾶς οὖν ὁρῶν, σέ τε καὶ Λύσιν, ἐκπέπληγμαι
καὶ εὐδαιμονίζω, ὅτι οὕτω νέοι ὄντες οἷοί τ' ἐστὸν
τοῦτο τὸ κτῆμα ταχὺ καὶ ῥᾳδίως κτᾶσθαι, καὶ σύ
τε τοῦτον οὕτω φίλον ἐκτήσω ταχύ τε καὶ σφόδρα,
καὶ αὖ οὗτος σέ· ἐγὼ δὲ οὕτω πόρρω εἰμὶ τοῦ κτή-
ματος, ὥστε οὐδ' ὁντινα τρόπον γίγνεται φίλος ἕτε-
ρος ἑτέρου οἶδα, ἀλλὰ ταῦτα δὴ αὐτά σε βούλομαι
ἐρέσθαι, ἅτε ἔμπειρον. Cap. IX. Καί μοι εἰπέ·
ἐπειδάν τίς τινα φιλῇ, πότερος ποτέρου φίλος γίγνε-
B ται, ὁ φιλῶν τοῦ φιλουμένου, ἢ ὁ φιλούμενος τοῦ
φιλοῦντος; ἢ οὐδὲν διαφέρει; Οὐδέν, ἔφη, ἔμοιγε δο-
κεῖ διαφέρειν. Πῶς λέγεις; ἦν δ' ἐγώ. ἀμφότεροι
ἄρ' ἀλλήλων φίλοι γίγνονται, ἐὰν μόνον ὁ ἕτερος τὸν

P. 212. καὶ σύ τε τοῦτον] τε Heindorfius et Bekkerus. Libri καὶ σὺ δὲ τ.

πότερος ποτέρου φίλος γίγν.] Sic Bodl. Vind. Florr. a. b. e. d. o. et reliqui omnes. Stephanus φίλος omisit, errore, ut videtur.

B. οἱ μὲν οἴονται] Codd. mss. et vett. editt. οἰόμενοι οἴ-

οἶμαι δέ, νὴ τὸν κύνα, — Δαρεῖον] arbitror autem, per canem, me multo potius amicum praeoptaturum esse Darii auro, imo etiam ipsi Dario. Nota est formula μᾶλλον δέχεσθαι, malle, praeferre; v. de Rep. VII. p. 516. D. Itaque verba sic iungenda: πολὺ πρότερον μᾶλλον δεξαίμην κτήσασθαι ἑταῖρον ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον. Sed difficultatem habet postremum istud μᾶλλον. Quam ita tollendam cum Buttmanno arbitror, ut scribatur μᾶλλον δὲ ἢ αὐτὸν Δαρεῖον. Ita Socrates illud suum ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον corrigit, et eo quidem modo, ut risum captare videatur. Nec iam quisquam quaerendum putabit, qua ratione tandem quis velit Darium possidere. Aristides T. II. p. 135. δεξαίμην ἂν δύνασθαι λέγειν — μᾶλλον ἢ μυριάκις Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου γενέσθαι. Totum hunc locum imitatione expressit Themistius Orat. XXII. p. 324 sq. ed. Dind.

P. 212. οὕτω πόρρω εἰμὶ τοῦ κτήματος] tam longe absum ab ea possessione. v. ad Phaedon. p. 96. E. Resp. I. p. 343. C. Heind. ad h. l. Contrariam significationem habent formulae supra ad p. 204. B. notatae.

B. οὐκ ἔστι φιλοῦντα μὴ ἀντιφιλεῖσθαι — ὃν ἂν φιλῇ;] Ad φιλῇ intelligi potest τις, quod tamen inest iam in prae-

ἕτερον φιλῇ; Ἔμοιγε, ἔφη, δοκεῖ. Τί δαί; οὐκ ἔστι φιλοῦντα μὴ ἀντιφιλεῖσθαι ὑπὸ τούτου, ὃν ἂν φιλῇ; Ἔστιν. Τί δέ; ἆρα ἔστι καὶ μισεῖσθαι φιλοῦντα; οἷόν που ἐνίοτε δοκοῦσι καὶ οἱ ἐρασταὶ πάσχειν πρὸς τὰ παιδικά· φιλοῦντες γὰρ ὡς οἷόν τε μάλιστα οἱ μὲν οἴονται οὐκ ἀντιφιλεῖσθαι, οἱ δὲ καὶ μισεῖσθαι. C ἢ οὐκ ἀληθὲς δοκεῖ σοι τοῦτο; Σφόδρα γε, ἔφη, ἀληθές. Οὐκοῦν ἐν τῷ τοιούτῳ, ἦν δ' ἐγώ, ὁ μὲν φιλεῖ, ὁ δὲ φιλεῖται. Ναί. Ὁπότερος οὖν αὐτῶν ποτέρου φίλος ἐστίν; ὁ φιλῶν τοῦ φιλουμένου, ἐάν τε καὶ ἀντιφιλῆται ἐάν τε καὶ μισῆται, ἢ ὁ φιλούμενος τοῦ φιλοῦντος; ἢ οὐδέτερος αὖ ἐν τῷ τοιούτῳ οὐδετέρου φίλος ἐστίν, ἂν μὴ ἀμφότεροι ἀλλήλους φιλῶσιν; Ἔοικε γοῦν οὕτως ἔχειν. Ἀλλοίως ἄρα νῦν ἡμῖν δοκεῖ ἢ πρότερον ἔδοξε. τότε μὲν γάρ, εἰ ὁ ἕτε- D ρος φιλοῖ, φίλω εἶναι ἄμφω· νῦν δέ, ἂν μὴ ἀμφότεροι φιλῶσιν, οὐδέτερος φίλος. Κινδυνεύει, ἔφη.

ονται. Correxit Heusdius, probante Heindorfio et Bekkero.

C. ἢ οὐκ ἀληθὲς δοκεῖ σοι] Steph. ἦ.

D. εἰ ὁ ἕτερος φιλοῖ] Steph. φιλεῖ, quod est in Par. E. et aliis quibusdam codd. Recte plurimi optimique optativum tuentur.

ἂν μὴ ἀμφότεροι φιλῶσιν] Steph. ἀν μὴ ἀμφότεροι ἀλλήλους φιλῶσιν, quod repertum est in uno Ven. Ξ.

cedentibus verbis, ut facile appareat, cur a Platone non sit adiectum. v. Apol. Socr. p. 29. A. Criton. p. 49. D. Reip. VI. p. 506. C. X. p. 611. C. p. 619. A. Charmid. p. 167. B. al.

πάσχειν πρὸς τὰ παιδικά] Negat Heindorfius eum, qui alteri odio sit, recte dici πάσχειν τι πρὸς αὐτόν, quum ea formula activam habeat vim et potestatem, ut sit amare vel odisse aliquem. Sed πρὸς in talibus tum active tum passive usurpari docuit Bremius ad Demosth. Philipp. II. p. 66. v. 10. ed. Reisk., ubi est διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν, ne vobis odio sim. Pro Coron. p. 237. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις (συνέβη) τὴν μὲν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς τῇ πόλει γενέσθαι, τὴν δὲ χάριν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων Φιλίππῳ.

C. Ὁπότερος οὖν αὐτῶν —] Non assentior Heindorfio ὁπότερος pro πότερος usurpari affirmanti. Imo oratio in talibus locis mimicam speciem prae se fert, ut aliquid intelligendum relinquatur, und erelativum suspensum sit. v. ad Menon. p. 74. D. Germanice item dixeris: Wer nun wohl von ihnen des andern Freund ist s. sein mag? ad quae facile supplemus quaerere s. ambigere licet. Mox quod dicitur ἐάν τε καὶ — ἐάν τε καί, exempla huius usus ad Remp. VIII. p. 557. A. collegimus.

Οὐκ ἄρ' ἐστὶ φίλον τῷ φιλοῦντι οὐδὲν μὴ οὐκ ἀντιφιλοῦν. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδ' ἄρα φίλιπποί εἰσιν, οὓς ἂν οἱ ἵπποι μὴ ἀντιφιλῶσιν, οὐδὲ φιλόρτυγες, οὐδ' αὖ φιλόκυνές γε καὶ φίλοινοι καὶ φιλογυμνασταὶ καὶ φιλόσοφοι, ἂν μὴ ἡ σοφία αὐτοὺς ἀντιφιλῇ. ἢ φι-
E *λοῦσι μὲν ταῦθ' ἕκαστοι, οὐ μέντοι φίλα ὄντα, ἀλλὰ ψεύδεθ' ὁ ποιητής, ὃς ἔφη*

ὄλβιος, ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι
καὶ κύνες ἀγρευταὶ καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ἀληθῆ δοκεῖ λέγειν σοι; Ναί. Τὸ φιλούμενον ἄρα τῷ φιλοῦντι φίλον ἐστίν, ὡς ἔοικεν, ὦ Μενέξενε, ἐάν τε φιλῇ, ἐάν τε καὶ μισῇ· οἷον καὶ τὰ νεωστὶ γεγονότα παιδία, τὰ
E. ὥςπερ οἱ σοφοὶ ἐν τ. δ.] rhetores; quos cum irrisio-ne hoc loco commemorari prae-ter nomen τῶν σοφῶν etiam ver-bum ἀναπεμπάσασθαι argumen-to est. Huius enim prima et propria significatio est: cibos ad rumen revocare: hoc autem loco valet ἐπαναλαμβάνειν κεφαλαιωδέστερον τὰ εἰρημένα, ut recte interpretatur Timaeus

περ οἱ σοφοὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, τὰ εἰρημένα ἅπαντα ἀναπεμπάσασθαι. εἰ γὰρ μήτε οἱ φιλούμενοι μήτε οἱ φιλοῦντες, μήτε οἱ ὅμοιοι μήτε οἱ ἀνόμοιοι, μήτε οἱ ἀγαθοὶ μήτε οἱ οἰκεῖοι, μήτε ταῦλλα ὅσα διειλήλυθαμεν — οὐ γὰρ ἔγωγε ἔτι μέμνημαι ὑπὸ τοῦ πλήθους —, ἀλλ' εἰ μηδὲν τούτων φίλον ἐστίν, ἐγὼ μὲν οὐκέτι ἔχω τί λέγω.

Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐν νῷ εἶχον ἄλλον ἤδη τινὰ τῶν 223
πρεσβυτέρων κινεῖν. κᾆτα, ὥσπερ δαίμονές τινες προσελθόντες οἱ παιδαγωγοί, ὅ τε τοῦ Μενεξένου καὶ ὁ τοῦ Λύσιδος, ἔχοντες αὐτῶν τοὺς ἀδελφούς, παρεκάλουν καὶ ἐκέλευον αὐτοὺς οἴκαδ' ἀπιέναι· ἤδη γὰρ ἦν ὀψέ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ περιεστῶτες αὐτοὺς ἀπηλαύνομεν· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἐφρόντιζον ἡμῶν, ἀλλ' ὑποβαρβαρίζοντες ἠγανάκτουν τε καὶ οὐδὲν ἧττον ἐκάλουν, ἀλλ' ἐδόκουν ἡμῖν ὑποπε- B
πωκότες ἐν τοῖς Ἑρμαίοις ἄποροι εἶναι προσφέρεσθαι,

extrusit, ut solet in hac formula.

P. 223. B. ἡμῖν ὑποπεπωκότες] Sic Vat. Θ. Bodlei., ut Stephanus coniecerat. V. ὑποπεπωκότες.

Gloss. p. 33., ubi v. Ruhnken. ἀλλ' εἰ μηδὲν τούτων φ.] Ἀλλά, ut Lat. sed, ponitur, ubi quid post verba interposita ex abundanti repetitur.

P. 223. ἄλλον ἤδη τινὰ τ. πρ. κινεῖν] ad disputandum excitare. Quam in rem comparat Heindorf. illa De Rep. I. p. 329. D. βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ εἶπον. Deinde ne cum Schleiermachero de malis geniis cogites, apud Hellenistas demum hic usus loquendi invaluit, ut δαίμονες mali genii appellarentur, erratque Elsnerus in Obss. ad Matth. IX, 34. Veteres Graeci ita vocarunt vel ipsos deos superos, vel numina ordinis inferioris, media illa inter deos et heroas. Significatur subitus et terribilis hominum adventus.

ἀλλ' ὑποβαρβαρίζοντες] Fuerunt igitur servi non bene et eleganter eruditi.

B. ἀλλ' ἐδόκουν ἡμῖν —] Sententiae antecedenti per ἀλλὰ superioribus oppositae nunc alia adiungitur, quae huic ipsi denuo adversatur. Quo in loquendi genere non erat cur Stephanus tam graviter offenderet. v. ad Phaedon. p. 63. E. ibique Wyttenbachium p. 142. — ἄποροι εἶναι προσφέρεσθαι, h. e. tales esse, quibuscum non possemus facile agere et colloqui. Verbum προσφέρεσθαι ad p. 205. B. illustravimus. Ἄποροι ita positum Apolog. Socr. p. 18. D. οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν, h. e. qui minime possint a me oppugnari. Thucyd. IV, 32. καὶ οἱ ἀπορώτατοι τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις, ubi v. Schol. Re-

ἡττηθέντες οὖν αὐτῶν διελύσαμεν τὴν συνουσίαν. ὅμως δ' ἔγωγε ἤδη ἀπιόντων αὐτῶν, Νῦν μέν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, καταγέλαστοι γεγόναμεν ἐγώ τε, γέρων ἀνήρ, καὶ ὑμεῖς. ἐροῦσι γὰρ οἵδε ἀπιόντες, ὡς οἰόμεθα ἡμεῖς ἀλλήλων φίλοι εἶναι — καὶ ἐμὲ γὰρ ἐν ὑμῖν τίθημι —, οὔπω δὲ ὅ τι ἐστὶν ὁ φίλος οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξευρεῖν.

ὅμως δ' ἔγωγε ἤδη —] Voc. δ' e Bodl. Flor. d. Vind. Coisl. Vat. Θ. Ven. Ξ. al. restituta.

Νῦν μέν, ἦν δ' ἐγώ] Sic libri optimi et plurimi loco vulg. *Νῦν δέ, ἦν δ' ἐγώ.*

spondet nostrum unzugänglich, quod item de hominibus dicitur, quibuscum difficile est agere. Hunc vocabuli usum Lexicographi nostri nondum notarunt.

ἡττηθέντες οὖν —] Post longiorem orationis intercapedinem *οὖν* de more ita infertur. v. Protagor. p. 341. B. Apol. p. 29. C. p. 40. D. Sympos. p. 201. D. al. Multa id genus collegit Hoogeven. Doctr. Part. p. 1010.

ἀπιόντων αὐτῶν] quum iamiam discedere vellent, quum discessum a nobis pararent. Mox Ficinus: In praesentia ridiculi ineptique evasisse videmur, tam ipse grandis natu, quam vos pueri. Unde Heusd. Spec. Crit. p. 128. legendum censet: *καὶ ὑμεῖς νέοι.* Elegans sane coniectura, quam vellem codices confirmassent. Nec tamen iis invitis quidquam mutaverim, quum vel ex opposito *γέρων ἀνήρ* sequatur, ut *ὑμεῖς* sit idem quod *ὑμεῖς νέοι.* Pronomen *οἵδε* positum *δεικτικῶς* accipiendum de iis, qui huic sermoni interfuerunt.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ.

PRAEFATIO AD HIPPIAM MAIOREM.

Hippias Eleus etsi pleraque omnia cum aliis sophistis aetatis suae communia habuit, tamen hoc sibi veluti proprium vindicat et peculiare, quod summam sapientiae laudem in maxima rerum, quas sciret, copia et varietate posuit. Complexus est enim omnem fere artium ac disciplinarum ambitum, ut Themistius Orat. XXIX. pag. 345. D. eum veluti σωρὸν quendam καὶ ἐσμὸν σοφίας tenuisse dicat, maximeque versatus est in iis studiis, quae cum elegantia et venustate arctissime coniuncta essent atque copulata. Nam apud Platonem quidem praeter artem rhetoricam et civilem, qua ipse magnopere gloriatur, etiam arithmeticam, geometriam, astronomiam, grammaticam et musicam novisse narratur *), adeoque tenuisse ea, quae non ingenii vi, sed manuum artificio exercerentur. Nec illud a verisimilitudine abhorret, quod narrant Philostratus, Suidas, aliique **), etiam picturae, statuariae, poësi eum operam dedisse, ut scilicet in omni genere artium versatus esse videretur. Quum vero nihil magis quam doctrinae et eruditionis

*) V. Protag. p. 315. B.

**) Vit. Sophist. p. 495 sq. Plat. Hipp. Min. init. cf. Suid. s. v. Themist. Orat. XXIX. p. 345. D. Dio Chrysostom. Orat. LXXI. init. Cicer. de Orat. III, 32. De eius scriptis v. Fabricii Biblioth. Gr. T. I. 813. et Geelius Act. Trai. Nov. T. II. p. 190 sq.

varietatem atque venustatem expeteret, factum est, ut hominem vere eruditum elegantemque existimaret prorsus dedecere haerere in singulis, neque unice veluti summa rerum intueri atque considerare *). Quocirca subtilitatem illam, quae omnia diligenter persequitur et exquirit, pusilli angustique animi esse iudicavit, qui ad universa contuenda nunquam evheretur; ideoque a Socratica veri exquirendi ratione omnino fuit alienus, unice rhetoricae illi deditus, quae splendidarum nugarum egregia erat adiutrix atque ministra **). Simillimus igitur Hippias videtur fuisse iis nostrorum hominum, qui accuratam subtilemque doctrinam, qua videlicet ipsi carent, alto supercilio despicientes nullum non literarum genus attingunt, ac protenus altos spiritus sumentes sese praeter ceteros in intima doctrinae penetralia pervenisse gloriantur, dum interim magnificas iactantes ampullas ac sesquipedalia verba miscent quadrata rotundis. Quod autem talis ingenii homines plerumque facere solent, ut etiam corporis habitu et ornatu quandam affectent dignitatem atque gravitatem, idem etiam Hippias fecit, siquidem Platoni fides habenda est ***). Studiose enim ille vestimentorum pariter atque calceamentorum elegantiam sectatus est, voluitque externa quoque corporis specie videri pulcher atque bellus, quo vel figurae suae adspectus, quali esset ingenio, unumquemque certiorem faceret.

Itaque singularis profecto hominis vanitas fuit, quae satis multam largiretur cavillandi ridendique materiam. Sed multo etiam magis ridicula eius persona exstitit eo, quod cum ista iactantia et vanitate †) coniuncta in eo fuit admirabilis quaedam fatuitas stolidaque arrogantia. Splendidus enim nugator dum nescio quam doctrinae copiam et ubertatem iactabat sublimesque ac dithyrambicas declamitabat sententias, quam recte vereque ea, quae in medium afferebat, dicerentur, minime curavit, definiendique diligentiam adeo non habuit cognitam, ut mentem a singularum rerum observatione vix ac ne vix quidem ad communia rerum genera posset attollere ††).

---

*) Hipp. mai. extr.

**) Ibid.

***) Hipp. mai. p. 291. A. Protag. p. 315. B.

†) Iactantiam hominis etiam Xenophon. adumbravit Memor. IV, 4.

††) Hipp. mai. part. prior.

Nihilominus autem eum aluit spiritum, ut sese rerum omnium praeter ceteros gnarum peritumque profiteretur, nec unquam moleste ferret, si confutatus ab aliis gravissimae inscitiae coargueretur. Nimirum tali superbia qui sunt inflati, praesertim ubi ingenio sunt obtusiore, non ita aegre ferunt, si vel acrius ab aliis punguntur. Consolantur enim acceptum dolorem magnitudinis et praestantiae suae conscientia, atque erroris convicti sese arbitrantur spatio ad deliberandum concesso verum ceteris omnibus melius fuisse perspecturos.

Hoc igitur quum esset sophistae celeberrimi ingenium atque hi mores, Plato, qui, quantum Socratica disserendi et docendi subtilitas ab istis ineptiis distaret, ipse usu cognoverat, faciendum putavit, ut stolidam hominis vanitatem et superbiam exagitaret acerbeque perstringeret. Quod quidem inter alia fecit in hoc sermone: in quo quod eum cum Socrate induxit de pulcro disputantem, est hoc argumentum ad Hippiae personam sane accommodatissimum. Nam, quum is semper et ubique elegantiam quandam doctrinae pariter atque vestitus prae se ferret, nihil sane potuit excogitari, quod ad ridendi sophistae consilium aptius esset. Accedit, quod Hippias apud Platonem ipse profitetur se pulcram orationem de artium studiis adolescentibus necessariis, quam ante aliquod tempus Lacedaemone *) scilicet habuerat, Athenis esse recitaturum, ut profecto non temere suspiceris philosophum in hoc sermone scribendo pulcram scilicet aliquam Hippiae declamationem ob oculos habuisse, ex eaque nonnihil nugarum in librum suum transtulisse, quo manifestior redderetur irrisio.

Est autem in hac scriptione petulans paene et proterva in Hippiam oratio, ita ut, si quis alius, Hippias certe omnium maxime a Platone castigatus dici queat. Tractatur enim locis compluribus paene subrustice et verbis increpatur gravissimis. Quae quidem irrisionis acerbitas nec mitigatur eo, quod Socrates, quae sophistae opponit, ea sese fingit alius cuiusdam nomine regerere, quum tamen, Hippia id ne suspicante quidem, ex sua ipsius mente et animo loquatur. Nimirum subtili hoc usus est artificio Plato, ut ne Socrati ipsi ea tri-

*) Habitus enim a sua civitate idoneus est gerendis negotiis publicis, ut saepius tum ad alias urbes tum Lacedaemonem legatus mitteretur. Et per hanc quidem opportunitatem doctrinam suam divenditabat. v. Hipp. mai. in.

buisse videretur, quae Hippiam deberent continuo vehementius exacerbare ideoque omnem tollerent colloquii verisimilitudinem. Haec enim una est atque vera causa, cur Plato putandus est ista ratione usus esse, in qua explicanda miramur sane, quod viri docti adeo se torserunt.

Quaerentibus autem nobis, quid tandem fuerit, cur philosophus Hippiam Elcum praeter ceteros tam acerbe perstrinxerit, etsi nulla in mentem venit probabilis eius rei illustrandae ratio, tamen nescio quomodo visum est clara sane iuvenilis cuiusdam protervitatis et petulantiae vestigia in hoc libro expressa exstare. Neque enim philosophum putamus aetate maturiore atque moderatiore de quoquam tam petulanter et acerbe scripsisse, ne de sophistis quidem: quorum perversas opiniones atque arrogantiam etsi in Republica quoque atque Legibus castigavit, tamen id longe alio modo atque in hoc libro ab eo institutum esse nemo paullo prudentior diffitebitur. Itaque vel ex hac re probabiliter colligi censemus librum hunc a Platone adolescente scriptum esse, eo quidem tempore, quo Socratis disciplinae adhuc deditus fuit.

Atque hanc coniecturam nostram etiam alia sunt quae non mediocriter confirment atque muniant. Nam primum quidem ipsa disserendi ratio, quae per hunc sermonem regnat, plane habet simplicitatem illam Socraticam, qua rerum notionibus subtilius pervestigandis gravissimi errores acute deteguntur. Deinde nulla dum idearum doctrinae, qualem postea temporis informavit philosophus, vestigia in hoc libro deprehenduntur, quod nos quidem secus futurum fuisse putamus, si quo tempore haec scripta sunt ipsi philosopho iam omnia ita explorata fuissent, uti postea. Denique ex iis, quae Socrates in medium affert, facile agnoscas germanae philosophiae Socraticae alumnum. Nam quae disputantur, ea quanquam negandum non est veluti stamina quaedam continere eius sententiae, quam Plato in aliis scriptis copiose illustravit, tamen e media vita desumta sunt, ut plane in vulgaribus de pulcro opinionibus examinandis contineantur, neque a Socratica ratione multum recedant.

Quum vero philosophus in hoc libro non tam id egerit, ut suam ipsius de pulcri natura sententiam patefaceret, quam ut inertiam et fatuitatem eius sophistae, qui in omni vita pulcritudinem et elegantiam maxime prae se ferebat, exagitaret atque demonstraret, tamen, ut par erat, non neglexit rectam rei rationem ali-

quo modo significare. Nam et illud ostendit, non in rebus individuis atque singulis quaerendam esse pulcri vim et naturam; et cognatas quasdam notiones ab eo distinxit ac secrevit, quae quidem ab sophistis dialecticae subtilitatis expertibus eo facilius poterant commisceri temereque confundi, quo latius apud Graecos τοῦ καλοῦ notio patebat; et pulcro cum decoro, bono ac iucundo aliquam intercedere necessitudinem haud obscure indicavit, quanquam ea quibus rebus contineretur minime explicavit, propterea quod non tam docendi quam reprehendendi ridendique consilium sequutus est.

Sed haec omnia quo facilius intelligatur quam vera sint, age totius libri argumentum brevi enarratione perlustremus: quo ipso illud simul consequemur, ut iis, qui eum lecturi sint, quasi filum aliquod tradidisse videamur, cuius ope amfractuosas disputationis ambages tutius perreptent atque ad exitum itineris certius perducantur.

Hippias igitur posteaquam in principio dialogi sophistarum artem sua aetate multum profecisse gloriatus est, quandoquidem iam et negotiis publicis fungantur, et scholis habendis faciant quaestum superiorum temporum sapientibus incognitum, lepide a Socrate interrogatur, num Lacedaemone etiam, ubi saepius sit commoratus, multum pecuniae confecerit. Negat sophista ita factum esse, quanquam per huius interrogationis opportunitatem sapientiam suam iactat impudentissime: Spartanos enim ait morum et institutorum pristinorum longe esse tenacissimos, neque adeo concedere, ut filii sui peregrinis artibus ac disciplinis erudiantur: qua in re eos multum a recta ratione deflectere haud quaquam negari posse. Roganti autem Socrati, de quibusnam potissimum rebus Spartani ipsum dicentem audiant lubentissime, respondet ille declamationes de astronomia, geometria, arithmetica, literis ac syllabis earumque numero et mensura iis minus probari, sed narrationes de rebus antiquitus gestis vel institutis, quas ipse videlicet propter ingentem memoriae vim optime teneat, placere vehementissime. Veruntamen nuper evenisse dicit, ut etiam in alio dicendi genere iis satisfecerit: habitam enim a se esse orationem de artibus ac disciplinis, in quas iuvenem incumbere deceat, verborum pariter atque sententiarum pulcritudine et venustate insignem. Hanc vero pollicetur una cum aliis sese propediem etiam Athenis in ludo Phidostrati cuiusdam esse habiturum. Quibus auditis Socrates, Peropportune, inquit, pulcrae istius orationis mentionem feci-

sti. Nuper enim ab homine quodam ignoto de pulcri vi et natura interrogatus, quum non perspicerem quid rei esset, in maximam consilii inopiam coniectus sum. Promittit igitur ei Hippias sese rem ita velle explicare, ut omnis videri debeat sublata esse ambigendi dubitandique causa et opportunitas *). Quo facto Socrates hanc sibi ab eo expetit veniam, ut ignoti illius hominis personam agere liceat, ideoque etiam dubitationes in medium afferre, quas probabile sit ab illo rem communiter exquirenti in medium allatum iri. Atque his ita constitutis ipsa suscipitur de pulcro disputatio **).

Petit autem Socrates ante omnia ab Hippia, ut sibi pulcri vim et naturam patefaciat. Sed hic sophista responsione sua statim aperte prodit ignorare se, quid discriminis inter ipsam pulcritudinem atque res individuas, quae pulcrae vocantur, intercedat, adeoque omni definiendarum notionum scientia et facultate carere. Respondet enim primum quidem satis ridicule, pulcram puellam esse pulcrum. Nimirum hoc ex arte statuaria, quam tractabat, videri potest repetiisse. Itaque Socrates, incogniti illius hominis partibus susceptis, contra haec ait moneri posse etiam pulcram equam, pulcram lyram, pulcram ollam, alia plurima, pulcra videri. Etenim haec omnia ad alias res comparata, nec propter se ipsa, pulcra haberi atque dici solere, eamque ob causam etiam pulcram puellam ad deam collatam fortasse turpem iudicatum iri. Nec vero isto modo omnem pulcritudinis vim declaratam esse monet, quippe quae ita sit comparata, ut quaecunque pulcra dicantur, ea per illam pulcra evasisse iudicari oporteat ***).

Hic vero sophista continuo sibi aliquid animadvertisse videtur. Vix enim audivit ipsum pulcrum indicandum esse tale, quo pulcra omnia efficiantur, quum respondet aurum esse illud, quod pulcrum dicatur; inaurata enim omnia esse pulcherrima. Perridiculum hoc hominis responsum Socrates rursus susceptis incogniti illius disputatoris partibus ita exagitat ac refellit, ut etiam eburnea, lapidea, lignea, alia, pulcra iudicari ostendat, siquidem iis rebus, in quibus reperiantur, prudenter sciteque accommodata sint. Neque habet Hippias,

---

*) Init. usque ad p. 286. E.

**) P. 287. A. — D.

***) P. 287. E. — 289. C.

huic sententiae quid opponat. Itaque aliam continuo proferens rei definitionem pulcrum in eo positum arbitratur, ut quis fruatur prospera valetudine, opibus ac divitiis abundet, omnibus afficiatur honoribus, parentibus honorifice sepultis ipse ad beatam perveniat senectutem, denique mortuus a filiis pie et magnifice sepeliatur. Quibus auditis Socrates quum urbana cum irrisione fateatur hanc orationem sane splendidam videri atque sublimem, tamen eam ipsam iudicat ab illo disputatore misere vexatum iri. Neque enim hanc pulcri definitionem satis late patere aut in omnes convenire: ex quo consequi certissime, ut ipsius pulcritudinis natura nondum patefacta esse iudicari debeat *).

Apparet igitur ex his clarissime sophistam in rebus singulis atque sub sensus subiectis subsistentem ad informandas generaliores notiones non assuefactum esse omnisque definiendi sollertiae expertem. Itaque Socrates posteaquam absurdas eius ridiculasque opiniones confutavit, ipse in se suscipit totius disputationis veluti moderamen, variasque pulcri proponit definitiones, quas tamen a sophista assensu suo comprobatas deinde rursus vexat et incertas reddit, donec hic rei fastidio occupatus sermonem non sine vana sapientiae suae iactantia abrumpit et in medio relinquit. Qua ex re satis certo colligitur Platonem praeter Hippiae irrisionem etiam aliud quid in hoc libro scribendo spectavisse. Etenim ostendere philosophus haud dubie illud quoque voluit, qua via ad meliorem pulcritudinis notitiam comparandam esset incedendum, et quaenam notiones vel secernendae vel respiciendae essent, si quis in ea re explicanda vellet cum fructu elaborare. Fecit autem hoc eo modo, ut Socratis hac de re placitis usus esse videatur: quanquam fortasse etiam alios Socraticos ob oculos habuit. Sed redeamus ad dialogi enarrationem, in qua quidquid e Socratico fonte haustum videtur suo loco notabimus.

Itaque Socrates, acerbissime explosa Hippiae inertia, quam tamen cum urbana quadam et faceta dissimulatione etiam sibi ipsi attribuit, hominem illum incognitum narrat subinde misericordia commotum suam consilii inopiam ita levare, ut sibi significet ac veluti suggerat, quid sit respondendum. Huius igitur morem se iam imitari velle

*) P. 289. D. — 293. D.

dicit, atque eius nomine definitionis alicuius periculum facere. Nec renuit Hippias, qui se isto modo magna molestia liberatum iri confidat. Itaque Socrates eum videre iubet et considerare, num forte illud, quod τὸ πρέπον dicatur, habeaturque alicui rei aptum et commodum, pro pulcro ducendum sit. Hoc protenus ille assensu suo amplectitur, fateturque sibi iam pulcrum illo uno videri contineri, quod sit ad aliud quid aptum commodeque comparatum. Sed vix hoc ita pronuntiavit, quum Socrates hanc sententiam rursus convellere conatur. Utitur autem hanc in rem hac fere argumentatione. Quod τὸ πρέπον vocamus, inquit, id vel videtur pulcrum, vel revera est. Iam si speciem tantummodo pulcritudinis habet, neutiquam ipsum pulcrum est, de quo anquirimus, sed nihil nisi fallacem eius veluti umbram atque imaginem exhibet. Quodsi autem illud rebus pulcritudinis et veritatem et speciem simul conciliare ponimus, huic sententiae illud mirifice adversatur, quod quae revera sunt pulcra saepenumero aliter comparata videntur. Huc accedit, quod veritas cum externa specie eaque inani nullo modo coniuncta esse potest. Ex quibus omnibus efficitur, ut τὸ πρέπον non possit pro ipso pulcro haberi *).

Nimirum facile apparet Socratem arguta, quae verbo φαίνεσθαι inest, dilogia interlocutorem in fraudem inducere. Quod quum et apparendi habeat vim ac significationem et de inani specie dicatur, sophista varium eius usum minime distinguens nullo negotio sibi persuaderi patitur externam τοῦ πρέποντος speciem non posse cum ipsa pulcri vi et natura conciliari. Itaque ex hoc ipso loco suspicari licet Platonem in hac sententia redarguenda non ita serio elaboravisse, adeoque suam ipsius sententiam isto modo prodidisse. Atque id ipsum etiam exinde colligimus, quod tertiam sententiae illius rationem, qua pulcrum in τῷ πρέποντι contineri sumi poterat, omnino non tetigit, sed prudenti silentio transmisit. conf. Phileb. p. 64. E.

His explicatis ubi Socrates videt sophistam non habere quomodo illam sententiam tueatur, pulcritudinem contineri vult in utilitate, quandoquidem id, quod aliquem usum habeat afferatque utilitatem, vulgo pro pulcro haberi soleat **). Utile autem illud dicit esse, cui insit

*) P. 293. D. — 294. E.

**) P. 295. A. — E.

vis aliquid efficiendi; hac enim quidquid careat, id esse prorsus inutile. Quoniam autem homines ista vi efficiendi, qua polleant, saepenumero ad mala abutantur, apparere arbitratur ita demum eam pulcram fore, si ad bonum convertatur. Itaque illud demum dicit recte pro pulcro habitum iri, quod et utile sit, et boni quid efficiat, eamque ob causam etiam sapientiam, leges, instituta, in rebus pulcris numerari *). Sed ne hanc quidem sententiam veram esse stupenti sophistae hac fere argumentatione demonstrat. Ex iis, quae disputavimus, inquit, sponte consequitur utile boni causam esse ac veluti fontem. Itaque utile atque pulcrum si est unum idemque, pulcrum necesse est boni causa ducatur. Causam autem atque effectum nemo negabit inter se differre. Ex quo perspicuum est nec pulcrum pro bono nec bonum pro pulcro haberi licere. Quod posteaquam Hippias rursus amplexus est, nihilominus ille tanquam certissimum tenendum arbitratur intimam esse boni atque pulcri necessitudinem. Quibus ita positis magnam sane fatetur esse hanc dubitationem, in quam nunc inciderint, quandoquidem quum arctissimam esse sentiant pulcri et boni coniunctionem, tamen alterum ab altero diversum esse statuerint **).

Ne hic quidem Platonem putamus eam, quam Socrates proposuit, sententiam serio impugnavisse. Nam Socratem novimus pulcrum voluisse utili contineri: id quod Xenophon Memor. III, 8, §. 4 sqq. et IV, 6, 9. certissime testatur. Iam vero eidem bonum quoque visum est ad utilitatem esse referendum, de qua re idem Xenophon exponit Mem. III, 8, 2 — 8. IV, 6, 8, 9. Ex quo liquidum est, cur ille necessario etiam inter pulcrum atque bonum maximam intercedere necessitudinem statuere coactus fuerit. Quocirca plane Socratica sententia est, quam Plato hic Socratem fecit primum explicantem, deinde argutis conclusiunculis impugnantem. Nec veri dissimile putamus ipsum Platonem, quo tempore haec scripsit, eandem prorsus comprobavisse. Nam in Gorgia quidem, quem librum certum est non ita multo post Socratis mortem literis consignatum esse, p. 474. A. sqq. haud cunctanter affirmavit, quaecunque pulcra sint, ea pro pulcris haberi vel propter volupta-

*) P. 296. A. — D.
**) P. 296. E. — 297. E.

tem, quam afferant, vel propter utilitatem, vel propter utrumque; boni autem atque pulcri summam esse intimamque necessitudinem etiam Lysid. p. 216. C. sq. Alcibiad. I. p. 115 sq. docuit, eamque sententiam postea subtilius persecutus est Phileb. p. 64 sq. Nimirum postea temporis philosophus etiam pulcri naturam ab ideis repetendam esse statuit *). Nemo est autem quin sponte animadvertat vel Graecorum illud καλὸν κἀγαθὸν Socratem Platonemque in eam deducere potuisse sententiam, ut alterum ab altero nullo pacto divellendum ac segregandum esse arbitrarentur. Sed hoc utcunque se habet, illud quidem pro certo et explorato habemus, non serio, sed vexandi ridendique sophistae gratia gravissimam illam sententiam a Socrate in dubitationem vocari, ideoque iis conclusiunculis labefactari, quas quilibet paullo attentior facile intelligat non ad fidem faciendam, sed ad lusum iocumque esse comparatas.

Denuo igitur in summam dubitationem coniectus Hippias, ne iam diutius desipere videatur, spatium deliberandi postulat, quo sibi concesso gloriatur omnia se ita enucleaturum, nihil ut difficultatis amplius remaneat. Verum Socrates ne nunc quidem superbum homuncionem dimittens ei continuo aliam proponit pulcri definitionem, quae tanto magis eum poterat allicere et paene placare, quod sophistae omnia ad sensum voluptatemque referebant. Arbitratur enim pulcrum nihil aliud esse nisi iucundum, quod visu audituque percipiatur. Quippe pulcra simulacra, toreumata, tabulas, adeoque pulcros sonorum concentus, pulcras orationes, pulcra carmina his solis sensibus ait percipi atque sentiri. Sed vix ea de re tulit Hippiae assensum, quum hanc quoque definitionem reprehendere instituit tanquam nimis angustam. Monet enim etiam pulcra consilia, pulcra studia, pulcra instituta reperiri, quae dubium sit, an sub visum auditumve cadere iudicari debeant. Praeterea contendit etiam multa alia iucunda esse, quae minime percipiantur visu audituve, sed aliis sensibus propria sint. Quod si igitur pulcrum dicatur in iucundo contineri, haudquaquam apparere, cur tandem illud ad unum visum et auditum referatur, quum etiam ceteri sensus suas ha-

*) Platonis sententiam, ipsum pulcrum nihil aliud quam bonum ipsum esse statuentis, teste Clemente Alexandr. Strom. V. p. 705. ed. Pott. peculiari scriptione illustraverat Antipater.

beant iucunditates. Veruntamen huic ipsi sententiae aliquid officere admonet. Etenim neminem fore arbitratur, qui edere, olfacere, venerea voluptate frui, pulcrum malit dicere quam iucundum. Iam si pulcrum, inquit, iucundo visu et auditu percipiendo inesse statuimus, ceterorum sensuum iucunditates pulcritudinis communione exclusae erunt. Sed quum iucundum a iucundo natura sua non possit esse diversum, illud, quod visu et auditu comprehenditur, non propter iucunditatem pulcrum efficere iudicandum erit, sed propter aliam quamcunque causam. Praeterea quoniam res sub visum et auditum subiectae inter se differunt, nec id, quod oculis cernitur, simul auribus quoque percipitur, necesse est commune quiddam reperiatur, ob quod rebus visu et auditu percipiendis pulcritudo attribuenda videatur. Hoc autem in iucunditate nullo pacto inesse potest: quae si pulcritudinem efficeret, etiam ceterorum sensuum iucunditates eandem essent habiturae. Relinquitur ergo, ut dicendum sit iucundum, quod oculis et auribus percipitur, ideo esse pulcrum, quia quae his sensibus afferuntur iucunditates atque voluptates minime noxiae atque longe utilissimae sint. Ex quo efficitur pulcrum contineri utili et innoxia voluptate *). Subtilissima haec disputatio Hippiae rursus plane probatur. Quod ubi animadvertit Socrates, in ea nihil veri inesse protenus evincere conatur. Nam utile quoniam apparuerit esse boni causam, causa autem ab effectu differat plurimum; eandem iam dubitationem ait oboriri, in quam inciderint antea. Neque enim bono pulcrum contineri neque vicissim pulcro bonum, sed alterum ab altero esse diversum **).

Et cavillatio quidem haec, quam postremo memoravimus, quam nullam vim habeat, facile ex iis, quae paullo ante exposuimus, intelligitur. Quocirca ne hic quidem nulla exstant verae Platonis sententiae vestigia; quae qualis fuerit, non tantum e Gorgia p. 475. A., sed planius etiam e Philebo p. 51 sqq. perspicitur, quo loco copiose de pulcri et voluptatis necessitudine disseritur, simulque etiam illud explicatur, cur visus et auditus pro sensibus divinioribus sint habendi. Quanquam illud diligenter animadvertendum est, in Philebi loco de rebus in

*) P. 298. A. — 303. D.
**) P. 303. E.

se spectatis sive de earum aeternis immutabilibusque formis sermonem agitari, in Hippia autem disputari de pulcritudine, quae in rebus ipsis sub sensus subiectis expressa cernitur.

Iam singulis excussis locum de pulcro apparet in hoc libro ita tractari, ut licet nihil certi poni videatur adeoque omnia in controversiam vocari, tamen de re ipsa quid statuendum sit, haud ita obscure significetur. Nam ego si quid iudicare possum, hoc subtiliter ostendit Socrates Platonicus, aut, si ita mavis, Plato Socraticus, primum quidem pulcritudinis notionem non esse confundendam cum rebus individuis atque singulis, quae pulcrae dicantur; deinde notionem illam quaerendam videri in decore quodam rerum atque coniunctione vel cum bonitate vel cum iucunditate et suavitate. Qua quidem definitione, licet verissime observaverit Aristoteles Top. I, 13. τὸ καλὸν esse aequivocum sive ὁμώνυμον, tamen non potest negari omnia fere comprehendi, quae more loquendi Graecorum vocabulo illo significabantur, ita ut et pulcrum, quod in corporibus cernitur, et illud, quod inest in vita publica et privata, et generosum atque honestum in animis conspicuum complectatur. Et profecto plane Socraticam dixeris hanc finitionem, quandoquidem unice eo pertinet, ut rei notio investigetur certiusque constituatur. Longius postea progressus est philosophus, quandoquidem doctrina idearum inventa et perfecta pulcritudinem in eo statuit esse, ut veri et boni ideae perfecta quadam specie expressae cernerentur. Sed de his quoniam nunc non est dicendi locus, sufficiet demonstravisse, quid sit, quod in hoc libro exquiratur, et quas ob causas eum a Platone adolescente scriptum esse suspicemur. Qua de re si qui scire cupiant, quam multo aliter alii statuerint, eos adire iubemus Schleiermacherum Introd. in Hipp. Mai. II. P. 3. p. 399 sqq. s. p. 405 sqq. edit. sec., Astium De Vita et Scriptis Platon. p. 460 sq., Socherum De Scritis Platonis p. 211 sqq. Ceterum disputationis in Hippia maiore agitatae Diogen. Laërt. III, 89. rationem habuisse videtur. Sed his explicatis tempus est reliquam libri partem exponere.

Itaque postrema definitione rursus a Socrate labefactata, Hippias sese iam sentiens denuo laqueis dialecticis constrictum ad suam redit iactantiam et magniloquentiam. Ista quidem, inquit, quae tu in medium attulisti, hominis sunt minuti et angusti: sunt enim nonnisi fru-

stula quaedam totius eruditionis; sed viri vere sapientis et eruditi est cuncta atque universa uno quasi mentis obtutu posse contueri. Quippe illud demum est pulcrum quiddam atque magnum, ut quis in iudicio, in senatu, denique in omnibus conventibus publicis ita possit dicere, ut audientibus quaecunque velit penitus persuadeat, qua una arte maxime tum nostram ipsorum tum amicorum salutem tueri valemus. Itaque tu, o Socrate, missis istis nugis futilibus tandem aliquando sapere aude et ad maiora haec et augustiora enitere! Quibus auditis Socrates egregia cum urbanitate beatum praedicat tantae sapientiae et eruditionis virum. Sibi autem singulari quodam fato narrat accidere, ut istam suam tenens disserendi rationem sapientibus displiceat; sectans vero pulcrarum ornatarumque orationum laudem quum ab aliis, tum ab homine illo, Hippiae ignoto, sibi autem coniunctissimo, maxime vituperetur et reprehendatur, qua reprehensione rursus effici, ut sibi turpe videatur, quid pulcrum sit ignorantem orationum pulcritudinem crepare semperque in ore habere. Denique profitetur se vel ex hoc colloquio cum Hippia instituto maxime intellexisse, quam vere dicatur in proverbio: *χαλεπὰ τὰ καλά.*

Ita igitur hic sermo urbanissima sophistae irrisione absolvitur.

CODICUM ELENCHUS.

Cois. *Γ.* Vat. *Θ.* Ven. *ΞΣΥ.* Paris. BCEF. Angel. v. Palat. b. Urb. l. Vat. r. Vindob. 1. 2. Flor. a. b. c. x. Ex his Angel. et Flor. x. plerumque consentiunt. Parisino E. etiam in hoc libro castigando Stephanus usus videtur.

Commentatus in hunc dialogum est Heindorfius Dialogg. Plat. Select. T. I. Berol. 1802. 8. ed. II. a Buttmanno Ibid. 1827.

ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός, ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν 281
κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.

P. 281. *Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός*] Nominativum in eiusmodi locis dicunt positum esse pro vocativo. Parum accurate. Verissime Hermannus Annal. Litter. Lipss. a. 1807. n. 91. p. 1262. tales nominativos arbitratur per appositionem, quam vocant, obliquam explicari oportere, cuius ratio atque causa in eo cernatur, quod persona, quae compelletur, non subiective, ut ita dicam, sed obiective spectetur. Habet autem hic usus vel ibi locum, ubi vocativus revera praecessit, ut Protagor. p. 337. C. *ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες*, vel ita, ut e verbi sequentis persona idem casus intelligendus relinquatur. Quod quidem in hunc locum convenit, quem apparet ita explicandum esse: *ὦ σύ, ὃς εἶ Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός.* — *Καλὸς* etsi vulgare fuit Atticae urbanitatis blandimentum, ut praeter Heindorfium ad h. l. docuerunt Boissonad. ad Philostrat. p. 306. Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. XVI. Dorvill. ad Chariton. p. 23., tamen fieri potest, ut simul ad Hippiae ornatum, de quo legas p 291. A. Hipp. Min. p. 368. B. et vero etiam ad disputationem de pulcritudine deinde instituendam respiciatur. In qua ambiguitate nemo erit quin lusum quendam agnoscat haud sane inficetum aut inelegantem, quum ita Hippiae vanitas statim a principio sermonis arguatur. — *ὡς διὰ χρόνου*, quam longum post temporis intervallum, ut Arist. Vesp. 1251. 1471. Eurip. El. 504. al. Nam *διὰ χρόνου* est interiecto tempore, monente Hermanno ad Viger. p. 856. — *κατῆρας* non est simpliciter venisti, sed potius devenisti. Ad eundem modum Protagor. p. 316. C. *ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ κατιόντα εἰς πόλεις μεγάλας — χρὴ εὐλαβεῖσθαι.* De usu verbi *καταίρειν* explicarunt Hemsterh. ad Lucian. Iudic. Vocal. p. 83. Ruhnk. ad Tim. p. 152. — Pro *εἰς τὰς Ἀθήνας* Thom. Mag. p. 14. Gregor. Corinth. p. 165 sq. alii magis Attice dici arbitrantur *Ἀθήναζε*. In quo nobis falli videntur, nisi forte id voluerunt pro magis

III. Οὐ γὰρ σχολή, ὦ Σώκρατες. ἡ γὰρ Ἦλις ὅταν τι δέηται διαπράξασθαι πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ἐπὶ πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν αἱρουμένη πρεσβευτήν, ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώ-
B *τατον εἶναι τῶν λόγων, οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέγωνται. πολλάκις μὲν οὖν καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα· πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. διὸ δή, ὃ σὺ ἐρωτᾷς, οὐ θαμίζω εἰς τούσδε τοὺς τόπους.*

ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ἔστι τὸ τῇ

P. 281. B. *πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλ.*] καὶ ante περὶ om. Stephan. cum uno Paris. E., quo in hoc quoque libro recensendo usus est.

ὃ σὺ ἐρωτᾷς] Steph. cum Par. E. ὃ καὶ σὺ ἐρ. Angel. omisso

Attico haberi, quod altero frequentius usurparetur. Etenim praepositio cum accusativo nominis iuncta suum sibi locum vindicat, ubi urbs cum maiore quadam vi et gravitate commemoratur. Etsi igitur Ἀθήναζε fatendum est multo frequentius reperiri, tamen alterum certe non minus Atticum habendum est. Cum toto hoc loco comparamus Xenoph. Memor. IV, 4, 5. *διὰ χρόνου γὰρ ἀφικόμενος ὁ Ἱππίας Ἀθήναζε παρεγένετο τῷ Σωκράτει*, unde suspicari licet hunc Platonis sermonem eodem fere tempore habitum fingi, quo colloquium Socratis cum Hippia apud Xenophontem institutum esse narratur.

ἡ γὰρ Ἦλις] Quae Hippiae patria fuit.

B. *παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέγωνται*] Nusquam legas ὁ ἕκαστος ἀνήρ, ἡ ἑκάστη πόλις, τὸ ἕκαστον βιβλίον, ut frustra sint qui articulum narrant etiam ante ἕκαστος poni solere. Quum enim hoc pronomen natura sua illum aspernari videretur, quippe quod per se iam satis esset definitum, Graeci ne tum quidem eum ita adhibuerunt, quum nomen et pronomen in unam notionem esset coniungendum. Quocirca duplex tantum iis probata est loquendi forma: dixerunt enim vel ἕκαστος ὁ ἄνθρωπος, vel ὁ ἄνθρωπος ἕκαστος, sed non sine aliquo discrimine. Nam ἕκαστος ubi nomini et articulo praemittitur, dubium non est, quin substantivum explicandum sit per appositionem, licet pronomen ei genere et numero accommodatum sit. Veluti ἕκαστα τὰ ζῶα est: iegliches, was Thier ist. Atque ita intelligenda sunt haec: Phaedr. p. 742. E. Protag. p. 315. A. De Rep. I. p. 338. E. p. 346. E. V. p. 461. A. X. p. 601. A. Parmenid. p. 134. A. Euthydem. p. 307. A. Cratyl. p. 424. E. Apol. Socr. p. 39. A. Phileb. p. 32. al. Longe alia ratio eorum locorum est, in quibus ἕκαστος nomini et articulo postpositum legitur: ibi enim vim nanciscitur praedicati, quod quia pertinet etiam ad verbum, saepenumero non multum re-

ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. σὺ γὰρ καὶ ἰδίᾳ ἱκανὸς εἶ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις, καὶ αὖ δημοσίᾳ τὴν σαυτοῦ πόλιν ἱκανὸς εὐεργετεῖν, ὥσπερ C
χρὴ τὸν μέλλοντα μὴ καταφρονήσεσθαι, ἀλλ' εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀτάρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν καὶ ἔτι τῶν ὕστερον μέχρι Ἀναξαγόρου, ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων;

ὦ exhibet καὶ σύ. Flor. x. ἢ καὶ οὐ ἐρ.

C. *μέχρι Ἀναξαγόρου*] V. *μέχρις*, quod pauci libri eo loco tuentur. Non dubitandum, quin Plato ubique *μέχρι* scripserit.

fert, utrum casu suo ad nomen referatur, an adverbio *ἑκάστοτε* exprimatur: quanquam hoc ubi fit, fatendum est solius verbi notionem accuratius definiri, nominis nullam haberi rationem. Itaque hunc locum sic interpretamur: iudicem me existimans et nuntium maxime idoneum eorum, quae a civitatibus proponantur ita ut singulae sive unaquaeque id faciant. Quod vides non multum discrepare ab *ἑκάστοτε λέγονται*. De Rep. I. p. 339. C. *πότερον δὲ ἐναμάρτητοί εἰσιν οἱ ἔρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις;* Phaedr. p. 248. E. *εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων.* Animadvertas autem Sophistae magniloquentiam et arrogantiam, quam Plato per totum hunc sermonem facete risit ac perstrinxit.

πλεῖστα δὲ καὶ περὶ πλ.] h. e. saepissime, sicuti etiam *πολλὰ* positum legitur Eurip. Alcest. v. 189. *πολλὰ ἐπεστράφη.* Plat. Phaedon. p. 61. C. *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί,* ubi plura adscripsimus. — *Θαμίζειν*, quod interprete Eustathio ad Odyss. p. 321. 2. ed. Rom. est *ἔργῳ τινὶ συχνάκις παρεῖναι*, hoc loco est ventitare, frequentare, ut Reipubl. I. p. 328. C. Iliad. XVIII. v. 386. et 425. al.

C. *Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος*] Appositio more loquendi non ita raro pronomini relativo accommodata, ut Reip. III. p. 402. C. VII. p. 533. C. Apolog. p. 41. A. Phaedon. p. 66. E. ubi v. ann. Deinde *οἱ ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν* num cum Heindorfio de uno Thalete intelligendum sit, propterea vehementer dubitamus, quod quae exempla ad hunc loquendi usum demonstrandum afferuntur, ea omnia e posterioris aetatis scriptoribus petita sunt: nam quae e Thucydide, Platone, Xenophonte, aliis allata videmus, ea aliam requirunt interpretationem atque viris doctis placuit. Et hoc quidem loco quid tandem causae esse dicamus, cur scriptor a simplici nomine transierit ad istius formulae usum? nisi forte temere ineptam

III. Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γε ἢ ἀδύ-
D νατοι ἦσαν καὶ οὐχ ἱκανοὶ ἐξικνεῖσθαι φρονήσει ἑπ', ἀμφότερα, τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πρὸς Διός, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασι καὶ εἰσὶ παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ παλαιοὶ φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν συφιστῶν τέχνην ἐπιδεδωκέναι φῶμεν καὶ εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν φαύλους πρὸς ὑμᾶς;

III. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ Βίας ἀνα-
282 βιῴη, γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ τὸν Δαίδαλόν φασιν οἱ ἀνδριαντοποιοί, νῦν εἰ γενόμενος

D. τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τ.] Istud τὴν ante τῶν illatum Bekkerus cum Ven. Ξ et pr. Ξ delevit. Sed vide quae infra notavimus.

P. 282 εἴωθα μέντοι ἔγωγε] Post μέντοι quod vulgo intrusum erat γε, cum Ven. ΣΥ. Vat. r. Angel. Vind. 2. Flor. x. delevimus praeeunte Bekkero.

sermonis varietatem sectatus est. Sed ne longi simus, Pittacum et Biantem simpliciter nomine proprio appellat, quia hi nullius exstiterunt disciplinae aut familiae principes; Thaletem autem illo modo designat, ut simul de iis cogitetur, qui eius rationem et doctrinam sequuti sunt, hoc est de philosophis Ionicis. In eandem sententiam etiam A. Matthiae Gr. ampl. §. 583. p. 1160. disputavisse video. — Post ὅτι propter longiorem orationis intercapedinem ante ἢ πάντες denuo infertur ὡς, quem usum loquendi praeter Heindorfium ad h. l. illustrarunt intpp. ad Xenoph. Cyrop. V, 3, 29. — Denique de re ipsa ne quis in errorem inducatur, prudenter Heindorf. monuit haec neutiquam ex re et veritate a Socrate ita dici, quandoquidem omnes ii, qui ab eo memorantur, vel maxime propter rerum civilium scientiam et administrationem sapientes et habiti et vocati sunt, sed comparata esse potius ad provocandam hominis vanissimi ambitionem et arrogantiam, qui omnia, quamvis falsissima, cupide arripit et in suam ipsius laudem interpretatur.

Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γε —] Postquam praecesserunt haec: τί ποτε τὸ αἴτιον, non absurde exspectes, ἢ ὅτι ἀδύνατοι. Sed nulla opus mutatione. Euthyd. p. 287. E. τί οὖν ἄρτι ἤρου ὅ τί μοι νοεῖ τὸ ῥῆμα; Τί ἄλλο γε, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν, ubi v. Heindorf. Aristoph. Eccles. 395. ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμ' ἦν, ὅτι τοσοῦτον χυῆμ' ὄχλου οὕτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη; Chr. τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι περὶ σωτηρίας γνώμας καθεῖναι τῆς πόλεως; Ibid. 769, al.

D. τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν

τοιαῦτ' ἐργάζοιτο, οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι.

III. Ἔστι μὲν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὕτως, ὡς σὺ λέγεις· εἰωθα μέντοι ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν, εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων.

ΣΩ. Καλῶς γε σύ, ὦ Ἱππία, νομίζων τε καὶ B *διανοούμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς. συμμαρτυρῆσαι δέ σοι ἔχω, ὅτι ἀληθῆ λέγεις, καὶ τῷ ὄντι ὑμῶν ἐπιδέδωκεν ἡ τέχνη πρὸς τὸ καὶ τὰ δημόσια πράττειν δύνασθαι μετὰ τῶν ἰδίων. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο δημοσίᾳ οἰκόθεν πρεσβεύων,*

B. *τομίζων τε καὶ διαν.*] Vat. Θ. r. Par. BCE. Ang. Flor. a. b. c. x. Vind. 1. Pal. Urb. *ὀνομάζων τε*, quae lectio inde orta, quod utriusque verbi discrimen non perspectum est. Dein vulgo: *ὡς ἔμοιγε δοκεῖς*, quod e Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. et reliquis praeter Ven. Ξ omnibus mutatum est.

σοφιστῶν τέχνην] h. e. *τὴν ὑμετέραν, ἥ ἐστι τῶν σοφιστῶν, τέχνη*, cuius generis exempla plurima attuli ad Remp. IX. p. 590. A. Mox *Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις* recte censuit Heindorf. non esse interpunctione divellendum. Gorg. p. 450. D. *πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις.* Phaedon. p. 82. A. *πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις.* Menon. p. 76. C. *πάνυ μὲν οὖν χάριεσαι.* Phileb. p. 41. A. *πάνυ μὲν οὖν ἀδύναντόν, ὦ Σ., εἴρηκας.* Legg. I. p. 643. A. *πάνυ μὲν οὖν δρῶμεν ταῦτα.* Et sic centenis locis apud Platonem.

P. 282. *γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς*] ad vos comparatus. — *τοὔνομ' ἔσχε*, gloriam illam suam adeptus est. Ex quo intelligitur, quae sit articuli vis et significatio. Mox nolim equidem corrigere *πρότερόν τε καὶ μᾶλλον*, quum *προτέρους* vel subsequente *μᾶλλον* satis commode dicatur.

B. *Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λ.*] Gorgiae legatio quum teste Diodoro Sic. XII, 58. archonte Euclide facta sit, incidit in Olymp. LXXXVIII, 2. = 427. a. Chr. n., quo tempore sophista annos habuit fere sexaginta, siquidem Clintoni Chronolog. p. 69. ed. Krüg. fides habenda est. De honore ipsi Athenis habito nonnulla exposuimus ad Gorg. p. 447. A. Illud *τε* ante *γὰρ οὗτος* nihil habet in sequentibus quod ei respondeat. Quippe sermonis tenore paullulum immutato scriptor deinde pergit: *εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος κ. τ. λ.*, quum accuratius sic esset dicendum: *καὶ δὴ καὶ ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος κ. τ. λ.* Sed nimirum pro *καὶ* deinde *εἰ δὲ βούλει* infertur, propterea quod haec formula haud raro inservit transitionibus, ut propemodum idem sit quod porro, iam vero, veluti infra p. 295. D. Protag. p. 320. A.

ὡς ἱκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα
C πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως· εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τὰ τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω λέγων τ' ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ τοῖς νέοις συνὼν χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις
D ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σοφίας· οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκάτερος πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασται ἢ ἄλλος δη-

D. πλέον ἀργύριον] V. ἀργυρίου, quod e Flor. x. Angel. et pr. Σ. correctum.

E. καὶ πολὺ νεώτερος ὤν] καὶ om. Ang. Flor. x. probante Buttmanno.

Phaedr. p. 230. B. Sympos. p. 220. D. Nec vero rarum est illud τέ, cui deinde subiungitur aliquid, quod non tam ad grammaticam rationem, quam ad sensum eo referatur. Phaedon. p. 63. C. νῦν δὲ εὖ ἴστε, ὅτι παρ' ἀνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, ubi sequi debebat καὶ δὴ καὶ παρὰ θεούς κ. τ. λ. De Rep. VII. p. 522. B. VIII. p. 568. E. Phaedr. p. 265. D., ubi post εἰς μίαν τε ἰδέαν — ἄγειν dein dicitur τὸ δὲ ἕτερον γένος κ. τ. λ.

C. ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος] Etiam Charm. p. 163. D. Protagor. p. 341. A. Gratyl. p. 384. C. Menon. p. 96. D. Socrates Prodicum ut familiarem atque adeo magistrum suum memorat. — οὗτος, ut paulo ante in verbis Γοργίας οὗτος, indicat notum aliquem, de quo loquendi genere conf. Menon. p. 76. A. p. 80. A. Phaedon. p. 69. C. ibique ann. Zeunius ad Xenoph. Anab. I, 5, 8. Prorsus eodem modo hic ab Latinis scriptoribus frequentari docuit Bentleius ad Terent. Adelph. V, 8, 23.

D. τούτων δ' ἑκάτερος—] De mercede veterum sophistarum nota sunt quae commentatus est Fr. A. Wolfius Miscell. Litt. p. 42 sqq. Idem argumentum breviter perstrinxit Boeckh. Oecon. Athen. T. I. p. 133 sqq. conf. Welcker. Mus. Philol. Rhen. a. 1832. P. I. p. 22 sqq. inprimis p. 26 sq. Protagoras autem quod hoc loco dicitur ἔτι πρότερος τούτων arte sophistica quaestum factitasse, cave exinde colligas fuisse eum item aetate Gorgia maiorem. Quippe primus fuit, qui a discipulis in-

μιουργὸς ἀφ' ἥστινος τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας.

III. Οὐδὲν γάρ, ὦ Σώκρατες, οἶσθα τῶν καλῶν περὶ τοῦτο. εἰ γὰρ εἰδείης, ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγώ, θαυμάσαις ἄν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος καὶ εὐδοκιμοῦντος καὶ πρεσβυτέρου ὄντος καὶ πολὺ νεώτερος ὢν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην, καὶ ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ, Ἰνυκοῦ, πλέον ἢ εἴκοσι μνᾶς. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα, ὥστε ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας θαυμάζειν τε καὶ ἐκπεπλῆχθαι. καὶ σχεδόν τι οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σύνδυο οὕστινας βούλει τῶν σοφιστῶν. E

σμικροῦ, Ἰνυκοῦ] Ἰνικοῦ Ven. ΣΥ. Vind. 2. et hic et infra.

ἄλλους σύνδυο] Steph. σὺν δύο, praeter usum et librorum fidem.

stitutionis mercedem exigeret, de qua re v. Diog. L. IX, 52. ibique Menag. Quantum vero lucri professoria eius lingua fecerit, praeter Aristot. Eth. ad Nicom. X, 1. Gell. N. A. V, 3. inprimis docet locus Menon. p. 91. D. iam ab Heindorfio hanc in rem comparatus.

καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ] Eandem transitionis formulam habes Symp. p. 139. C.

E. Πρωταγόρου αὐτόθι ἐπιδημοῦντος —] Ex hoc loco discimus, quod nusquam alibi memoriae proditum legimus, Protagoram et Hippiam aliquando in Sicilia commoratos esse, haud dubie propterea, quod rhetoricae ac dialecticae studia illis temporibus ibi maxime florebant. Ante πολὺ νεώτερος Buttmannus καὶ voluit ex auctoritate unius cod. Angel., quocum Flor. X. consentit, deleri. Sed quum reliqui codd. omnes illud tueantur, equidem vim augendi ei inesse censeo: obschon ich um gar vieles jünger war. Nam ita καὶ ante πολὺ usurpari constat, ut Menon. p. 99. C. De Rep. VI. p. 510. C. VIII. p. 562. C. Alia ex aliis scriptoribus collegit Elmslei. ad Eurip. Med. v. 871. Nec illud offendit magnopere, quod καὶ aliquoties est repetitum. In proximis πάνυ post ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ illatum est propterea, quod hoc cum vi et gravitate quadam pronuntiatur. Multa id genus exempla dedimus ad Phaedr. p. 256. E. et Menexen. p. 235. A.

Ἰνυκοῦ] „Inycus, Siciliae oppidulum, alias Ἴνυξ dicitur. v. Valck. ad Herod. VI, 23.“ Heindorf. — φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα, protenus patri dedi. v. Hermann. ad Viger. p. 777 sq.

οἶμαι ἐμὲ πλείω χρ.] Quum

ΣΩ. Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ μέγα τεκμή-
283 ριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ προτέρων [περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται] πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον. τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ περὶ ἄλλων τῶν παλαιῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοῦτο μὲν οὖν μοι δο-
B κεῖς καλὸν τεκμήριον ἀποφαίνειν περὶ σοφίας τῶν νῦν πρὸς τοὺς προτέρους, καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ, ὅτι τὸν σοφὸν αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. τούτου δ' ὅρος ἐστὶν ἄρα, ὃς ἂν πλεῖστον ἀργύριον ἐργάση-

P. 283. *ἀνόητα σοφίζεσθαι*] Par. F. *ἀνόητα*. Sed vera est lectio vulgata, qua ad *νοῦν* illum Anaxagorae alluditur.

B. *οἷπερ καὶ πλειστάκις*] Libri *οὕπερ*. Correxit Heind.

alterum orationis membrum paullo gravius enuntiatur, etiamsi eadem est verbi praecedentis atque subiecti persona, tamen accusativus cum infinitivo ponitur, quoniam ea constructione efficitur, ut pars enuntiati aliunde suspensa non adeo a primario membro attracta videatur. Ex quo perspicuum est, cur haec ratio maxime in oppositione locum habeat, de qua re v. ad Sympos. p. 175. C. p 220. E. p. 223. C. Dein *σύνδυο* cur scribendum fuerit, disces e Matth. Gr. §. 141.

*) Quanta sit iudiciorum de hoc libro varietas et discrepantia, commemorandis Schleiermacheri, Astii, Socheri et Nitzschii sententiis ostendere iuvat. Schleiermacherus igitur eum Phaedro censuit tanquam appendicem oportere adiungi: nec tamen in eo praeter comparationem furoris cum magnete quidquam inesse putat, quod Platonis arte et ratione dignum videatur. Itaque tandem in eam discedit sententiam, ut, num liber Platoni merito tribuatur, vehementer dubitet. Certius et confidentius de hac re pronuntiavit Astius, qui talem scriptionem Platonem plane dedecere arbitratur. Quippe auctorem eius, quum

candam et illustrandam eam rationem, quae nobis librum iterum iterumque cum iudicio relegentibus unice probata est. Nam ita et reprehendendi molestiam evitabimus facillime, et prospiciemus disputationis brevitati in hoc scribendi genere sanequam neccessariae, et fortasse etiam aliquam perspicuitatis laudem consequemur, quae, sicubi multa et varia praeter necessitatem immiscentur, plerumque in discrimen adduci solet.

Iuvat autem statim in principio huius disputationis profiteri, videri nobis Platonem hac scriptione sua docere atque patefacere voluisse, genus illud enthusiasmi, quod non interiore quodam atque proprio animi motu, sed extrinsecus poetarum spiritu excitetur, qualis rhapsodorum maxime fuit, et artis carere scientia ideoque temerario quasi casui acceptum referri, et ad vanam quandam deducere sapientiae opinionem, quandoquidem qui ei indulgeant sibi continuo videantur earum rerum omnium, quae a poetis maximeque Homero canantur, accurata subtilique cognitione instructi esse. Ex quo sponte appariturum esse philosophus censuit, quam exiguum pretium illi furoris generi tribuendum esset. Sed quod Platonem in plerisque scriptis omnibus facere solere novi-

---

rhapsodos arte carere probare vellet, in quam rem usum esse Phaedri locis quibusdam, ut p. 245. A., sed iis male intellectis, itemque Xenophontis Symp. III, 6. Mem. IV. 2, 10., in tractando argumento autem tam inepte esse versatum, nihil ut puerilius hac disputatione fingi cogitarique possit. Ab horum virorum sententia multum discessit Socherus, qui rationibus temporum subductis duplex sibi visus est libri consilium animadvertisse, quandoquidem philosophus primo voluerit docere poetas eorumque asseclas sapientia ac scientia destitutos esse, deinde vero etiam carpere ac ridere poetas, histriones, rhapsodos, alios id genus homines, qui iniquis iudiciis suis Socratis mortem acceleraverint; scriptum enim librum videri non ita multo post Socratis damnationem. Ab hoc rursus discessit Nitzschius, qui Platonem putat demonstrare voluisse a poetis nihil ad eorum amicos manare nisi quandam affectuum contagionem; rerum vero artiumque intelligentiam philosophia parari, non coeco animi impetu: itaque philosophum censet hac scriptione sua praelusisse sententiae illi De Rep. X. p. 598. C. D. adeoque poetarum auctoritatem voluisse impugnare. His denique addere licebit Guil. Wiegandi sententiam in Diarr. scholast. Darmst. Sect. II. n. 156. a. 1828. illustratam, qui discrimen inter *φιλόσοφον* et *φιλόδοξον* rhapsodorum exemplo ostendi censet; quod tamen multo latius patet, quam ut in hunc unum dialogum conveniat.

mus, ut rerum ad philosophiam pertinentium illustrationem cum hominum aetatis suae reprehensione vel irrisione connectat, idem etiam in Ione ab eo factum esse negari non potest. Nam praeterquam quod enthusiasmi illius naturam et dignitatem adumbravit, etiam rhapsodorum nationem utpote inani scientiae et doctrinae opinione mirifice inflatam perstringere et ridere voluit. Quocirca duplex sane statuere licet huius libri consilium esse, alterum internum, quod ad furoris vim et naturam recte aestimandam pertinet; alterum externum, quod cernitur in rhapsodorum atque id genus hominum irrisione. Quanquam utrumque tam arcto vinculo colligatum est, ut vix dixeris, utrum potius sit, neque alterum ab altero segregare ac divellere liceat.

Sed altius res repetenda est, et quod breviter significavimus argumentorum robore communiendum, ne sententiam nostram pronuntiasse potius quam probavisse videamur. Quod quidem ita faciemus, ut ante omnia dialogi totius argumentum breviter enarremus.

Facit igitur Plato in principio libri Socratem Ioni Ephesio occurrentem, qui ab eo interrogatus, unde Athenas venerit, respondet Epidauro se modo advenisse, ubi in Asclepieorum celebritate certamine cum aliis rhapsodis instituto praemium reportaverit. Hominem iam beatum magis etiam beat Socrates, qui solita cum urbanitate rhapsodis insignem quandam doctrinae et eruditionis laudem impertiat. Quam quidem laudem rhapsodus ita sibi vindicat, ut se praeter ceteros Homeri mentem percepisse glorietur ideoque se promtum paratumque profiteatur ad exhibendum aliquod rhapsodiae specimen. Hic vero Socrates eum interrogat, num de Homero tantum, an etiam de Hesiodo, Archilocho, aliis, possit tam praeclare dicere. Negat ille hoc a se commode fieri posse, adeoque reliquos poetas praeter Homerum omnes sibi frigere videri dicit: quanquam ubi Homerus et Hesiodus canant eadem, ibi sibi fatetur declamandi de utroque facultatem non deesse. Posteaquam autem ille haec de se confessus est, Socrates compluribus exemplis ex arte medica et arithmetica petitis demonstrat, si plures de eodem argumento dicant, semper unum eundemque esse, qui et bene et male dicentem possit discernere et iudicare. Qui enim artis alicuius vel doctrinae accuratam cognitionem adeptus sit, eum non modo quid recte dicatur posse iudicare, sed etiam si quid prave inepteque statuatur sentire facillime.

Quod posteaquam Io largitus est, vehementerque miratus, quid tandem causae sit, cur sibi unus solus Homerus placeat, ceteri sordeant omnes; Socrates hoc magno argumento esse arbitratur, studium Homeri, cui se dediderit, non esse cum arte et scientia coniunctum, quandoquidem omnis ars de rebus sub ipsam subiectis iudicandi dicendique facultatem afferat, ideoque rhapsodum quoque oporteat de omnibus omnino poetis posse iudicare atque declamare. Quod igitur, inquit, Homerum quidem, nec vero alios poetas ais abs te plane intelligi, huius rei causa in eo continetur, quod artis ac disciplinae rationem percepisti nullam ac divina quadam sorte rhapsodiae munus nactus es. Est enim, o bone, divina quaedem vis, quae magnetis alicuius instar te commovere et quasi attrahere videtur. Quod idem poetis quoque videmus accidere. Hi enim carmina pangentes non arte et scientia reguntur, sed inflammantur divino Musarum instinctu, ut deorum quasi quidam interpretes existimandi sint. Atque hinc intelligi licet, qui fiat, ut singuli poetae fere in singulis tantum poesis partibus elaborent et excellant, quod certe, si quae esset eorum ars et disciplina, minime accideret. Quemadmodum autem poetae ipsorum deorum numine et instinctu agitantur, sic rhapsodi rursus, tanquam vi magnetis aliqua, etiam secundos ac tertios annulos apprehendentis, poetarum spiritu corripiuntur, ita ut poetarum sint interpretes, sicut hi ipsi deorum. Itaque ne rhapsodi quidem in carminibus poetarum recitandis et illustrandis arte aliqua aut scientia utuntur, sed poetarum repleti spiritu tanquam coeco mentis impetu feruntur. Ex quo perspicuum est, cur tu, o Io, in uno Homero celebrando verseris, de aliis poetis nihil in medium afferre possis. Nimirum hoc sorte quadam divina fieri existimandum est. Quemadmodum enim poetae ipsi, quoniam non arte et scientia, sed divino spiritu ducuntur, fere in uno poesis genere subsistunt, ita ne rhapsodi quidem, quoniam aliunde accipiunt spiritum, pluribus poetis simul possunt dare operam: arte vero et scientia si uterentur, omnes illos studio suo complecterentur, quandoquidem artis ac disciplinae ea natura est, ut omnia, quae sub ipsam subiecta sunt, scrutari et cognoscere doceat.

His explicatis Io in ciendis quidem audientium affectibus et animi perturbationibus se fatetur eiusmodi spiritu mentisque concitatione maxime indigere, videlicet ut et praeclari artificis laudem et luculentiorem operae mer-

cedem accipiat: nec tamen illud vult concedere, quod Socrates probare studuerat, rhapsodiam, h. e. operam rhapsodorum, artis et scientiae ratione prorsus esse destitutam. Itaque inde a pag. 536. E. secunda pars disputationis exorditur, cuius summam paucis comprehendere licebit.

Posteaquam igitur Socrates rhapsodum, ut ipsum scilicet erroris coarguat, luculentius aliquod artis suae specimen propositurum, ab hoc consilio disputandi opportunitatem omnem interclusuro revocavit, protenus ex eo quaerit, annon rhapsodi omnia, quae ab Homero dicantur, diiudicare audeant, quanquam ipsi artium sint imperiti. Negat hoc Io ita ab ipsis fieri solere, sibique stolidissime omnium omnino rerum a poetis memoratarum scientiam et cognitionem attribuit. Quibus auditis Socrates unamquamque artem ostendit suam sibi propriam habere ditionem, ideoque ea, quae Homerus de curribus regendis, medicamentis adhibendis, ducendis exercitibus, aliis rebus multis canat, non a rhapsodis, sed ab artium peritis, hoc est aurigis, medicis, imperatoribus, recte subtiliterque iudicatum iri. Hic vero Io, interrogatus quidnam tandem rhapsodorum ars sibi subiectum habeat, nec iam omnia ei subiecta esse amplius contendens, ne prorsus de possessione, quam sibi antea arrogaverat, depellatur, eam certe artem, quae ipsi plurimum dignitatis et honoris habere videtur, rhapsodis vindicat, videlicet imperatoriam. Quippe huius se meminit in Homero suo plurima reperisse exempla, ideoque eam a rhapsodia plane non vult secerni ac segregari. Itaque Socrates, ubi hominem videt interrogatiunculis suis impeditum et constrictum, Ergone tu, inquit, quum scientiam tam magnificam adeo praeclare tencas, artem tam vilem factitabis, imperatoris dignitate nunquam fungi et ornari cupies, praesertim quum tibi aditus ad hunc honorem ne Athenis quidem sit interclusus? At enim video me abs te haberi ludibrio. Nam quum mihi antea specimen aliquod artis tuae ostentare promiseris, tum nunc quidem mihi ne illud quidem vis indicare et exponere, quid tandem illud sit, cuius facultate maxime polleas. Relinquitur ergo, ut aut deliberato consilio id, quod plane tenes accurateque perspectum habes, nunc celare cupias ideoque neglectis promissis iniurius in me evadas, aut arte et scientia destitutus et divino poetarum spiritu concitatus non possis rhapsodiae vim naturamque explicare. Quocirca optio tibi data est, utrum

velis iniurius haberi, an divinus. Quibus auditis fatuus rhapsodus multum praestare arbitratur, ut pro viro divino habeatur, id est eo, qui arte et scientia plane sit destitutus. Atque his ita expositis colloquium repente finitur.

Contuentibus igitur iam nobis universum libri argumentum et velut uno mentis obtutu perlustrantibus obscurum esse non potest duplici Socratem uti argumentatione, ut Ionem ad inertiae et ignorantiae confessionem adigat. Primo enim eum cogit largiri et concedere eum, qui artis alicuius peritus sit, non unam tantum aliquam eius particulam novisse debere et iudicare, ideoque eum, qui solius Homeri cognitione imbutus sit, ceteros poetas vel contemnat vel ignoret, neutiquam videri rhapsodiae aliquam artem et scientiam tenere. Ex quo consequi vult, ut rhapsodia tota quodam animi ingeniique impetu ex poetarum sublimitate et spiritu oriundo contineatur. Nimirum quum quidquid agimus vel conscii vel inscii faciamus, sequitur, ut qui quid sine certa rei intelligentia perficiat, is solo casu extrinsecus oblato regi videatur. His vero ita conclusis et stabilitis ubi Io nihilominus sibi arrogare conatur scientiae possessionem, Socrates eum altera argumentatione ita urget et in angustias redigit, ut sibi stolidissime earum rerum arripiat scientiam, quas penitus novisse ac didicisse non rhapsodi est, sed fabrorum, artificum, medicorum, aliorum. Quo ipso denique efficitur, ut homo vanissimus, vi et natura rhapsodiae minime intellecta, repente evadat miles gloriosus. Ad hoc autem dignitatis fastigium postquam evectus est, errore suo cognito, ne scilicet videatur iniurius, divinus potius, id est artis et scientiae prorsus expers, quam doctus et eruditus haberi mavult. Nimirum in eo rhapsodi plerumque videntur magnopere erravisse, quod, quum artis iudicium, quod sibi vindicabant, ad omnes ac singulas carminum Homericorum partes pertinere sentirent, protenus etiam ipsarum rerum in iis tractatarum scientiam non sine iactatione sibi attribuebant: de quo iudicii errore aliquid ad p. 539. C. annotavimus. His vero argumentationibus, quibus rhapsodis tum artis ratio tum rerum ipsarum cognitio prorsus eripitur, media interposita est praeclara Socratis disputatio de vi et natura illius furoris, quo rhapsodi carmina poetarum recitantes corripi et agitari solebant. Hunc enim oriri censet non a diis aut ex liberiore ingenii lusu, sed ita potius, ut quae poetae cecinerint, ea

sensus illorum extrinsecus feriant et commoveant. Itaque hunc enthusiasmum divino illi multum postposuit, adeoque quam exiguum esset ei pretium statuendum, haud obscure singnificavit. Collectis igitur singulis universae disputationis tanquam punctis haud absurde nobis videmur statuere philosophum docere hac scriptione sua voluisse enthusiasmum illum, quo rhapsodi et id genus homines venustiores concitentur, nec per se magnum habere videri pretium ac dignitatem, quum minime ex libera animi agitatione oriatur, neque cum artis ratione aut multiplici rerum scientia coniunctum esse, imo ad vanam et inanem mirificae sapientiae opinionem deducere.

Habes nostram de libri argumento et consilio sententiam ex ipso scriptore illustratam et, quantum nunc quidem fieri potuit, confirmatam. Quae si vera est, minime veremur, ne Platoni ea quaestio obtrudatur, quae excelsi ingenii virum dedeceat. Sed hic alia oboritur dubitatio, quae eo maioris momenti est, quo frequentiorem disceptandi, ambigendi, errandi opportunitatem suppeditavisse videtur.

Quaerere enim utique licet, volueritne Plato simul notare atque carpere poetarum ipsorum inertiam et inscitiam. De qua re equidem vehementer miror in varias partes esse disputatum. Nam primum quidem Plato ubi poetis obiicit rerum ignorantiam, id quod maxime libro decimo Politiae fecit, Socratis secutus iudicium *) illarum modo rerum cognitionem iis abiudicavit, quas in carminibus suis commemorarent; artis rationem iis minime eripuit. Iam vero in altera Ionis parte, in qua una de hac re disceptatur, poetarum ne verbo quidem mentio fit, versaturque omnis disputatio in rhapsodis ignorantiae et inscitiae coarguendis. Ex quo quid consequatur, quoniam per se patet, non opus est uberius explicare. Deinde poetarum furorem negari non potest in hoc libro longissime anteponi rhapsodorum concitationi, quandoquidem illi deorum, hi poetarum interpretes esse iudicantur. Quod quorsum pertineat et quomodo sit intelligendum, etsi in hoc libro non dilucide explicatur, tamen clarissime ex Phaedro perspicitur, in quo sermone Plato suam de hac re sententiam, iam dudum, ut videtur, ani-

*) V. Apolog. Socrat. p. 22. A. B.

mo susceptam, copiose exposuit. Etenim poetarum furorem censuit eum esse mentis statum, in quo omnes animi ingeniique vires ita essent intentae atque agitatae, ut homines liberiore quodam et interiore earum motu veluti supra semet ipsos eveherentur et ad ipsarum rerum divinarum sensum quendam abriperentur. Ex quo factum est, ut hanc mentis humanae concitationem ad ipsum deum tanquam auctorem retulerit, adeoque summum quasi fastigium esse iudicaverit, ad quod animo humano fas esset escendere et evolare, adeo ut vel ipsam philosophiam inde repetendam esse sibi persuaserit. Itaque poesis quoniam liberiore illo igenii motu nisuque continetur, philosophus eam sensit nemini cuiquam posse contingere, nisi cuius pectus divino quasi spiritu esset repletum et agitatum *); ex quo perspicuum est, cur in Ione quoque poetas ἑρμηνεῖς τῶν θεῶν appellaverit. Quum igitur Plato tam honorifice de furore poetico senserit et iudicaverit, ecquis est qui eum in hoc libro exagitari et perstringi sibi persuadeat? Imo ne levissimum quidem in eo irrisionis vestigium exstat, ut sane dormitasse videantur, si qui aliter hac de re iudicaverunt. Nam quod poetae cum rhapsodis comparantur atque coniunguntur, fit hoc, quantum video, nonnisi propterea, ut, quantum furor illorum ab horum insania distet, facilius intelligatur. Quippe horum animi commotio non oritur e libera illa rerum divinarum et sublimiorum divinatione et contemplatione, sed a poetis demum efficitur, ita ut nisi rhapsodia cum arte et scientia sit copulata, fere inanis esse videatur et pretio atque dignitate paene omni destituta. Denique haudquaquam licet existimare Platonem artis rationem et iudicium a poesi separavisse: quod certe perabsurdum foret; imo hoc tantum voluit neminem unquam fore poetam idoneum et nomine suo dignum, cuius pectus non sublimiore illo atque divino spiritu incaluerit. Quod igitur in rhapsodis desideravit artem atque scientiam, facile apparet, quatenus haec reprehensio etiam in poetas cadat. Hi enim ita tantum in illorum veniunt communionem, si vel spiritu poetico fatiscunt, vel artis normam atque regulam prorsus ignorant atque negligunt. Quodsi igitur aliquis poetas una cum rhapsodis in hoc libro hoc nomine taxari existimet, ego quidem non intercedo, modo eam repre-

*) Phaedr p. 245. A.

hensionem tantum in pravos ineptosque cantores cadere statuat. Illud vero tenendum utique arbitramur, verorum quidem poetarum laudibus nulla ex parte in Ione obtrectari, ideoque iudicium hac de re arctioribus finibus esse circumscribendum.

Exposuimus Platonis de viliore illo enthusiasmi genere sententiam, quam in hoc opere adumbrari et explicari nobis persuasimus. Sequitur, ut dicendum sit de rhapsodorum irrisione, quam cum illius argumenti tractatione arctissime esse coniunctam antea iudicavimus.

Videtur autem philosophus nullum aliud hominum genus aptius potuisse deligere ad declarandum id, quod maxime volebat, quam rhapsodos, qui poetarum carmina perpetuo orationis flumine memoriter recitabant eaque re laudem victumque quaerebant *). Omnis enim eorum ars, quum ad colligendam audientium gratiam esset comparata, tamen illis quidem temporibus multis magnisque vitiis laborabat. Incedebant homines plerumque splendide vestiti, sed ita, ut magnifica vestis insignem mentis stuporem obtegere videretur. Dum enim suavi vocis modulatione, gestuum applicatione, ambitiosa histrionum imitatione **) affectus audientium ciebant ipsique spiritu poetico repleti et agitati videri volebant, nec ullam tenebant artis rationem et speciem nescio cuius sapientiae atque doctrinae temere prae se ferebant. Nam etsi cum carminum recitatione etiam interpretationem eorum coniungere conati sint, quod suspicari magis quam probare licet, haec ipsa tamen non fuit ad artis vel disciplinae regulam adstricta, sed meris continebatur declamationibus ex pectore enthusiasmi saepenumero simulati pleno temere profusis ***). Huc accedebat, quod omnium rerum a poetis commemoratarum periti videri volebant, quia scilicet de omnibus declamitabant. Quocirca miran-

---

*) De Rhapsodis praeter Dresigium Comment. critic. de Rhapsodis. Lips. 1734. 4., quam nec mihi nancisci contigit, disputarunt subtiliter Fr. A. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. XCIX sqq. et Gr. Guil. Nitzsch. Quaestion. Homer. p. IV. p. 13. sqq. Mores hominum quales Platonis fuerint aetate, ex ipso Ione optime cognosci arbitramur.

**) V. p. 532. D. et 535. E.

***) Quod dixi hoc coniicere nobis licere, ne quis temere dictum putet, nescio sane quonam alio modo istam πολυμαθίαν suam ostentare potuerint.

dum non est, quod subinde ineptissima quaeque atque absurdissima proiicientes viris prudentibus et cordatis debuerunt ludibrium. Quid enim eiusmodi homuncionibus magis potest esse ridiculum vel odiosum? Nihilominus vero apud populum gratia et auctoritate multum valebant. Nam primum quidem magnae plebis multitudini magnifico incessu, decoro habitu, recitationis suavitate, denique ambitiosa doctrinae et eruditionis affectatione imponebant. Deinde ne eruditiores quidem atque cultiores eos non lubenter audiebant, quandoquidem Graeci liberalioris doctrinae et artium ad humanitatem pertinentium studiosissimi fuerunt, ideoque nec a publicis solemnitatibus carminum recitationem abesse voluerunt. Maxime autem videntur rhapsodis favisse Homeridae, qui id agebant unice, ut pater poesis quantum fieri posset celebraretur atque laudaretur, quippe in cuius carminibus omnis verae sapientiae fontem ac principium latere arbitrarentur *). Facile igitur iam poterit existimari, cur Socrates eiusque discipuli istam rhapsodorum nationem despicatui habuerint. Quum enim ille, licet se ipsum nihil scire profiteretur, tamen omnia ad scientiam referret, atque vanam arrogantiam et sapientiae opinionem semper et ubique castigaret acerrime, tum ne horum quidem hominum stoliditati pepercit. Cuius rei testimonium exstat apud Xenophontem Memorab. IV, 2, 10., ubi Socrates *τοὺς γάρ τοι ῥαψῳδοὺς*, inquit, *οἶδα τὰ μὲν ἔπη ἀκριβοῦντας, αὐτοὺς δὲ πάνυ ἠλιθίους ὄντας.* Quibuscum conveniunt illa, quae Sympos. III, 5. leguntur, quo loco Antisthenes Niceratum interrogat: *οἰσθά τι οὖν ἔθνος ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν;* cui ille: *οὐ μὰ τὸν Δία*, inquit, *οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ.* Hanc igitur sententiam etiam Platonem amplexum esse neutiquam mirabimur, eamque causam putamus exstitisse, cur rhapsodos hac scriptione sua perstringere et ridere voluerit.

Atque huius rei observatio nos graviter commonet, ut aliam quaestionem cum superioribus coniunctam attingamus. Dubitatum est enim a viris doctis, quo tempore hic dialogus a Platone scriptus ac divulgatus sit. Quam rem etsi fortasse satius sit iniudicatam relinquere, quandoquidem via merae suspicionis, admodum incerta illa et

*) V. Phaedr. p. 252. B. De Rep. X. p. 599. E.

lubrica, incedendum est, tamen quid nobis in mentem venerit, quoniam ad praesentem materiam pertinet, breviter exponere iuvat. Itaque fateor me in eam deductum coniecturam esse, ut Ionem a Platone iam eo tempore scriptum existimem, quo Socrates adhuc vivebat, eiusque rationem et disciplinam Plato maxime sequebatur. Quod cur ita statuamus, plures habere causas videmur satis idoneas. Primum enim nihil in hoc libro reperitur, quod doctrinae ad maiorem quandam amplitudinem et perfectionem elaboratae, qualem in aliis philosophi operibus traditam reperimus, vel levissimum indicium faciat: imo omnia adeo sunt plana, adeo simplicia, adeo ex ipsa vitae communis observatione depromta, ut Socraticae disciplinae alumnum plane deceant. Nam vel illa ipsa, quae de furore poetarum et rhapsodorum disputantur, vix ultra communes veterum Graecorum opiniones exsurgunt, tantamque habent cum ipsius Socratis de hac re placitis ac decretis coniunctionem, ut tantum non eadem esse videantur. Quocirca mihi nunquam potui persuadere veram esse Schleiermacheri sententiam, qui Ionem censuit Phaedro tanquam appendicem vel cumulum aliquem accessisse. Hoc enim si ita esset, equidem non dubito, quin Ionis argumentum multo et subtilius et copiosius explicatum legeremus, adeoque ita illustratum, ut Phaedri diligentissima ratio haberetur. Quod nunc quidem secus habet, quandoquidem ne unum quidem eius rei vestigium, quod quidem certum esset, ostendi vel demonstrari potuit. Quod vero ex ipso libri argumento colligi licere arbitramur, idem etiam disserendi forma atque ratione confirmatur. Tantum enim abest, ut eandem in eo artis praestantiam et perfectionem, quam in dialogis maturiore aetate scriptis animadvertamus, ut omnia nativam quandam referant simplicitatem, quae prope ad Socraticam disserendi rationem in Xenophontis Memorabilibus expressam accedere iudicanda est. Quanquam lepidus ille in magnetis et animi concitationis similitudine lusus iam eam Platonici ingenii copiam et ubertatem arguit, quam in operibus postea scriptis clarius cernere licet. Verum quae adhuc de argumento et forma operis diximus quanquam verisimile reddunt dialogum a Platone eo tempore literis consignatum esse, quo Socraticam rationem ac disciplinam fideliter sectabatur, tamen cum Socrate adhuc vivo scriptum esse minime evincunt. Hoc ipsum autem tertio argumento probabile redditur, de quo nunc explicare animum in-

duximus. Constat enim Platonem eo tempore, quo Socrati tantum erat odium conflatum, ut ei iudicii imminneret periculum, complures dialogos composuisse, in quibus id egit, ut viri sanctissimi adversarios in eo ipso genere, in quo sibi plurimum sapere videbantur, inscitiae et ignorantiae coargueret. Nam Euthyphronem novimus ad vates ignorantiae rerum gravissimarum convincendos esse compositum, ut in quo eos ne pietatis quidem notionem tenere ostenditur. In Menone autem id agitur, ut sophistas ac viros civiles non scientia atque arte, sed coeco quodam mentis impetu et sorte divina duci demonstretur, quod quidem ita fit, ut colloquium ex parte cum Anyto, Socratis accusatore, habeatur. Videmus igitur in illis sermonibus cum vatibus, sophistis, viris civilibus agi similiter, atque in Ione cum rhapsodis. De qua re inprimis locus Menonis p. 99. E. dignus est qui conferatur diligentius. Iam vero Socrati constat praeter sophistas, sacerdotes, vates, viros rempublicam tractantes, etiam poetarum vulgus et id genus homines inimicos infestosque exstitisse, ut qui aegre ferebant Socratis inscitiam ipsis exprobantis de se iudicium. Quid igitur? nonne est admodum verisimile Platonem illa tempestate explicare accuratius conatum esse, quomodo illa viri sapientissimi sententia accipienda esset atque intelligenda? Ac profecto hoc illud ipsum est, quod in Ione rhapsodorum exemplo declaratur. Nam ipsos poetas quominus exempli loco proponeret philosophus, duae maxime res prohibuisse videntur. Primo enim ipse de poetis, germanis quidem et nomine suo dignis, sentiebat honorificentius, quam ut eos cum vulgo poetarum compararet. Quippe nec animi illam concitationem, qua agitarentur, in se vilipendendam iudicavit, nec artis rationem iis abiudicandam censuit, quanquam earum rerum, quas in poematis suis memorarent, scientiam in iis non inesse facile magistro largitus est. Deinde Socrates etsi poetis veri scientiam eripiebat, videtur tamen illos magis et acerbius perstrinxisse, qui quum poetae non essent, tamen eorum spiritum more rhapsodorum affectabant, quemadmodum nunc quoque multos esse videmus, qui quoniam semper in legendis recitandisque poetis versantur, protenus sibi ipsi poetae evasisse videntur, quum tamen revera a rhapsodis parum aut nihil differant. Et fieri sane potest, ut etiam Meletus in hominum istorum numero habendus sit, qui certe dubitari licet num ultra infimi rhapsodi dignitatem multum prominuerit. Itaque Plato

ut magistri sententiam confirmaret, totum hunc hominum scilicet venustiorum et poeticorum gregem in hoc libello docuit et artis ratione et rerum ipsarum scientia carere adeoque non ea animi mentisque concitatione agitari, quae ad sublimem illum divinumque verorum poetarum furorem posset comparari. Quae si vere posuimus, quid de tempore, quo Io scriptus evulgatusque sit, statui oporteat, facilis sane coniectura est. Nam Menonem quidem et Euthyphronem Plato eo confecit tempore, quo Socratis causa haud ita pridem in iudicio versabatur, nec tamen iam tanta ei videbatur imminere calamitas, quanta postea consecuta est *). Ex quo sane verisimiliter colligere licet Ionem, cuius simile argumentum et consilium est, circa idem tempus literis consignatum esse. Atque hanc sententiam eo verisimiliorem esse iudicamus, quod ea probata magna pars illarum dubitationum, quae de libri argumento, forma, ratione et consilio excitatae sunt, protenus in irritum cadit atque sponte evanescit: de qua re quoniam exponere longum est, iudicium penes ipsos lectores esto.

Habes nostram de Ione Platonico sententiam, qua illustranda si id effecimus, ut de libri summa et auctoritate rectius statuatur, etiamsi ipsi a vero aberraverimus, tamen satis magnum laboris praemium nos consecutos putabimus.

ELENCHUS CODICUM.

Coislin. Vatican. Θ. r. f. Venet. $\Xi\Sigma$. Paris. BCEF. Florent. a. b. c. x. Angel. Barberinus.

Editus hic liber separatim est et illustratus a Marc. Guil. Müllero Hamburg. 1782. 8. min. et Greg. Guil. Nitzschio Lips. 1822. 8. mai., quos grato animo fateor mihi multis locis veri reperiendi duces exstitisse. Sydenhami interpretatione, quam Müllerus narrat multis

*) V. Prolegg. ad Euthyphronem et Menonem.

et copiosis annotationibus instructam esse, vehementer doleo quod uti mihi non contigit. Itaque quae de Angli iudiciis quibusdam commemoravi, ea sola Mülleri fide et auctoritate retuli. Nec quae Arnaldus in Mem. de l'Academ. des Inscript. T. XXVII. p. 1 sqq. et T. XXXIX. p. 249 sqq. disputavisse narratur, inspicere ac diligentius examinare licuit.

I Ω N.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΩΝ.

Cap. I. ΣΩ. Τὸν Ἴωνα χαίρειν. πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν 530
ἐπιδεδήμηκας; ἢ οἴκοθεν ἐξ Ἐφέσου;

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐξ Ἐπιδαύρου ἐκ τῶν Ἀσκληπιείων.

P. 530. *πόθεν τὰ νῦν ἐπιδεδήμηκας*] Qua ratione fiat, ut *ἐπιδημεῖν*, apud populum versari et commorari, cum vocabulis motum in locum vel de loco significantibus copulari queat ideoque veniendi ac proficiscendi adsciscat notionem, satis videmur explicavisse ad Phaedon. p. 57. A. Sic Parmenid. p. 126. A. *ἐπεδήμησα δεῦρο*. Demosth. in Neaer. p. 1357. *ἐπιδημεῖν εἰς τὰ Μέγαρα*. Eundem usum habet *ἀποδημεῖν*, peregre versari, Aristoph. Rann. v. 48. *ποῖ γῆς ἀπεδήμεις*, quod componas cum talibus, quale est Eurip. Hercul. fur. 75. *ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς;* De hac loquendi forma dixerunt Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 321. Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 307. — Dativi *ἡμῖν* maxime in familiari colloquio usurpati exempla apud Platonem non rara esse docebunt quae ad Phaedr. p. 257. C. Remp. I. p. 343. A. Lysid. p. 208. D. et alibi scripsimus. — *ἢ οἴκοθεν*, an domo Epheso? Corrigit enim rhapsodus quod modo dixerat *πόθεν ἐπιδεδήμηκας*; perinde ac si ita quaerat: an id quidem non interrogandus es, quum te Epheso huc venisse facile coniicere liceat? Hanc interrogandi formam ad Protag. p. 309. A. et alibi iam notavimus. Quod autem Io, Homeri praeco, Epheso, Ionica urbe, ortus esse dicitur, suspicari licet Ioniam praeter ceteras Graeciae regiones rhapsodorum Homericorum fuisse fertilissimam.

ἐξ Ἐπιδαύρου —] Urbe Argolidis Aesculapii cultu nobilissima, in cuius honorem Epidauria sive Asclepiea celebrata sunt, quae propter magnificentiam eximie *μεγάλα Ἀσκληπίεια* et *μεγαλοασκλήπεια* appellabantur. De iis docte disseruit Sprengel Geschichte

ΣΩ. Μῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀγῶνα τιθέασι τῷ θεῷ οἱ Ἐπιδαύριοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε, καὶ τῆς ἄλλης γε μουσικῆς.

ΣΩ. Τί οὖν; ἠγωνίζου τι ἡμῖν; καὶ πῶς [τι] ἠγωνίσω;

ΙΩΝ. Τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα, ὦ Σώκρατες.

B ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἄγε δὴ ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσομεν.

ΙΩΝ. Ἀλλ' ἔσται ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

P. 530. *Τί οὖν; ἠγωνίζου τι*—] Flor. x. *τί οὖν ἠγωνίζων τέ τι ἡμῖν.* Flor. a. c. *τί οὖν ἠγωνίζου τί ἡμῖν.*

B. *ὅπως — νικήσομεν*] Coisl. Ven. ΞΣ. Angel. Flor. x. *νικήσωμεν*, quod Steph. requirebat. Mox Ven. Σ. *θέλῃ.*

d. Medicin I. p. 180 sqq. Musica certamina in iis commissa esse ex hoc uno loco novimus. De proximis conf. Menexen. c. 22. *πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης.*

καὶ πῶς [τι] ἠγωνίσω] In his ineptus fuerit qui *πῶς τί* scribendum arbitretur. Quum enim praecedat *ἠγωνίζου τι ἡμῖν*, repetit Socrates pronomen etiam in hac interrogationis parte, ut facile intelligatur, cur interrogandi vis nunc nulla in eo inesse possit. Huc accedit, quod non duae res interrogantur, sed una tantum, videlicet quo successu Io in Asclepieorum celebritate certaverit: id quod rhapsodi responsio aperte declarat. Sed habet tamen illa pronominis iteratio multum dubitationis, siquidem non intelligitur, qui fieri recte possit, ut Socrates, posteaquam rhapsodum interrogavit, ecquid certaverit, deinde denuo quaerat sic: Et quomodo in aliquo genere certavisti. Itaque facile assentior Beckio alterum istud *τι* delendum iudicanti. Nisi forte gravior etiam corruptela locum invasit delendumque etiam est *ἠγωνίσω* istud, quod fraudis suspicionem movet; in quam sententiam fateor me multo magis inclinare. Mira Ficini translatio est, totum locum ita reddentis: Socr. Contende ergo nobiscum. Io. Quamobrem tecum contendam? primis, o Socrate, praemiis potiti sumus. Unde nihil lucramur. Cod. Flor. x. *τί οὖν ἀγωνίζων τε τί ἡμῖν.* Unde Hermannus Praefat. ad Sophocl. Antigon. p. X. ed. tert. suspicatur scriptorem dialogi sic dicentem fecisse Socratem: *τί οὖν; ἠγωνίζου τέ τι ἡμῖν, καὶ πῶς;* tum superbius se inflante glorioso rhapsodo priusquam responderet, amplius quaerentem: *τὶ ἠγωνίσω;* ecquid certavisti?

B. *ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσομεν*] Familiariter admodum cum Socrate loquitur rhapsodus prima utens numeri pluralis persona *ἠνεγκάμεθα.* Itaque Socrates eodem modo *νικήσομεν*, quasi sua multum interesit, utrum ille reportet victoriae praemium necne. Indicativum futuri ne quis cum Stephano in *νικήσωμεν* mutandum censeat, in eiusmodi for-

ΣΩ. Καὶ μὴν πολλάκις γε ἐζήλωσα ὑμᾶς τοὺς ῥαψῳδούς, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης· τὸ γὰρ ἅμα μὲν τὸ σῶμα κεκοσμῆσθαι ἀεὶ πρέπον ὑμῶν εἶναι τῇ τέχνῃ καὶ ὡς καλλίστοις φαίνεσθαι, ἅμα δὲ ἀναγκαῖον εἶναι ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς καγαθοῖς καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν Ὁμήρῳ, τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἔπη, ζηλωτόν ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν γένοιτό ποτε ῥαψῳδός, εἰ μὴ συνείη τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιη- C

C. *γένοιτό ποτε ῥαψῳδός*] Ven. Σ. Flor. x. *ἀγαθὸς ῥαψῳδός*, quod ortum ex interpretatione. Dein *συνείη* recte Ven. Σ., quod restituit Bekk. Vulgo erat *συνίη*. Vat. Θ. *συνίει*.

mulis, quae ex omisso videndi curandique verbo pendere cogitandae sunt, futurum legitimo et constanti usu ponitur. Aristoph. Equitt. 1111. ed. Dind. *ἄγε νυν ὅπως ἀνανῳσεσθέμοι*. Nubb. 882. *ὅπως δ' ἐκεῖνο τὠλόγω μαθήσεται*. Acharn. 741. *ὅπως δὲ δοξεῖτ' ἦμεν ἐξ ἀγαθᾶς ὁδός*. Equitt. 760. *πρὸς ταῦτ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐς τὸν ἄνδρα*. Avv. 131. *πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου, ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία*. Alia ad Menex. p. 249. extr. adscripsimus. Plene Aristoph. Equitt. 688. *ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόντιζε τἀπίλοιπ' ἄριστα. — τὰ Παναθήναια νικᾶν* dictum ut *νικᾶν Ὀλύμπια* et similia, de quibus Matthiae Gr. §. 409. 3. Rost. §. 104. 3. 6. Ennius apud Ciceronem de Senect. c. 5. Olympia vincere. Horat. Epistol. I. 1, 50. *Quis — magna coronari contemnat Olympia*. Constat autem ex instituto Solonis vel Pisistrati eiusque filiorum Homeri carmina in Panathenaeorum celebritate a rhapsodis recitata esse, de qua re Lycurg. adv. Leocrat. c. 26. p. 209. ed. Reisk. *βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὁμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητήν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη*. Scriptor Hipparchi p. 512. C. *τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν* (Hipparchus) *εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οὕδε ποιοῦσιν*. Isocrat. Panegyr. c. 42. Sed v. Wolf. Prolegom. ad Hom. p. 103. et 140. Nitzsch. Quaestion. Homer. P. IV. p. 23 sqq. p. 35 sqq.

τὸ γὰρ ἅμα μὲν τ. σ.] Iungas hunc in modum: *τὸ γὰρ κεκοσμῆσθαι τὸ σῶμα ἀεὶ, ὥστε πρέπον εἶναι τῇ τέχνῃ ὑμῶν*. De re infra p. 535. D. *τί οὖν φῶμεν, ὦ Ἴων, — τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἂν κεκοσμημένος εὖ θῇτι ποικίλῃ καὶ χρυσοῖς στεφάνοις κλαίῃ τ' ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς κ. τ. λ. — Mox καὶ δὴ καὶ* post τὲ illatum frequentis est usus, quam in rem conf. Phaedon. p. 112. E. Politic. p. 268. E. p. 270. C. Sophist. p. 16. A. p. 242. A. p. 259. E. Tim. p. 22. A. De Rep. IX. p

τοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσι· τοῦτο δὲ καλῶς ποιεῖν μὴ γιγνώσκοντα ὅ τι λέγει ὁ ποιητὴς ἀδύνατον. ταῦτα οὖν πάντα ἄξια ζηλοῦσθαι.

Cap. II. *ΙΩΝ.* Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἐμοὶ γοῦν τοῦτο πλεῖστον ἔργον παρέσχε τῆς τέχνης, καὶ οἶμαι κάλλιστ' ἀνθρώπων λέγειν περὶ Ὁμήρου, ὡς
D οὔτε Μητρόδωρος ὁ Λαμψακηνὸς οὔτε Στησίμβροτος ὁ Θάσιος οὔτε Γλαύκων οὔτε ἄλλος ὁστισοῦν τῶν πώποτε γενομένων ἔσχεν εἰπεῖν οὕτω πολλὰς καὶ καλὰς διανοίας περὶ Ὁμήρου, ὅσας ἐγώ.

ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Ἴων· δῆλον γάρ, ὅτι οὐ φθονήσεις μοι ἐπιδεῖξαι.

ΙΩΝ. Καὶ μὴν ἄξιόν γε ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον· ὥστε οἶμαι ὑπὸ Ὁμηριδῶν ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι.

ἐμοὶ γοῦν τοῦτο] Sic Vat. r. Vulgo legebatur *γ' οὖν.*

585. E. X. p. 618. A. al. Rarius est *καὶ δὴ καὶ μάλιστα.* Legg. X. p. 888. D. *παρά τε τῶν ἄλλων καὶ δὴ καὶ μάλιστα καὶ παρὰ τοῦ νομοθέτου.* Ceterum parum probabiliter Boeckh. de simultate quae Platoni et Xenoph. intercesserit. p. 20. totum hunc locum censet expressum esse e Xenophont. Sympos. c. III. §. 6. De verbis *τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν* v. ad Lysid. d. 204. A.

C. *ἐμοὶ γοῦν — τῆς τέχνης*] h. e. *τοῦτο τῆς τέχνης* (haec artis meae pars) *πλεῖστον ἔργον παρέσχεν.* Fatetur autem rhapsodus satis ingenue intellectum carminum Homericorum sibi plurimum negotii exhibuisse, ut vel nunc suspicari liceat, qualem artificem simus cognituri. Facete igitur Plato eum fecit se cum Metrodoro Lampsaceno, Stesimbroto Thasio et Glaucone comparantem, ex quibus priores quidem certe novimus in Homeri interpretatione ita elaborasse, ut eius narrationes ad allegoricam rationem revocarint. v. Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 155 sqq. Wolf. Prolegom. CLXI. Unde Socrates apud Xenophont. Sympos. III. 6. Stesimbrotum opponit indoctis stolidisque rhapsodis. Similiter Glauco versatus esse videtur, qui tamen quis fuerit quidve effecerit non constat. Plurimos Glaucones enumerant Fabricius Biblioth. Gr. II. 23. Ionsius Histor. phil. scriptor. p. 25. Fortasse Teius fuit: nisi vera est Sydenhami suspicio *Γλαῦκος* legendum iudicantis. Glaucum enim quendam Rhegio ortum illis temporibus vixisse atque librum *περὶ ποιητῶν* scripsisse vir doctissimus post Ionsium De Scriptor. Hist. Phil. I. 2, 4. ad hunc locum docere conatus est. Vereor tamen, ut quidquam mutandum sit.

D. *οὔτε ἄλλος οὐδείς —*] Etsi satis erat dixisse *οὔτε ἄλ-*

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐγὼ ἔτι ποιήσομαι σχολὴν ἀκροάσασθαί σου. νῦν δέ μοι τοσόνδε ἀπόκριναι· πότερον 531
περὶ Ὁμήρου μόνον δεινὸς εἶ ἢ καὶ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου;

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ περὶ Ὁμήρου μόνον· ἱκανὸν γάρ μοι δοκεῖ εἶναι.

ΣΩ. Ἔστι δὲ περὶ ὅτου Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος ταὐτὰ λέγετον;

ΙΩΝ. Οἶμαι ἔγωγε καὶ πολλά.

ΣΩ. Πότερον οὖν περὶ τούτων κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο, ἃ Ὅμηρος λέγει, ἢ ἃ Ἡσίοδος;

ΙΩΝ. Ὁμοίως ἂν περί γε τούτων, ὦ Σώκρατες, περὶ ὧν ταὐτὰ λέγουσι.

ΣΩ. Τί δέ, ὧν πέρι μὴ ταὐτὰ λέγουσιν; οἷον Β
περὶ μαντικῆς λέγει τι Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος.

D. *ἀκροάσασθαί σου*] Sic Ven. Σ. Flor. x. pro vulg. *ἀκροᾶσθαι σοῦ*.

λος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομένων, quo facto e superioribus intelligendum relinquebatur *ἔλεξε περὶ Ὁμήρου*, tamen nemo haerebit in eo, quod Io subiungit haec: *ἴσχυεν εἰπεῖν οὕτω πολλὰς — ὅσας ἐγώ*, perinde ac si inde ab *οὔτε ἄλλος οὐδεὶς* novum enuntiati membrum exorsus sit. Nam ea loquendi forma et alias poterit animadverti et gloriosi rhapsodi loquacitati plane est consentanea.

κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον] recitationis gravitate et magnificentia. Homeridae autem dubitari non potest quin intelligantur sapientiae Homericae amici et laudatores, qui quo plus tribuebant patri poeseos, eo pluris aestimare debebant illos, qui carmina eius apte eleganterque declamitarent. Certe quidem De Rep. X. p. 599. E. et Phaedr. p. 252. B. Homeridarum ita mentio iniicitur, ut non alios intelligi appareat, quam qui Homeri carmina tanti faciebant, ut omnem rerum et humanarum et divinarum cognitionem et doctrinam inde repetendam esse arbitrarentur. Ab his igitur rhapsodus se dignum ait esse ut aurea corona honoretur. Hoc modo quominus locum interpretamur, minime impedit, quod aliis aetatibus alia fuisse videtur Homeridarum ratio atque munus.

Καὶ μὴν ἐγὼ ἔτι ποιήσομαι —] Atque ego sane adhuc otium mihi faciam, ut te audiam, videlicet *ῥαψῳδοῦντα*. Socrates enim hominis ambitioni adulatur, quo paratiorem et promtiorem eum habeat ad colloquium secum instituendum. Neque haec adversantur antecedentibus illis: *δῆλον γάρ, ὅτι οὐ φθονήσεις μοι ἐπιδεῖξαι*, quibus verbis Socrates significat velle se aliquid eorum audire, quae Io de Homero sit meditatus. Itaque non accedo iudicio Schleiermacheri, qui in eo pravam artis

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί οὖν; ὅσα τε ὁμοίως καὶ ὅσα διαφόρως περὶ μαντικῆς λέγετον τὼ ποιητὰ τούτω, πότερον σὺ κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο ἢ τῶν μάντεών τις τῶν ἀγαθῶν;

ΙΩΝ. Τῶν μάντεων.

ΣΩ. Εἰ δὲ σὺ ἦσθα μάντις, οὐκ, εἴπερ περὶ τῶν ὁμοίως λεγομένων οἷός τ' ἦσθα ἐξηγήσασθαι, καὶ περὶ τῶν διαφόρως λεγομένων ἠπίστω ἂν ἐξηγεῖσθαι;

ΙΩΝ. Δῆλον ὅτι.

C *ΣΩ. Τί οὖν ποτὲ περὶ μὲν Ὁμήρου δεινὸς εἶ, περὶ δὲ Ἡσιόδου οὔ, οὐδὲ τῶν ἄλλων ποιητῶν; ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί; οὐ περὶ πολέμου τε τὰ πολλὰ διελήλυθε καὶ περὶ ὁμιλιῶν πρὸς ἀλλήλους ἀνθρώπων ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουργῶν, καὶ περὶ θεῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλούντων, ὡς ὁμιλοῦσι, καὶ περὶ τῶν οὐρανίων παθημάτων καὶ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, καὶ γενέσεις καὶ θεῶν*
D *καὶ ἡρώων; οὐ ταῦτά ἐστι, περὶ ὧν Ὅμηρος τὴν ποίησιν πεποίηκεν;*

ΙΩΝ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

P. 531. C. ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων] V. ἢ. Emendavit Beckius.

vere Platonicae imitationem deprehendisse sibi visus est, quod Socrates, quum modo rhapsodum specimen aliquod interpretationis rogaverit, tamen nunc ipsam auditionem in futurum tempus differat. De Archilochi carminibus a rhapsodis recitari solitis v. Athenaeus XV. p. 620. C.

P. 531. B. πότερον σὺ κάλλιον κ. τ. λ.] Recte Nitzschius adversatur Schleiermachero, qui hanc quaestionem inepte e posteriore dialogi parte p. 539. E. anticipatam esse censuit. Ducit enim ea et veluti praeparat legentium animos ad proximam argumentationem, neque commode abesse potest.

C. περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ —] h. e. ἢ περὶ ὧνπερ. Theaet. p. 149. C. γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων.

καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουργῶν] Δημιουργοὶ sunt opifices et artis alicuius vel negotii periti atque gnari. Quibus opponuntur ἰδιῶται, i. e. artium et negotiorum imperiti. Huius enim vocabuli vis et significatio fere ex oppositionis ratione definienda est, de qua re v. ad Sympos. p. 178. B. Protagor. p. 322. C. De Rep. III. p. 389. A.

ὡς ὁμιλοῦσι] Hoc illustrationis gratia additum putamus

Cap. III. ΣΩ. *Τί δέ; οἱ ἄλλοι ποιηταὶ οὐ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων;*

ΙΩΝ. Ναί, ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁμοίως πεποιήκασι καὶ Ὅμηρος.

ΣΩ. Τί μήν; κάκιον;

ΙΩΝ. Καὶ πολύ γε.

ΣΩ. Ὅμηρος δὲ ἄμεινον;

ΙΩΝ. Ἄμεινον μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων, ὅταν περὶ ἀριθμοῦ πολλῶν λεγόντων εἷς τις ἄριστα λέγῃ, γνώσεται δήπου τις τὸν εὖ λέγοντα;

ΙΩΝ. Φημί. E

ΣΩ. Πότερον οὖν ὁ αὐτος, ὅσπερ καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας, ἢ ἄλλος;

ΙΩΝ. Ὁ αὐτὸς δήπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τὴν ἀριθμητικὴν τέχνην ἔχων οὗτός ἐστι;

ΙΩΝ. Ναί.

*ΣΩ. Τί δ'; ὅταν πολλῶν λεγόντων περὶ ὑγιεινῶν σιτίων, ὁποῖά ἐστιν, εἷς τις ἄριστα λέγῃ, πότερον ἕτερος μέν τις τὸν ἄριστα λέγοντα γνώσεται ὅτι ἄρι-

D. *Καὶ πολύ γε*] *Καὶ* om. Coisl. Ven. Σ. et pauci alii cum Steph.

praecedentibus, ut Germanice reddi queat: wie sie nemlich umgehen; unde comma ante ὡς neutiquam sustulerim. Deinde *οὐράνια παθήματα* sunt, quae in coelo accidunt ibique geruntur. Maxim. Tyr. T. II. p. 116. ed. Reisk. *αὐτὸς δὲ πάντα ἐπεσκόπει, ὅσα οὐρανοῦ κινήματα, ὅσα γῆς παθήματα, Θεῶν βουλάς, ἀνθρώπων φύσεις, ἡλίου φῶς, ἄστρων χορόν, γενέσεις ζώων, ἀναχύσεις θαλάττης, ποταμῶν ἐκβολάς*, κ. τ. λ., quae qui ex huius loci imitatione ducta cum Müllero statuat, mentis acie praestrictus sit necesse est. In proximis mutatus est structurae tenor, quum dici debuerit *καὶ περὶ γενέσεων*. Sed nihil habet offensionis haec constructionis variatio, cuius alia exempla notavimus De Rep. II. p. 378. D. V. p. 466. C.

D. *ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων*] Hoc Schleiermacherus censet male expressum esse ex Homerico illo: *Τεῦχρε φίλη κεφαλή*: rectius Phaedr. p. 264. B. dici *Φαῖδρε φίλη κεφαλή*, quia in talibus metri convenientia a Platone conservata sit. At Gorg. p. 513. C. habes, *ὦ φίλη κεφαλή*, neglecta metri similitudine. Euthydem. p. 293. E. *μετὰ Διονυσοδώρου τοῦδε φίλης κεφαλῆς*. Nec ullo modo dubitari licet, haec formula quin

στα λέγει, ἕτερος δὲ τὸν κάκιον ὅτι κάκιον, ἢ ὁ αὐτός;

ΙΩΝ. Δῆλον δήπου, ὁ αὐτός.

ΣΩ. Τίς οὗτος; τί ὄνομ' αὐτῷ;

ΙΩΝ. Ἰατρός.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν, ὡς ὁ αὐτὸς γνώσεται ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν πολλῶν λεγόντων, ὅστις
532 τε εὖ λέγει καὶ ὅστις κακῶς· ἢ εἰ μὴ γνώσεται τὸν κακῶς λέγοντα, δῆλον ὅτι οὐδὲ τὸν εὖ, περί γε τοῦ αὐτοῦ.

ΙΩΝ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς γίγνεται δεινὸς περὶ ἀμφοτέρων;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ φῂς καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητάς, ἐν οἷς καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχός ἐστι, περί γε τῶν αὐτῶν λέγειν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ τὸν μὲν εὖ γε, τοὺς δὲ χεῖρον;

ΙΩΝ. Καὶ ἀληθῆ λέγω.

ΣΩ. Οὐκοῦν, εἴπερ τὸν εὖ λέγοντα γιγνώσκεις, καὶ τοὺς χεῖρον λέγοντας γιγνώσκοις ἂν, ὅτι χεῖρον λέγουσιν.

B ΙΩΝ. Ἔοικέ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ βέλτιστε, ὁμοίως τὸν Ἴωνα λέγον-

E. ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν] Sic Flor. a. b. c. Coisl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par. CEF. Ang. Barb. Legebatur olim λέγομεν.

in vitae quotidianae sermone ita fuerit celebrata, ut numeri Homerici imitatio supervacanea visa sit.

E. Οὐκοῦν ἐν κεφαλαίῳ λέγωμεν] Ex exemplis modo allatis colligit in universum ita statuendum esse, ut qui bene disserentem cognoscat, idem scire existimetur, quis male de quapiam re disputet, adeoque recti pravique iudicium uni eidemque homini tribuendum esse. Quod vero indidem etiam alia possunt concludi, quae ad Socratis argumentationem minus conducunt, id quia nunc nihil ad rem facit, nolumus scriptori cum Schleiermachero vitio dare multoque minus ad malam de eo suspicionem confirmandam alendamve adhibere.

P. 532. C. ἀδυνατῶ τε καὶ ὁτιοῦν—] nec vel tantillum conferre possim, quod sit mentione dignum. Formulam καὶ ὁτιοῦν ad Apolog.

τες περὶ Ὁμήρου τε δεινὸν εἶναι καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν οὐχ ἁμαρτησόμεθα, ἐπειδή γε αὐτὸς ὁμολογεῖ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι κριτὴν ἱκανὸν πάντων, ὅσοι ἂν περὶ τῶν αὐτῶν λέγωσι, τοὺς δὲ ποιητὰς σχεδὸν ἅπαντας τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

Cap. IV. *ΙΩΝ.* Τί οὖν ποτὲ τὸ αἴτιον, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐγώ, ὅταν μέν τις περὶ ἄλλου του ποιητοῦ διαλέγηται, οὔτε προσέχω τὸν νοῦν, ἀδυνατῶ τε καὶ ὁτιοῦν συμβαλέσθαι λόγου ἄξιον, ἀλλ' ἀτεχνῶς νυστάζω· ἐπειδὰν δέ τις περὶ Ὁμήρου μνησθῇ, εὐθύς τε ἐγρήγορα καὶ προσέχω τὸν νοῦν καὶ εὐπορῶ ὅ τι λέγω;

ΣΩ. Οὐ χαλεπὸν τοῦτό γε εἰκάσαι, ὦ ἑταῖρε, ἀλλὰ παντὶ δῆλον, ὅτι τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγειν ἀδύνατος εἶ· εἰ γὰρ τέχνῃ οἷός τε ἦσθα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἁπάντων λέγειν οἷός τ' ἂν ἦσθα. ποιητικὴ γάρ πού ἐστι τὸ ὅλον. ἢ οὔ;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπειδὰν λάβῃ τις καὶ ἄλλην τέχνην ἡντινοῦν ὅλην, ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς σκέψεώς ἐστι περὶ ἁπασῶν τῶν τεχνῶν; πῶς τοῦτο λέγω, δέει τί μου ἀκοῦσαι, ὦ Ἴων;

ΙΩΝ. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, ἔγωγε· χαίρω γὰρ ἀκούων ὑμῶν τῶν σοφῶν.

P. 532. B. *ὅτι ἐγώ, ὅταν μέν τις*] *ἐγὼ* om. Steph. cum Par. F. Flor. x.

Socr. p. 35. B. Hipp. Mai. p. 291. D. illustravimus. Nec rari est usus, quod *τε* post *οὔτε* subiungitur.

Οὐ χαλεπὸν τοῦτό γε εἰκάσαι] Haec etsi vellem Socrates interrogando ex rhapsodo extorsisset, tamen quoniam coniectura ait posse attingi neque pro certis et exploratis ponit, eius personam non dedecere arbitramur. Neque illud reprehensione dignum putamus, quod *ποιητικὴν* dicit esse *τὸ ὅλον*. Nimirum hoc liquet eo referri oportere, quod qui de bono poeta iudicare potest, idem etiam de malis poetis, hoc est de ceteris omnibus, iudicandi facultatem habere existimandus est. Aliter haec accepit Schleiermacherus p. 450.

D. *ἐπειδὰν λάβῃ τις καὶ ἄλλ. τ. —*] si quis aliam quamcunque artem comprehenderit totam.

ΣΩ. Βουλοίμην ἄν σε ἀληθῆ λέγειν, ὦ Ἴων. ἀλλὰ σοφοὶ μέν πού ἐστε ὑμεῖς οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ ὑποκριταὶ
B καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ ποιήματα· ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, οἷον εἰκὸς ἰδιώτην ἄνθρωπον. ἐπεὶ καὶ περὶ τούτου, οὗ νῦν ἠρόμην σε, θέασαι, ὡς φαῦλον καὶ ἰδιωτικόν ἐστι καὶ παντὸς ἀνδρὸς γνῶναι ὃ ἔλεγον, τὴν αὐτὴν εἶναι σκέψιν, ἐπειδάν τις ὅλην τέχνην λάβῃ. λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ. γραφικὴ γάρ τίς ἐστι τέχνη τὸ ὅλον;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ γραφεῖς πολλοὶ καὶ εἰσὶ καὶ γεγόνασιν ἀγαθοὶ καὶ φαῦλοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἤδη οὖν τινα εἶδες, ὅστις περὶ μὲν Πολυγνώτου τοῦ Ἀγλαοφῶντος δεινός ἐστιν ἀποφαίνειν ἃ εὖ τε γράφει καὶ ἃ μή, περὶ δὲ τῶν ἄλλων γραφέων ἀδύ-
533 νατος; καὶ ἐπειδὰν μέν τις τὰ τῶν ἄλλων ζωγράφων

D. οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ ὑποκριταί] V. καὶ οἱ ὑποκριταί. Recte omittunt articulum Flor. x. Vat. r. Ven. Σ.; nam utrique nunc una notione comprehenduntur. Infra p. 535. E. σὺ ὁ ῥαψῳδὸς καὶ ὑποκριτής.

καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ π.] et ii, quorum canitis carmina, i. e. poetae. Mox offendit istud οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, quod Socratis urbanitatem parum decere videtur. Imo callidus sapientiae suae dissimulator hoc debebat dicere: ego vero nihil nisi *vulgaria atque omnibus nota* afferre soleo, quemadmodum ab homine imperito exspectari potest. Vide igitur, ne pro τἀληθῆ aliud substituendum sit, quod Socratis personae melius conveniat.

E. τὴν αὐτὴν εἶναι σκέψιν] Videlicet eius, quod rectum atque pravum est.

λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ] Haec ego sic interpretor: explorandum enim hoc disputatione nostra sumamus. Similem verbi ἀναλαμβάνειν usum illustravit Graserus Adversar. p. 87.

περὶ μὲν Πολυγνώτου] De hoc dixerunt Sillig. Catalog. Artific. p. 22. 372. et Ottfr. Müller in libro; Archäologie der Kunst p. 117 sq. Etiam pater eius, Aglaophon, pingendi artem exercuit.

P. 533. ἢ ἄλλου ὅτου βούλει] Cratyl. p. 432. A. τὰ δέκα ἢ ὅστις βούλει ἄλλος ἀριθμός. Gorg. p. 517. B. οἷα τούτων ὃς βούλει ἐργάσεται. Deinde ἑνὸς μόνου dictum usu frequenti, ut Lat. unus solus; v. Apolog. Socr. p. 25. B. Criton. p. 47. B. Reip. VIII. p. 548. C. X. p. 597. C. Sympos. p. 184. C. ubi v. ann. Aristoph. Plut. v. 1054. al.

ἔργα ἐπιδεικνύῃ, νυστάζει τε καὶ ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει ὅ τι συμβάληται, ἐπειδὰν δὲ περὶ Πολυγνώτου ἢ ἄλλου ὅτου βούλει τῶν γραφέων ἑνὸς μόνου δέῃ ἀποφήνασθαι γνώμην, ἐγρήγορέ τε καὶ προσέχει τὸν νοῦν καὶ εὐπορεῖ ὅ τι εἴπῃ;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὐ δῆτα.

